Prima Septembris: Dux & Capitaneus Moscorum Kisielicza profligatus captusq; a regiis militibus

Octaua Septembris die Natalis Sancte Marie. Exercitus Moscow constans ex 80. millibus Boiarorum per Exercitum regium fusus est victus ac cesus.

Vigesima octaua Septembris Rex Captiuos Moscos. Duces, Palatinos Capitaneos Exercitus, Optimates, Boiaros insignores secum ex prelio ducens, Vilnam Triumphanter est ingressus.

Vigesima prima Septembris. Slupeschi & Sborowski in ea pugna strennue pugnantes occisi, Vilnam relati. apud Bernardinos sepulti sunt.

Septima Octobris Ire promissionis ex Urbe allate sunt do. Tomiczki super Episcopum Przemisliē

Vigesima Nouembris Piso Vilna recessit

Tercia Decembris: Constantinus Dux de Ostrogh, Vexilla ac signa Moscorum in prelio capta. Vilnam secum attulit. Is fuit Imperator Exercitus victoriosi.

Sigismundus primus Rex Polonie Barbare Regine polonie. coniugi sue.

SERma Princeps. Habemus gras Mh vre q nobis de victoria dñi fratris sui nunciauit, et eius nuncium ad nos misit. Optauimus quidem iam dudum nefande gentis exitium que cum virtute Chame generi nri exterminata est. eo magis letamur. Nos vt eciam hodie Scie vre scripsimus necessitate Regnie ita exigente cogimur ad reprimendos hostes nostri conatus profisci iamq Deo iuuante prima Castra feimus prosequimur feliciter iter nrm. Illum vero vram rogamus vt nri desiderium eo eqmius feruat quo quidquid id est quod agimus pro nominis nri fama Filia proq seruando hoc nio paterno Pavito domino agere cogamur/ cupimus feliciissime valere vraz Illum qno nri non obliuiscatur et suo consueto amore prosequat.

Datum in Castris vltra Myssho feria iiij proxima post festum assumcionis Marie

Sygismundus primus Rex Polonie Barbare Regine coniugi sue

Ser^ma Princeps et domina Consors nra Char^ma. Hodie circa principium diei milites nri, non valentes ulterius ferre insolentiam hostium nrorum clanculum per Silvas et nivi-os estus viarum, accesserunt ad locum in quo speculatores exercitus eorundem hostium statiua sua habebant, et impetu facto in eos nichil tale metuentes telis et armis obruerunt et opitulante Deo adiuuante omnes profligarunt. Quorum mille equites fuisse dicuntur, nrorum vero militum centum quadraginta. Eaphim Nobiles ex hoc prelio simt nobis additi, dno eorum Voiewode cum aliis non paucis occisis, equm supra Ducenti abacti exhilaraunt nos plurimum et omnes subditos nros. Hec felix nrorum pugna et victoria, quam vre ^ae pro nro singulari eam amore significare volumus, vt ipsa quoq nobiscum letetur et que hactenus fuit in mero^re et luctu, habeat quo se ad presens oblectet, et leniat dolorem suum, grasq domino Deo agat qui nos consolari volut, et animos nrorum militum in spem optimam erigere.

Die Mercurii proximo profecturus est exercitus me Contra eosdem hostes qui animatus hodierna felicitate, alacri animo vadit. vnde speramus ipsum optatam de perfidis hostibus victoriam reportaturum. Rogamus plurimum autem vram bono animo interea esse velit, et leciorem assumat vultum, nichilq metuat sed optime spere, leciores q indies nouitates expecte

Jsno consueto amore nob prosequatur habeatq; sibi ita vt
consuevit q̄ diligentissime commendatos Jd valeat feliciss.
Datj in Castris apud Borissow die sancti Augustini
Anno domini

RMĒ domine Sincere nobis dilecte. Die Mercurij proximo expediuimus hinc Exercitum nostrum contra hostes nros
à quo hesterna die letum nuntium accepimus de profligatis per
eum supra millē hostibus. Missi sunt nobis ex hoc prelio Quadraginta Nobiles captiui, Jnter eos Dux Exercitus
hostilis. Speramus q̄ dominus Deus his prosperis rerum initiis felices exitus prosua pietate accomodare dignabitur tua
S. sit bono animo et viuat ac valeat feliciter. Ex Castris
apud Borissow

Sygismundus Rex victor de Moscis Donat agrum Eccie in Hayna

REdeuntibus nobis ex prelio, quo hostem nrm Ducem Moscouie contra fedus et Jnsiurandum terras nras occupantem fudimus cum ad primam nri ritus Romani Ecclesiam in hayna aplicimus volentes immortali Deo ac eius intemerate matri in cuius Natali tanta nobis victoria cessit, quantam presens seculum non vidit, primordia laudis et gratitudinis me exhibere, agrum nrm incipiendo a domo Plebanali, vsq ad viam que vadit penes Ecclesiam, et ex alia parte a domo Plebanali vsq ad fluuium illuc fluentem honorabili Andree Plebano in hayna ac successoribus eius omnibus, ad tenendum et possidendum perpetuis temporibus, dedimus donauimus, et cum omni iure et proprietate, immutabili Ecclesiastice ascribendum concessimus ea videlicet racione q dictus Plebanus, ac successores ipsius debebunt ex nunc in perpetuum singulis mensibus cantare aut cantari facere Missam vnam de Natiuitate gloriose Virginis Marie cum memoria defunctorum qui ex prelio addueti ibidem tumulati sunt, pro animarum eorum salute et tante victorie memoria sempiterna. In cuius rei testimonium etc

293
130

Ad diuum Sigismundum Polo[n]e regem, post partam de Moscis victoriam: Andree Kriczki inclite coniugis sue Barbare Cancellarii carmen.

Ponite nunc miseri vestrum dyadema leones,
Pannonio cessit gloria vestra lupo.
Nec tamen hoc satis est aquila duce fertur ad astra,
Præbeat vt terris regia signa lupus.

In curis magnoq; meo rex inclyte casu,
Offero victori carmina pauca tibi.
Quæ si fortè minus placeant, mirabile non est,
Aëre turbato non benè cantat auis.

Ad diuum Sigismundum Poloniæ Regem & magnũ Lithuaniæ Ducem semper inuictum, nomine inclytæ Barbaræ reginæ coniugis ipsius, post partam de Moscis victoriam, epistola :~

Qua solet in densa turtur miserabilis vlmo
Voce queri, charum dum vocat orba marem.
Hoc gemitus lachrymasq; dedi vel luce, vel ipsa
Nocte, premens viduum peruigilemq; thorum.
Cùm mihi te sæuus procul hinc Mars abstulit, omnes
Deliciasq; meas præcipuumq; mei.
Cumq; nimis fortuna trucem rex inclyte vultum
In rebus visa est exhibuisse tuis.
Venit ab inuisis tandem tua litera castris,
Pro lachrymis referens gaudia magna meis.
Hostilem cecidisse manum, cecidisse cohortes,
Et captos proceres innumerosq; duces.
Huncq; tibi talem superos tribuisse triumphum,
Qualis Parthasio sub boue nullus erat.
Ô fastas dulcesq; notas lucemq; colendam,
Qua nata est nostri maxima Iuno Iouis.
Quæ post fortunæ nubes ventosq; sinistros,
Illuxit nullo candidiore die.
Nunc ego deponam curas, nunc gaudia sumam,
Et vindicta animum nunc saciabo meum,
Et librare sciam iusta pia numina lance
Res hominum: et flecti cùm prece tum lachrymis.
Hen quot vota DEO fudi? quot mœsta peregi
Sollicitas noctes, sollicitosq; dies?
Quotq; alias alijs nectebant tedia causas,
Suadentes animo tristia cuncta meo?
Nunc hostis numerus, nunc multa audacia captæ
Nunc subeant arces, atq; Ruthena fides.

A 131

Anxia luctoſam verſabant omnia mentem,
Omnia plena metus plena dolorꝭ erant.
Exciderant animo cultus et cura placendi,
Nulla fuit cordi purpura grata meo.
Nigra coſartabant neglectoꝭ vitta capilloꝭ,
Nec fuit in collo pendula gemma meo.
Vilis erat cantuꝭ, vileꝭ cytharæqꝫ iociqꝫ,
Et cibus ingratus difficiliqꝫ ſopor.
Non tam Penelope luxit cunctante marito,
Et viduata ſuo Laodomea viro,
Nec tam ſqualebant Tyriæ Carthaginis arceꝭ,
Cùm Phrygium Dido flebat abiiſſe ducem,
Quàm turbata fuit, quanto in mœrore iacebat,
Diſceſſu domini regia noſtra ſui.
Sæpè mihi dixit nunc hæc nunc ille dolenti,
Credens ſic fletus poſſe leuare meoꝭ.
Fac lachrymiꝭ heza magna modum, conſtantia tantaꝭ
Pectora reginaꝭ oraqꝫ læta decent.
Jam tibi rex aderit victrici laude refulgens,
Figet et in templiꝭ moſca trophea ſuiꝭ.
Verùm nunc premitur curiꝭ, duroſqꝫ laboreꝭ
Perfert, ſed nullum eſt abſqꝫ labore decus.
Materiam belli facit hanc, cogitqꝫ ſubire
Quem vult omne genus laudiꝭ habere DEVS.
Hæc ego recta quidem ſenſi mecumqꝫ putaui:
Neſcio quo tamen hæc non valuêre modo.
Eſt leue in alterius ſapienter dicere luctu,
Et quo non premeris poſſe probare nihil.
Sed qui fert alÿs curam mulcetqꝫ gementeꝭ,
Quando dolet medicus non minus ipſe gemit.
At nunc quando DEVS lachrymas et triſtia noſtra
In tantam vertit pectora lætitiam,
Omnia dicta placent, placet omniꝭ garrulus author.
Quæqꝫ priuꝭ timui, nunc meminiſſe iuuat.

Cùm tua narratur rari constantia vultus,
Et vis magna animi dexteritasq; tui
Qua progressus eras aduersus longius hostem
Fidentem numero perfidiæq; suæ.
Expaui nimium: nunc est audire voluptas.
Successus animos consiliumq; probant.
Jam mihi spem dederant fausti præludia belli,
Quæ fuerant nostras facta per excubias.
Quando sub aduersum veniens Epimachius agmen,
Mille viros modicam fudit habendo manum.
Cùmq; ausu nimio medios Pilcensis in hostes
Prosiluit, Scythicum detinuitq; ducem.
Demum spem dederat generosa Polona iuuentus,
Plurima quæ domini venit amore sui.
Nec Lithuana minus pubes pulchræq; cohortes,
Et conductus eques, intrepidusq; pedes.
Quorum fertur erat pugnandi tanta cupido,
Vt fremerent animis arguerentq; moras.
Sic igitur cùm missa fuit gens lectior omnis
Contra hostem, longa difficiliq; via,
Ausa est ô factum, quo non præclarius vllum
Offertur cunctas fortè per Historias.
Spectante hoc illo decies qui millibus octo
Structus erat, pugnæ comodiore loco
Trans rapidum flumen, plenisq; natare sub armis,
Cumq; ipso madidas conseruisse manus.
Et potuit demens acies tunc frangere nostras,
Dum scissæ fuerant, et sine lege viri:
Sed velut exiguos numero contempsit, et ipsos
Ad patriam locis pellere certus erat.
Retulit ista mihi volucris iam singula fama,
Et quo tota fuit pugna peracta modo.
Quam Constantinus prudens: Janussius acer
Sampoliusq; celer conspiciendus erat.

Vt ſubitò congreſſa ſuit primaria pubes,
Amplaq; cum validis agmina ſtrauit equis.
Quid pditæ valuêre trucès, quid regia turma,
Volnenſibq; cohors, terribilesq; Cethæ.
Denicq; quo victa eſt inimici tanta poteſtas,
Vt capti ſummi præcipuiq; ducès.
Scimus et innumeros alios, et ſigna receptа,
Caſtraq; cum rebus diruta cuncta ſuis.
Vt iacent paſſim per ſyluas atq; per agros,
Cæſa cruentato corpora denſa ſolo.
Quot periêre manu, quot ſunt in flumine merſi,
Vtq; palus omnis nil niſi ſanguis erat.
Omnia iam vulgo tota nazzantur in vrbe;
Et reboat cælum laudibus omne ſuis.
Ô ego quid referam ſuperis, quæ dona rependam!
Præmia qui lachrymis tanta dedêre meis!
Quiq; mihi tribuêre virum, cui non habet orbis
Et ſpecie, et factis, et probitate parem.
Meq; inter tantos populos, tantoſq; triumphos,
Reginam et magnam conſtituêre ducem.
Nunc vbi poſt cladem Valachi, terramq; crematа,
Et poſt viginti millia cæſa Scythûm.
Ecce iacet Moſchus toto celebratus in orbe,
Plorat et omne ſuum iam cecidiſſe decus.
In quo ſpem poſuit fallax vicinia totam,
Debuit vt vires comminuiſſe tuas.
Ipſe tamen capta fugit confuſus ab arce,
Et pœnas auſus perfidiaq; dedit.
Sed iam quid ſupereſt redeas quin victor ad illam,
Quæ te plus vita pendit amatq; ſua.
Jamq; videre tuum cupiens vrbs læta triumphũ,
Te votis, precibus, carminibusq; vocat.
Te rogo quæ mœrens carui dominoq; viroq;,
Fac tandem domino læta viroq; fruar:

Eidem Sacra Regia Maiestati

Tandem fama nouum referens optata triumphum,
Quartaq; fœlicis gloria Martis adest.
Hoc vic nempe tui voluit rex maxime fati
Ad regum quæ te protulit omne decus.
Vt prẽmeret fines violato fœdere Moschus,
Et raperet bipedum quadrupedumq; genus,
Ac fugeret captis nimium confusus ab oris
Et pœnas aususq; perfidiaq; daret.
Ne tua prolixa langueret gloria pace.
Nec foret incepta postera fama minor,
Chara quidem pax est, propter quam prælia fiunt,
Sed qui regius est Marte paratur honor.
Quem tua tum virtus, tua tum fortuna requirit,
Et dotes toto nullius orbe pares.
Hoc ergo perfer, vt cum te cætera summum
Esse probant regem, Martia facta probant.

Ioannes Amatus Sybilicus Iuris utriusq; doctor Andreæ Cricio iuueni ornatißimo Reginæ Polonia Cancellario et dñō ſuo S.P.D

HEroicam epiſtolam tuam candidiſſime Crici, magna cum voluptate perlegi, digna eſt Hera quæ eam mittit, digna Hero cui mittitur: digna te qui ſcribis, quem non ego tantùm (citra adulationis notā accipi velim) verùm etiam poſteritas admirabitur. Equidem mihi alterā Penelopen Naſonis, cùm tuam Barbaram audirem, agnoſcere viſus ſum. Pares ſunt dicendi caſtitate, canendi Venere pares, Heroica vtraq; inſignis Maieſtate. Sed animi vigore cœleſti longè præſtat tua Barbara Penelope. Illa flet magis impendio: hæc verecundè ingemit. illa ingiter timet; hæc vix vnquam ambigit. illa continenter afflictatur: hæc magis gaudet q̄z mœret. illa omni de ſpe decidit: hæc ſpem pulcherrimam conſecuta tenet, exultat, triumphat, regnat: ſimul et viro et dulciſſimo potitur amore, pudiciſſimoq; fruitur Hymenæo. Nimirum auguſta hæc et religioſa eſt: illa priuata et vana ſub religione vitam ſuam tranſiluit. Plura igitur ac præſtantiora habet Barbara tua, quæ non tam Auguſti ſui inuicta virtute q̄z diuina Muſa tua, immortalia et æterna Mūti ſuæ contigiſſe ipſa ſimul et conſenſus mortalium fatcatur neceſſum eſt.

Benè vale et perpetuò ſalue.

261
134

Cantilena de victoria de Moscis parta Andree Cricii inclite regine Barbare Cancellarii

Anno domini 1514 Die Natalis sancte Marie
8 Septembr. prelium conflictum cum Moscis
et victoria hec de illis parta: Moscorum nonaginta
millia cesa. Rex Sigismundus primus victor ac
triumphator

Eia chori resurgamus,
Quartam nostri recolamus
Principis victoriã.
Qua nec vllam clariorem
Toto mundo nec maiorem
Sol vidit hoc seculo.
Ille Moschus celebratus,
Tamq; potens æstimatus,
Q; Xerxes vel Darius.
Qui tot gentes subingauit,
Magnam partem occupauit,
Terrarum imperio.
Ecce iacet prostigatus,
Confusus et spoliatus
Flore sui populi.
Sed priusquam ordiamur,
Hancq; paucis complectamur
Tantam belli gloriã.
Te Rex alme deprecamur,
Quem præsentem veneramur
Instar magni numinis.
Vt dum cantu relaxamus
Vela nostra, sentiamus
Auram tuæ gratiæ.

Post tua tot claza facta,
Bello pace iam peracta,
Fælici regimine.
Cùm te vidit celebrari
Vires tuas ampliari
Improba vicinia. d. Germania. s. Cæsar Maximiliano
Volens sibi prouidere,
Teq; bellis detinere
Comouit Scysmaticos.
Hinc Valachum instigando,
Illinc Moscum impulsando,
Michaële stimulo.
Sed cùm primum castigasti, s. Valachum
Terram eius deuastasti.
Et cepisti proceres.
Hinc secundum excitauit,
Nil in eius dubitauit
Tam lata potentia.
Qui non memor q; fugatus,
Primùm erat et ligatus.
Iuramento fœderis.
Hoc instinctu periurauit
Arces multis oppugnauit
Tormentis et gentibus.

Tu nil tale ſuſpicatus
Longè manens, conſpicatus
Veniſti Lithuaniã.
Vbi licet conſultando,
Exercitum comparando
Paulò remoratus es.
Moram tamen approbauit,
Factum omne declarauit
Finis conſultiſſimi.
Ergo poſtquàm appetebat
Stata dies, qua debebat
Conuenire populus,
Mox ad caſtra diſceſſiſti,
Charam tuam reliquiſti
Coniugem mœſtiſſimã
Quam tametſi leniebat,
Fauſta cuncta prædicebat
Piaszichowſki Sumus tuus medicus.
Qui cùm cœlos reuolucbat,
Multa ante præuidebat.
Et dixit victoriã.
Illa tamen quot dolores,
Mente tulit et mœrores,
Nemo poteſt dicere.
Tandem vbi confluxerunt
Gentes omnes et ſteterunt
Sub ſignis et ducibus.
Sampolinſki Polonorum
Aulam duxit, Lithuanorũ
Iurgi Radiuilius.
Summus erat Conſtantinus
Imperator, ſed non minus
Giurierzowſki Inſignis Januſſius.
Hinc micabat prima fronte
Quæ polona venit ſponte
Pubes nobiliſſima.
Quam conductus muniebat
Miles acer, et tegebat
Armis et corporibus.

Illinc multum reſplendebant
Et diuerſis eminebant
Lithuani cohortibus.
Quos cùm omnes cenſuiſti,
Licet paulò comperiſti
Plus triginta millibus.
Corda tamen cum videbas,
Congredi non metuebas
Cum centenis millibus.
Interiſtum apparatum,
Ad ferendas comparatum
Armis ſuppetias.
En Smolenſes conſternati,
Vſq; ſemper et laudati
Virtute conſtantiæ
Hoſtem ſponte receperũt:
Et quod arma nequiuerunt.
Hoc fecit perfidia.
Quos Mſziſlawſki imitatus, dux
Prodit arcem non grauatus,
Et complures alij.
Quibus Hoſtis animatus
Miſit omnes potentatus
Ad tollendum reliqua.
Qui proteruè venientes
Turmis ſuis confidentes
Octoginta millium,
Caſtra propè locauerunt,
De te cuncta perceperunt
Proditorum copia.
Vnde magis inſultabant,
Jam pro victo reputabat
Tam minorem numerũ.
Jamq; ſcriptum habuerunt
Qua te via debuerant
Profligatum perſequi.
Tu nec quicquam conſternatus,
Nec morandum arbitratus,
Mox contra progreſſus es.

Interea profligantur,
Occiduntur, manicipantur
Hostiles excubiæ.
Quarum agmen non expauit,
Parua manu subintrauit
Ductor Epimachius.
Vbi multum eminebat,
Vis pilensib non cedebat.
Tum Stopa, tu cæteri.
Mille viros prostrauerunt,
Primum ducem occiderunt,
Et ceperunt reliquos.
Hæc dum nostri bis gessissent,
Multum cordis accepissent
Tam fausto præludio.
Dumq; Spergaltis promittebat,
Qui se dudum defendebat
Obsessus victoriæ.
Hostes retro concesserunt,
Postq; ripas posuerunt
Castra Borysthenias.
Vbi nostros expectarent,
Vt
Et in cunctos circumdarent
Gentibus et flumine.
Quos tu ratus terga dare,
Pugnam tecum detrectare,
Vt fecerunt antea.
Intra castra substitisti,
Lectiorem emisisti
Post hos omnem populum.
Inter hæc clam destinauit,
Qui tot mala fabricauit,
Ad te Olinsti nuncium.
Quo redire promittebat,
Et suorum expetebat
Erratorum veniam.
Quod cum hostes acceperint,
Statim illum remiserunt
Vinctum in Moscouiam.

Nostri vero properantes,
Nullo loco commorantes,
Venerunt ad fluuium.
Vbi postq; constiterunt,
Hostem prope cognouerunt
Ex speculatoribus.
Nihil tamen metuerunt,
Sed et paucis decreuerunt
Congredi postridie.
Ergo cum nox recessisset,
Sacra dies illuxisset
Natalis Deiparæ.
Ausi sunt o mirum dictu,
Structis turmis pro conflictu.
Transnatare fluuium.
Et præsertim cum videbat
Stultus hostis, et ferebat
Certus de victoria.
Tandem vbi traiecerunt
Flumen omnes, et steterunt
Ordinatim madidi:
Paulo versus procedebant,
Pauca pugnæ faciebant
Cum hoste præludia.
Qui vt quemq; prouidebat,
Statim illum reprimebat
Magna multitudine.
Sic cum sensim accedebant,
Et tormentis rem gerebant
Primum grandioribus.
Hostes illa timuerunt,
In decliuum concesserunt
Multo consultissime.
At cum prope conuenerunt,
Hostes nostris decreuerunt
Conturbare ordines.
Alam amplam extenderunt,
Voce truci cecinerunt
Quingenti tubicines.

Sed videntes peditatum,
Prima fronte constipatu,
Et bombardis peditu.
Mox ad lenam ingruerunt,
Obsilire voluerunt.
Et tergum invadere.
Non tulit hoc malum ingens,
Illo cornu tunc existens
Turma Cuzialium.
Sampolinski Nam Alberto concitante,
Nec mandatum expectante,
Jonis pileczki Capit Lublinen Hortatu Pilcensii.
Agmen cursim invaserunt,
Segz illo demerserunt,
Non secus qz pelago.
Rursus Antetŷ emerserunt,
Hostem post se perduxerunt,
Ad cohortem peditu.
Qui tormentis incumbebant,
Statim quodqz repellebant
Agmen validissimu.
Hoc ter nostri cum fecissent.
Sorte pari conflixissent
Sed impari numero.
Multos hostes occiderunt,
Sed plerisqz ceciderunt
Viri nobilissimi.
Hinc Sborowski deploratur
Qui pugnando cernebatur
Longe profundissime.
Hinc Nieszkowski hinc Poznierowski
Hinc Locz minor et Slupeczki
Et qz plures alŷ.
Jamqz multum laboranti
Leuo cornu nec cedenti
Succurrunt Wolnesij.
Jussu demum irruerunt,
Primarios hastis deiecerunt
Conductorum copia.
Hostes paulo concedendo,
Segz nimis comprimendo
Has ferre non poterat.

Signum fugæ præstiterunt,
Intra sese miscuerunt,
Et vertebant acies.
Quod cum nostri perceperunt
Cum tumultu prorumpunt
Omnes passim ordines.
Stragem magnam ediderunt,
Et horrendum præbuerunt
Dys ipsis spectaculum.
Sed ne ducem Constantinum,
Janussium, Sampolium-num
et clarum Georgiu:
Nec Polonam inuentutem,
Artem, vires, et virtutem
Conductoru militum:
Nec Wolnenses, Samagittas,
Nec Lithuanos atqz Scythas,
Distinguamus laudibus.
Suum omnes cum decore,
Cum virtute, cum feruore,
Fecerunt officium.
Hostes vero fugientes.
Segz semel collidentes + simul
Cadebant innumeri.
Pars in aquis mergebatur,
Pars per solum sternebatur,
Octo miliaribus.
Tantum erat submersorum,
Tantum erat occisorum,
Per campos et nemora.
Quod potare reuertentes,
Sunt coacti sitientes
Quasi merum sanguine.
Captus summus Imperator,
Captus pacis impugnator
Principis Ephesio.
Signa belli sunt recepta,
Castra cuncta sunt direpta.
Et immensa spolia.

Quisquis erat celebratus,
Prima fronte collocatus,
Captus est, vel periit.
Omnes propè maneipati,
Vulnerati, trucidati.
Et duces et procere.
Illi tantùm aufugerunt,
Quos vt viles locauerunt
Structores in vltimis:
Cæsa tamen retulerunt
Qui post campum lustrauerũt
Ad triginta millia.
Dux Moscorum tunc cœnabat,
Lætus certam expectabat
In horas victoriã.
Sed cùm vidit cruentatum
Hunc qui venit nunciatum
Tantam cladem omniũ,
Lancem mensa deturbauit,
Hue et illuc cursitauit,
Similis lymphatico.
Vicos arcis perlustrabat,
Proditores confortabat,
In cæpto proposito.
Scire nimis cupiebat
Summam rerum, sed timebat
Tumultum domesticũ.
Quare nocte consequenti
Nulli cessit fugienti
currendo moscouiã.
En qui nuper contemnebat
Vires tuas, et credebat
Se potiri singulis.
Quiq; pacem respuebat,
Juramentum infringebat,
Sufflatus tot gentibus.
Jamq; palam prædicebat
Alexandrum, promittebat
Se fore Macedonem.
Quantum casum, quantam cædem
Quantum damnum in mercedem
Accepit superbiæ.

Tu enim Vilnam rediisti,
In triumphum produxisti.
Captivos primarios,
Quos per currus distinxisti.
Omnes omni præbuisti
Inspectandos populo.
Qui cùm vidit cathenatos,
Compeditos et sagatos,
Tot duces et procere:
Quisq; gaudens lachrymauit,
Teq; sic salutauit
redemptorem patriæ.
Aera templis resonabant,
Lætos hymnos decantabant
Verendi sacricolæ.
Aderant et vicinorum
Tunc Legati, sed ipsorum
rumpebantur ilia.
Nunc quid primùm amplectemur,
Quid in tanta plus miremur
oblata victoria.
An te princeps fortunatum,
Magnanimum et spectatum
Summa sapientia.
Vel virtutem tuæ gentis
Tam insignis, tam feruentis
Ad pugnandũ animi.
Cuncta sunt cùm admiranda.
Tum æternis celebranda
Gestorum annalibus.
Sed enim regna diriguntur,
Gentes omnes componuntur
Ad exemplum principis.
Salue causa tantæ laudis
Vindex rerum, vltor fraudis,
Salue pater patriæ.
Tibi totum quo præstamus,
Hostes nostros superamus,
Acceptum referimus.
Per te sumus restaurati,
De tot malis reuocati
Ad decus perpetuũ.

Finis: Τέλος.

277

139

279

140

285

142

AD tumulum Diui Casimiri fratris regii salutatio in primo aduentu Vilnam. Andreæ Cricii inclite Reginæ Barbare Cancellarii

Est tuus hic tumulus: sunt ne hec tua busta beata?
Casimire tuæ gloria magna domus?
Quæ iam fama licet toto volgamit in orbe
Virtutis referens signa stupenda tuæ
Sunt maiora tamen visu quæ plurima cernimus
Exhibet hoc sacro pendula cera loco.
O celeste decus, magni quoq; principis vera
Salue, tam sanctum quæ retines Cinerem
Vt te cerno Lubens supplex et promus adoro
Do q; tibi multis oscula cum Lachrimis
Hic patris spes summa tuæ Dux inclyte domus
Dormis in quinta raptus olympiade.
Cessissent vtinam magni cui Sceptra parentis
Non tot ab aduersis fluctibus acta forent
Cum vitas reddis, cum solvis compede vinctos
Mortuus & morbi conteris omne genus.
Quid faceres olim vivus florentibus annis?
Integros populos integra cuncta regens?
Nimirum solus regnandi Laude præisses
Augustos omnes faleifrenumq; senem
Sed tunc Summa dies, tunc nos mala fata manebant
Cum fusum vitæ corripuere tuæ
Cum tibi non licuit patriis succedere regnis
Dignius in toto quo nichil orbe fuit
Cui tot censetur dotes natura dedisse
Quot mors non potuit humida fovere diu.
Quas cultæ ornarant artes et lingua disertæ
Ornarant numeri phœbe comate tui

Vicerat ætatem gravitas constantia mentis
Et magni rerum pondera consilii
Quo sine iam prudens q̃ patet celebris q̃ Senatus
Nil poterat firmo constituisse modo.
Quo duce quas dives leges. has pauper habebat
Et virtus meriti præmia digna sui
Cuius sepe manus patrem sistebat enntem
Quando dabat querulas flebilis orba preces.
Diminuam facco cultum, quem fusius ista
Icona declarat, q̃ mea Musa potest.
Quare cum solio residens sublimis in alto:
Et geris eterna sceptra superna manu:
Aspice Sismundum princeps clarissime fratrem
Virtuti similem consilio q̃ tuo.
Cui cum serius trib tribuit fortuna coronam
Afflictum patrie supposuit q̃ solum
Quas agitat curas semper quæ prelia durit
Dum studet amissum restituisse decus.
Et licet innumeros modico sub tempore mosros
Fudcrit et Valachos indomitos q̃ Getas
Nulla tamen requies aut certe fœdera pacis
Esse queunt. sic nos undiq̃ bella premunt
Urget perfidia Mosrus: Scÿta fraude subintrat
Et Valachus solito concitat arma dolo
Heu quæ nam tantam bellorum molem (2) pœtora (1)?
Aut auri quæ nam copia ferre potest?
Ad te confugimus fessi, tua numina votis
Pulsamus, patriæ protinus affer opem
Affer opem patriæ, charum ne desere fratrem.
Hoc sua te coniux Barbara Diua petit.
Quæ sola hoc tanto compecta est digna marito
Sola hec femineum continet omne decus
Hoc et Christoferus nostri Laus maxima regni
Qui sibi pro fido semper Achate fuit.

Orat cum tota multum cui prœminet Aula
Et tibi pro domino dat pia vota suo.
At me qui Lachrimans sacram prouoluor ad Aram
Et figo ad tumulum carmina mœsta tuum
Respice nunc etiam, miseras da vincere lites.
Facq; michi fratris corda benigna tui.

Epitaphium

Asta te brevibus volo viator.
Magni Principis hic cinis quiescit.
Cuius sceptra pater Polona gessit.
Reges quatuor et fuere fratres.
Mater Cesarea decora stirpe.
Quinto desiit eius esse lustro.
Si spectare libet, pedemq; sistis.
Hec vis certa clariora dicet.

Precatio ad Regem pro quodam promisso Cricii, cum esset regine Barbare Cancellarius.

Inclyte Rex, cui Fortuna & Tritonia Pallas
Et natura dedit prodige quicquid habet
Est michi magna tuam digne mens scribere vitam
Versiculis laudes et celebrare tuas
Sed mea diuertunt aliorsum pectora curæ.
Et studium victus occupat omne meum.
Obruor expensis, alieno et voluor in ære,
Condicio loculos dum preit ista meos.
Sit promus pœni, sit vilis ianitor aulæ,
Officii sentit commoda quisq; sui.
At michi signa tuæ gestanti coniugis almæ,
Spes tantum superest in pietate tua.
Non meruj fateor tua nunc clemencia q; me
Respicaret, dicta meq; iuuaret ope,
Sed tua cum rogat pro me clarissima Juno,
Par tecum corpus, dimidiumq; tui,
Et rogat iste tuus sapiens et fidus Achates, *s.* chroscius Schidlow
Magnus honos Aulæ consiliiq; tui,
Denigq; cum nimium Præsul te piniger orat, *s.* Joh Lubranski Epus Posn de armis Godziemibo
Deditus obsequio qui tibi semper erat,
Laude pias aures, inopem Rex maxime seruum
Respice, tot dignis annue iam precibus.
Sic Deus ipse tibi quidquid petis annuat, et te
Prouehat ad summum perpetuumq; decus.

300

Sigismundus primus Rex Polo[n]

Ladislao Regi Vngarie et Bohemie fratri suo.

Querit de inuentis technis Imperatoris de concitato bello Moschouitico Pruthenico ab eodem

SERe[n]mé Princeps & domine germane nr̄ Char[m]é ac honoran[d]e
Essi ante hac significauerimus vré Mt̄i per nr̄m Oratorem Mg̃r̄
Christopherum de Schidlowiecz Castellanum Sandomirien[s] &
Regni nr̄i Vicecancellarium, quantum nos Ser[n]us Romanorū
Imperator michil vnq̄ tale de se meritos persequatur quantasq̄ insi-
dias et dificultates nobis non solum Rome per suos ac confederatorū
suorum Oratores struit & machinatur, volens terras Prussie
quas predecessores nr̄i et bello et concordia mediante summ Pon:
tifice Legato vindicarunt et legittime possiderunt, ac Magistrū
Ordinis Sancte Marie Theutonicorum, nre dicioni eximere,
sed etiam aduersus nos hostes fidei nre, Scismaticos, quos humeris
nris grauiter et egre semper sustinemus, per suos nunchios
concitauit, vnde et Arcem Smolensem amisimus, et alia quam
plurima damna subiuimus. Tamen quia de hisce rebus sumus
nunc abundius certiores facti, significare itezum vré Mti volun-
mus tam indignum et minime Christianum factum, quippe cuius
vt primarii in re Christiana Principis officium sit, maxime inuigi-
lare & incumbere paci, & incremento recipi[e]re Christiane, nos q̄z qui
continuo eiusmodi hostes Scismaticos quemadmodum et alios in-
fideles, Cum ab aliis nationibus, tum precipue ab ipsa Germania
arcemus iuuare, is vltro illos et iuramentum infringere, et ad-
uersus nos bellum gerere hortatur et procurat, Comperimus
enim habemus q̄ nisi instinctus et opera ipsius intezuemisset nunq̄
Dux Mosquie contra fedus & pacem iuramento firmatam bellū
nobis intulisset, quem licet adiuuante nos Deo et iustitia nra,

fnderimus fugauerimusq; spemq; optimam habemus non solum hanc amissam arcem sed reliqua etiam recuperare, tamen per: ducti ad tantas difficultates et impensas, per ipsum Imperatorem quem vt maiorem et consanguineum nrm summus amore et vene: ratione singulari semper prosequuti, nec vnq; illum minus ali: qua prouocauimus, non possumus non pluzimum dolere. Quare rogamus pluzimum vram vt dignetur nobis in ea re con: silio et auxilio suo adesse, operamq; facere quo dictus Sermus Imperator a tam infensis nobis et se minime dignis conatibus desistat. Nosq; in consequendis his que nobis debentur no impediat, ne cogamur illa cum magno alieno vei Chriane de: trimento persequi et exigere, factura vtas vra pro pie: tate sua et paterno erga nos amore cui nos ex animo comenda: mus et quam vna cum amantissimis liberis Nepotibus nris Charissimis Dni et felicissime valere desideramus Dat Vilne

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliarius Regni Hungarie.

Rex Mi mi Chri patres, Spectabiles et Mag. Dni amici Sincere nobis dilecti. Non dubitamus vris. D. abunde satis constare quantam paganorum et Scismaticorum molem ad antehac omnes predecessores nri tum demum nos seruicibus nris semper sustinemus, quantumq; laboris quot sumptus co: tinuo impendamus in propulsandis et arcendis illis a pernicio: bus Chriane fidei nationibus, nullo vnq; alio Principe nos adiuuante, qua in re licet tantam operam semper nauaui: mus vt nec damnum aliquod magnum nec vim nobis et Do: minis nris inferre potuerint tamen cum Chriani Principes illos vltro adhuc aduersus nos instigare et confirmare cepe: runt

multo alacriores audatioresq; Tnobis grauiores sunt facti, prout id hac moderna tempestate sumus experti. Sez mus enim Romanorum Imperator Maximiliamus volens terras Prussie quas T predecessores mi, et nos, diu et legittime facta per Snm. Pon: tificis Legatum concordia, et pace possedimus, nobis adimere, ordimsq; ipsius Magrm nre ditioni subtrahere, preter alias magnas difficultates, et turbas, quas nobis Rome excitat, et procurat. Ducem Moscouie Schismaticum per nuncios suos aduersus nos instigat, qui etsi pacem nobiscum perpetuam iuerat, T juramento sanxerat, eius tamen persuasione duelus, et Jusiurandi violauit, et bellum nobis graue et subitum intulit, quo Tarcem insignem nostram Smolensko, velut quandam commodissimam ad Dominia nra Januam, per prodicionem intercepit, T nos ad multa damna et impensas perduxit, priusq; vero eo ventum erat, mi: seramus ad eius Imperialem Mtem Oratorem nrm, Rogantes illam amice T honorifice, vt nos in actionibus et iustitia nra impedire ac tam infense persequi desisteret, quod vt facilius ab eius Mte impetrare potuissemus Rogauimus istam fraternam Mtem, vt et illa Oratorem suum in ea re misisset, prout Mtas sua facere id pro suo erga nos fraterno amore non est dedignata. Imperialis autem Mtas Oratorem nrm contemptim habens, paxum vel nichil ad ea que petiuimus respondit. fraterne vero Mti quid renuntiari fecerit vre D. comperiri istic poterunt, voluit enim inter nos T Ducem Moscouie coniungens illi Magrm Prussie indefiezi et pro arbitrio et voluntate sua ea que cupit decernere quod quam indignum foret, nemo est qui non fateatur. quis enim licere putat alli Chriano Principi indicare de bonis inter alios Principem Chrianum et Schismaticum? qui ab infidelibus aliis feritate et perfidia nichil differt? vnde vre D. intelligere possunt quam graui T indigna perturbatione nos et res nras afficiat Mtas sua, quippe qui illam singulari amore et veneratione semper sumus prosequuti, nec vnq; meruerimus tam inimicos et infestos aduersus nos eius conatus, quare vras D. tanq; amicos testesq; eorum que nos pro incolumitate rei Chriane gerimus et sustinemus, Rogamus facere velint cum Sez ma germani mri Mte impensam ope:

ram, q Cesarea Mtas animum hunc infensum nobis, mutare digna-
retur. et non obstare amplis quo minus id qnod nobis Jure debe-
tur, consequamur. Cum enim Moscouie Ducem, Deo et iustitia
nra iuuante, profligauimus, breuiq vbi speramus, ea qne nobis ade-
merat recuperabimus. Si nobis Cesarea Mtas pergeret tales di-
fficultates ingerere, et eximere nobis Prussie Magistrum, co-
geremur debitum nrm ab eo armis repetere, et tueri iusticiam no-
stram. Q nod equidem nobis esset longe molestissimum. tum pro-
pter necessitudinem nram, tum rei Chriane non mediocrem detri-
mentum. Siquidem mallemus ad propulsandum gentilium impetus
q in viscera Chrianorum arma et vires nras intendere. Spera-
mus, q vre. D. pro sna erga nos affectu et rei Chriane commodo
facere id qnod optamus non grauabuntur. Q nas feliciter Va-
lere desideramus. Vilne

Wladislaus Rex Vngarie et Boheme Sigismundo primo Regi Polonie.

Inuitat ad Congressum, in quo Consultandum de bello Turcis inferendo.

SAlutem fraterni amoris ac felicium successuum, perpetua memore-
ta. Nescimus qnid in vita nobis optatius contingere potuisset, q illu-
vram, suo fausto ac felici ductu tam preclara, tamq memoranda vic-
toria aduersus pernicosissimum, eundemq instructissimum hostem nuper
esse potitam cognouimus, vnde tum Mtis vre splendori ac amplitu-
dini, tum illi inclito ac florentissimo Polonie Regno pulcherime
consultum, et ad tutelam et ad dignitatem animaduertimus. Mtem
demq vram tam prospero euentu non modo liberatum iri hac gra-
bellorum mole, sed incrementum etiam firmissimum putis fortune suc-
cessu rebus suis allaturam. Deus ipse profecto, ad qnem omnes
humane actiones sunt referende, benignos suos oculos in Mtem
vram dirigens, candē tante felicitatis compotem facere est dig-
natus. Nec enim sine diuino quodam consilio ac mente huiusmodi
bona contingunt. Sed cuius eterna prouidencia inferiora hec om-

ſupernaq̄ gubernatur illius q̄ voluntate ac miſſu ſucceſſus pro-
ſperi dantur. Gratulamur itaq̄ vob vre et virtuti et glorie
gratulamur tot ampliſſimis regionibus hac ipſa victoria ex ho-
ſtibus pene faucibus ereptis Gratulamur tot populorum ſecuritati
ac tutele Gratulamur demq̄ vniuerſe Chriane reipublice, que
eciam tam celebri de Saſmatiis hoſtibus adepto triumpho, non
parum claritatis ac ornamenti conſequetur Nec quidem letitia
eo veddit̃ur cumulacior, quo magis anxii paulo prius audieramus
perfidum illum Moſchum calcatis federibus. Jureiurando q̄ violato
repente per dolum ac inſidias arcem vob vre munitiſſimam in-
trecepiſſe. In bello enim et incundo et obeundo eo efficatiores
ſunt ictus, quo magis improuiſi atq̄ inopinati, que vbi compe-
rimus non potuimus pro nra in vestrem vram pietate non plurimum
angi ac cruciari, quo fit vt gaudium iſtud pene geminetur
Nam cum res optate omnes iucunde ſint, cum euenerint, hec tamen
longe maiorem afferunt voluptatem, quas moleſtus aliquis caſus
antecefſit, ingentes itaq̄ vob, vre, gras et agimus et habemus
que per ſuas optatiſſimas uras tam preclare, eximieq̄ victorie
teſtes ac Judices nos huius immenſe indelebilisq̄ voluptatis
participes facere volunt. quid enim vel votis maius concipi potuiſ-
ſet, q̄ ingentes ac pene innumeras hoſtium copias, equis armisq̄ et
omni bellico apparatu admodum inſtructas, vestrem vram diuina
benignitate paruo negocio fudiſſe ac fugaſſe, atq̄ ad interneccionem
pene delesſe, ſuq̄ ſuo milite incruento et incolumi. Quapropter
hac vob vre de hoſte laurea parta cum omni vetuſtatis me-
moria, mea quidem ſentencia, comparari optimo Jure coequariq̄
poteſt. Nec eciam ambigimus arces quoq̄ hoſtili fraude prius
interceptas, in vestrem vre ditionem, vel iam rediiſſe, vel brevi
redituras. Id quoq̄ eniti ſumus quacumq̄ externa ſignificatione
declarare, vt conceptum animi gaudium longe, lateq̄ omnibus
innoteſceret, quin et vniuerſi Regni vri ſtatus ac ordines,
non minora letitie argumenta eaq̄ manifeſtiſſimis indiciis
declararunt, q̄ ſi ex illo inclito Polonie Regno forent ori-
undi. Dedimus quoq̄ ſedulam operam vt tam inſignis rei fama
ad remociora quoq̄ Regna permearet, que longe lateq̄ promulgabi-

tur cum incredibili totius Christianitatis hilaritate ac gaudio. Su-
perest igr Deum optimum maximum orare, vt omnes huius vre
conatus ac cogitatus fortunet, eiusmodiq accessiones, felicesq
successus huic vre q sepius eueniant, cum hoc peculiare Regis
ac populorum moderatoris opus, officiumq esse debeat, per pulche-
rrima de hostibus Trophea, Illustresq Triumphos Regnum
amplificare ac assidue illustrius reddere et gloriamq bonarum
actionum testimonium, est et premium, honestissimis animulare li-
cet vero hostes vra victrices suas felicesq copias necessario
aduersus hostem tam rebellem tamq obstinatam mouerit, unde
suo milite pene illeso, inuictaq acie eternam sibi laudem compa-
rauit, tamen si qua via fieri posset, summopere cuitendum esse
vt totius huius belli ratione composita et sedata, ad alia que
iam magis vtenq nrm vrgere videntur, hostes vra animum
vires conuerteret. Quamuis enim mallemus post tot peractos
labores quietem et otium huic vre optare, in tanta tamen rei
publice Christiane necessitate ac turbine vix videtur sperandu
vt hostes vra se a pulvere et labore transferat ad quietem
hac presertim tempestate, qua Thurcorum Imperator fusis hosti-
bus, totaq ferme Asia domita ac ipso Sophitatis (tzarum) Rege cum
omnesso pene exercitu interempto, auctusq Imperio et vi-
ribus longe formidolosior nomini Christiano insurgit. Nec am-
bigendum est, quin immanissimus tirannus tot successibus elatus
omniq iam domestico ac intestino metu vacuus, efferatam illam
suam rabiem, in nosipsos exacuet, ac totum veteranorum robur
omnemq belli molem ad fines nros deuastandos depopulandosq
conuertet, quin et in ipsa viscera ac penetralia Regnorum no-
strorum (ni mature prouideatur) Christiani potentatus alii dor-
miant, alii q profide Christiane debuerant, inter se efferata atq
truculenta arma conuertunt. Quare omnia hostes vra pro sua
singulari pudentia velit etiam atq etiam animo reuoluere
vt reliquis omnibus contentionibus ac dissidiis quacumq ra-
tione compositis ac sedatis, contra tam validum tamq pernicio-
sum hostem, nos prouinciasq nras muniamus, atq reliquos
Christianos Principes (quorum quidem Regna licet sint remotiora

in eodem tamen vexantur discrimine) in subsidium, et oneris partem sollicitemus. Hinc est Sere me fr, q nam Mtem vram non fugiat nos necessario debuisse habere Conuentum cum Cesarea Mte Romanorum, tamen ne indicaretur id fieri in contemptum et minoritatem Mtis vre instante presertim Generoso ac Magco Domino Christophoro Oratore Mtis vre Conuentum illum distulimus, et quia communicato consilio cum eodem domino Oratore ac certis potioribus Consiliariis nris, conducibile admodum vtrique nrm atq honestum visum est, quemadmodum eciam antea Scripseramus, vt nos omnes tres, hoc est Cesarea Mtas ac nos, et Mtas vra quamprimum conueniremus, ac de omnibus inter nos, pro laude et honore dei, proq stabilimento Regnorum et Statuum nrorum tractaremus et concluderemus. Ita q in eod Conuentu tam negocium Moscouie, q eciam Magri Prussie componatur et sopiatur. Itaq cum hoc proximo tempore quidam Or sne Cesarea Mtis apud nos esset, concluximus cum eodem, et eidem respondimus, q ad proximum Carnisprivium, sna Mtas in Ciuitate sua Hamburga. Nos vero cum Mte vra in Ciuitate nra Rosomensi, duobus solummodo paruis miliaribus ab Hamburga distante conueniremus, ex quibus quidem locis tunc videretur quah et ad quem vlterius locum conueniendum nobis, cum sna Mte Cesarea erit, / ad hanc autem Dietam seu Conuentum ipsa Cesarea Mtas procurabit, vt tam Dux Moscouie, q eciam Magri Prussie Oratores snos, cum plena facultate atq mandato mittant, Quibus quidem Oratoribus si per Regna Mtis vre venire voluerint, dignabitur eadem dare lras Salui et seccuri conductus, vt liberi et scauri venire valeant. Satis autem superq cum eisdem Consiliariis nostris cogitauimus, viasq et modos quesiuimus Si forte Conuentus iste omnium nostrum ad longius tempus potuisset differri, propter vram Mtem, que nunc in remotissimis agit et occupatur. Sed propter multas causas vtiles, presertim vero pericula imminencia ad proximum Ver nequaq dicta ipsa vlterius commode prorogari potuit, et Idcirco rogamus Mtem vraz velit in huiusmodi dictam siue Conuentum consentire ad illamq

Deo Duce venire quo mutuis amplexibus vb ac fraternis etqꝫ
diu desideratis aspectibus perfrui valeamus. Non erit autem opꝰ
vt cum magno apparatu aliquis nrm veniat, sed solummodo cum
mediocri et quantum dignitati et honori nro conueniens erit, poterit
vero Mtas Vra mittere in illis locis necessaria presidia, quo lo-
ca illa ab isto hoste tuta sint, vel forte possent in dicto. alique
breues treuge et Inducie quibus durantibus interim hec omia
finiri et concludi poterunt. Nec obstabit si Mtas Vra per
vnam vel etiam duas hebdomadas, si forte directe ad diem
statutum venire Mtas Vra nequiret propterea dicta ipsa no
disoluentur. Si tamen ad ipsam illam diem vt premissum est
venire posset, vbi optamus et speramus, illud esset optimum, quo m
tempore et ante futurum vero omnia disponerentur et prouidere-
tur Quicquid igr in hoc Mtas Vra deliberauerit dignabitur
nos dies et noctes facere oratores Quam bene ac feliciter
valere semper optamus Datum Bude, feria quinta proxima ante
festum beate Elizabet vidue Anno domini M°. D. xiiii°. R.
gnorum nostrorum Hungarie, Anno xxv°. Bohemie vero. 45.

344
154

Wladislaus Rex Vngarie et Boemie Sigismundo primo Regi Polonie fratri

Petrum Tomicki petit promoueri ad Vicecancellariatum

SERme Princeps frater nr charme Memoria repetimus, qu superiore anno accepissemus in florentmo Regno, Mtis vre Ecclesiam Przemislien antistite viduatam sras in commendacionem Rndi Dni Petri Thomiczki Mtis vre Secretarii, eius singulari erudicione moribusq integerrimis, allectos, ad Mtem vram dedisse quo facilius eo Presulatu videbatur digmissimus nra intercessione potiri posset. Cum vero postmodum accepissemus Mtem vram et suopte iudicio permotam et nra commendacione delinitam, id dignitatis in ipsum contulisse mirum in modum gauisi: preces nras apud Mtem vram non manes caducasue extitisse. Quoquidem nomine Mti vre ingentes gras et agimus et habemus, que omni in re beniuolentissimum suum erga nos animu assidue declarat, vtq est excelso splendidissimoq ingemo, eos decorandos honestandosq suscipit, quos et virtus perspecta et vita integerrima et moces innocentissim commendant. Cum vero nuper ad aures nras peruenerit Vicecancellariatus officium brevi vacaturum, et Magcum D. Christophorum de Schidlowiec Castellanum Sandomirien ac Regni Polonie Vicecancellarium ac vre Mtis apud nos Oratorem, vt et viri merita et vacuo Magistratuum expostulat, ad Cancellariatus dignitatem per Mtem vram prouehendum, non duximus afraterna beniuolencia alienum, si vt eidem Rndo domino Thomiczki prouincia hec demandaretur, Mtem vram etiam atq etiam rogaremus cum neminem fore arbitremur aut magis idoneum aut ad id munus peragendum apciorem, idq non ambigimus Mti vre liquido constare, cum eius opera fuerit diu vsa, in Legationibus obeundis religiosq

Secretatus vice munere. sitq; vir ille et insigni prosapia oriundus, et ingenio ad res omnes agendas et facili et feraci. Accedit(que) ipsius singularis erudicio optimarumq; disciplinarum peritia, que non parum ceteris virtutibus affert et splendoris et ornamenti, licet enim ipse virtutes natura quodammodo sint nobis insite, tamen doctrina mirifice coalescunt et speciosissime efflorescunt. Quamobrem cum prefatum D. Thomiczki talem esse diu noverimus de quo vno omnia sibi possit prosna voluntate Vestras vrá pollicei nostrarum partium esse duximus Vestram vram enixissime precari vt Dominum Thomicz̄ki hoc Vicecancellariatus munere honestare cumulareq; dignetur, quo virtus doctrinaq; ipsius singularis facilius elucescere possit. Ingenio enim eruditorum hominu quo vberiorem vbi sese exerceant materiam nanciscuntur eo et pulcheriis reviviscunt. et ad feraciorem Segetem plerumq; revocantur. Hec quidem vt Vestre vré pro nra in eandem pietate liberius scripsimus, ita rogamus vt in optimam partem omnia accipiat. Itaq; existimet michil esse apud nos antiquius Vestris vre laude et gloria que in hominibus idoneis extollendis q maxime luceat. Quod si Vestras vrá hominem tam clarissimis animi corporisq; dotibus exornatum, huic Magistratui preficere dignabitur, michil profecto erit, quod Vestras vra vlterius requirat ad omnia Vicecancellariatus et obsequii sedulioris officia, hec vero nimirum res nobis erit q gratissima eoq; nomine nos a Vestre vra singulari quadam complacencia affectos ingenue profitebimur. Quam bene et feliciter valere semper optamus Datum Bude in festo puntacionis Beatissime Marie virginis Anno domini M°. D. xiiii Regnorum nostrorum Hungarie Anno vigesimo quinto. Bohemie vero xl°. v.

Joannes Laski Archiep⁹ Gnesnensis et in Concilio Lateranensi orator Sigismundo primo regi Polonie

De Canonizatione S. Casimiri et de Victoria Mahumetica Rome tardius Nunciata.

SERE^me Princeps et domine domine gracioſſime, Venerabilis Dominus Laurencius Miedzileczki Prepoſitus Vilnen' 24 Septembris anni proxime elapſi Romam venerat, qui inter alia negocia ſibi a M^te V^ra commiſſa magno ſtudio ſollicitat. Canonizacionem Beati Caſimiri fris germani M^tis V^re, Quid autem Pontifex cum Rev^mis Dom^is Cardinalibus mihi reſponderit, ab eodem Domino Prepoſito, cui Pontifex eciam ore proprio retulit M^tas V^ra intelliget, que dignetur illud proſequi, tum honoris M^tis V^re tum Illuſtracionis ſue dominiorumq⁹ ſuorum cauſa. Poſt eundem dominum Prepoſitum lre M^tis V^re, que ante primum Decembris propter Seſſionem fuerant mihi dande die tercia eiuſdem menſis erant preſentate, unde neceſſario diligenciam adhibueram, ut Seſſio differretur prout dilata eſt ad feriam quartam poſt Dominicam letare, ad eam vero Si Wolſchi quidpiam aliud non afferret quam quod M^tas V^ra Pontifici ſcripſit petendo dilacionem ad ſuum de Lithuania in Regnum reditum, haud aliud quicq⁹ pro nova dilacione ſciam proponere. Wolſchi autem per quem M^tas V^ra iſtud et alia perſcribit dicenda, diucius in redeundo moratur, non ſolum expectatus a me, ſed eciam ab ipſo Pontifice, lre vero que victoriam Pontifici et Cardinalibus ſignificaverunt, a fre Antonio Duſſ prima huius menſis tradite ſunt mi, recenter quidem ac tempeſtive ſcripte, ſed negligenter tardiſſimeq⁹ allate. Si quidem ex Hungaria et Venecijs, nonnulli eciam ex Polonia priuatim de huiuſmodi victoria perſcripſerant. Itaq⁹ apud Pontificem non modo res non fuit nova, ſed eciam diu tuta, Qui tamen letiſſimus propterea Cum Rev^mis Cardinalibus exhibit

Decreuitq; vt solléniter ad Sanctum Petrum in festo Conuer-
sionis Sancti Pauli missa cantaretur, pro actione grazrum ad
Deum, Oratioq; publice haberetur de laudibus Ri-
ppsmiq; maiorum ac gentis Polonie & Lithuanie dominoz
q; suorum. Post eam vero diem sua Sanctitas est responsu-
za literis Ri-
vre, Michi quidem nichil gracius, nichil
iucundius aut optabilius per totum hoc Rome spacium con-
tigit aut contingere potuit, q; tam celebrem victoriam
gloriam tam claram, prouincie zrumq; suazrum libertatem atq;
augmentum, maxima cum laude acquisierit. Itaq; pro tam
felici rerum successu Ri-
vre Deo gras ego agamq; &
non desinam orare, vt omnes bonos inceptus Ri-
vre
melioribus auspiciis Deus optimus secundet, ac felicem in-
columemq; eam et dominoz um suoz um statum conseruet, ac
contra hostes semper victoriam eidem prebeat, Comisi alia
referre Ri-
vre per hunc dominum Preposium om vre-
dere dignetur cui Ri-
tas vra Cuius clementie hum-
me commendo, ex Vrbe xvi Januarii anno 1.5.15

Laurentius Cardinalis S. Quatuor. Protector

Sigismundo primo Regi Polonie

De eadem Victoria, eiusq; hortatu ad bellum contra infideles suscipiendum

SERme Princeps, Inuictissime domine domine mihi obsez. uandissime. humilem commendacionem &c Binas Sez.me Mtis vre paruo temporis interuallo accepi lras, singularem eius clemenciam et humanitatem facile indicantes, quibus dignata est preter Sanctissimum dominum m.m, et Sacrum Rx mozum D.nozw Cardinalium Collegium, me quoq; inter tantos dominos minimum, gloriose ac semper memorande victo: rie sue, contra Moschos Christiani nominis infestissimos hostes feliciter parte, speciatim participem facere, Quo quidem fausto ac triumphali accepto nuncio, Sanctimus Do.s nr primo in die Epiphanie post vesperas in Capella sua magna, et de: inde in Consistorio, astante sibi Sacro Rx mozum Do.nozw Car: dinalium Senatu, maxima atq; incredibilia iubilacionis signa dedit, et gras Deo agens, qui ostendit nobis magnalia sua Mtem vram summis laudibus, immensis preconiis comendauit et vsq; ad Sidera extulit, Idem quoq; pari modo Cardinales omnes vnanimiter fecere, Insuper et pro celebri tante habite victorie memoria, Decretum est, vt in die Conuersionis Sancti Pauli proxime futura, solemnis missa in Basilica, et super altare Sancti Petri, a Rx.mo domino Cardinale Bononiensi, ce: lebretur, laudes vero debite soluantur, supplicaciones addantur vt Do.s nr gressus seruorum suorum dirigat, et prosperos eius: modi successus seandet, atq; feliciter, Mtem Demum vram eiusq; victorem exercitum sospite, protegat, et defendat, sibiq; auxilium de Sancto mittat, atq; de Sion omnes nos tueatur

Significauit mihi preterea amplitudo vra, grato se animo ac-
cepisse ex lris Bndi m Chro, pris. Dom Joannis Archiep
Cnesnen, apud Sedem Aplicam Oratorem suum agentis ope-
ram meam sibi, rebusq; sms, Sincero corde et prompta volun-
tate prestitam, gratam acceptamq; fuisse, ago inprimis Ai
vre quantas possum maximas atq; infinitas gras q me bem-
gnitate sua tali beniuolencia prosequatur, vt verum ase fel
gestarum optatum euentum michi insinuare studuerit, Gaudeo
subinde plurimum, si qmd egerim, quod gracium complace-
ciam suam promeruerit, verum illud proculdubio fateri possu,
me semper Ai tem vram (ita meritis suis exigentibus) suma
reuerencia, peculiariq; quodam affectu obseruasse, tum qma Ro-
manorum Pontificum ac Sancte Aplice Sedis bonum, Et ob-
sequentem filium se ingiter exhibuerit, tum etiam q eius Legatos
ac nuncios perbenigne honorificeq; susceperit, Nunc vero lo-
Secunda dignitas est Beglerbegij, et dicitur, quia si dns dnorum, vterq; illorum. Nam in ea Dignitate sunt duo, Vnus Beglerbeg Natulie, alter Beglerbeg Grece, quem ipsi compellant Vrmueli Beglerbeg. Eorum officium est habere Registra Timarorum, in vulgari Serbico Sernico Boiaronum, hoc est nobilium et magnatu, Illis necessarium est scire et videre omnem Capitaneatu, et quot sunt in aliquo Capitaneatu Timarones. et si omnes sunt completi, iuxta priorem institutionem, et q; vtilis sit, in aliquo loco Timar, illos scire oportet. Concessumq; est per illorum manus, omnes illos Timarones distribuere secundum exigenciam personarum. Et habet vterq; eorum facultatem, in sua Regni parte, dare, mittere, et summovere Timaronem illum, qui fuerit minoris valoris quinquaginta Ducatorum, sine omni Cæsaris et Vesiratus scientia. Illi eciam habent facultatem corrigendi inobedientes et negligentes, deponendi, immutandi, tribuendi minus vel magis vnicuiq; secundum vel merita, vel culpe exigenciam, vltra summam quinquaginta florenoru. Et quemcumq; aliquis eorum offert Cæsari et Veziratis, promotio sua prenalet, primumq; locum habet, nisi magna necessitas exposcat aliter fieri.

Cum aut Cæsar mouet bellum, et scriptis designat locum, tunc Beglerbeg, revidet, considerat, et connumerat personas seruiencium. Nemo aut inter remidium pro presenti computatur, nisi quem ipse conspexerit. Ipse est caput Baronum, sine illo nec quis corrigitur, nec quis locupletatur. Ille alys imperat, ille iubet, et omnia fiunt sine omni recusatione, sine vlla mora, nec quis in suam

sue recusat, quia sentit se et remunerari, et corrigi ab eo posse. Timarones namq; seu Barones constituti sunt vniuersaliter per totum Regnum, quibus ex agricolis prouenit merces et stipendium. Nam quicunq; colit terram, tres aspros soluit, duos Cæsari, et tercium ipsi Timaroni, prout lacius apparebit, cum de vniuersali vtilitatum, constitucõe, et prouentuũ Cæsaris infra scribetur.

In istis aũt Timarombus, nemo consanguineus succedit, sed moriente vno, alter qui magis virtute comprobatur, per ipsum Beglerbeg, vel per promotionem suam, si excedit numerum quinquaginta Ducatorum. Illis Szanczaki, hoc est Capitanei terrarum et Districtuum denunciant Timarones vacantes, et offerunt promouetq; personas valentes. In bello istis Timarombus, nemo audet imperare aliquid, preter illum Beglerbek, id est Prouincie sue dnum. In Beglerbegatu, hoc est Dominio Grecie sunt trecenti et duo Szanczak, hoc est Capitanei. In Beglerbegatu antẽ Natulie, sunt trecenti sex, qui Beglerbek, conuertunt gentem illam Timaronum, ad Confinia Regni tutanda, secundum exigenciam necessitatis, et mandata Vesyratus.

Tercia Dignitas est Cadelaskar, Illorum eciam sunt duo, Vnus Natulie, alter Grecie, quorum officium est supremos esse Judices, ad quos omnis appellatio defertur, decisiõ et sentencie illorum statur, Illorum potestas est constituere Judices se inferiores, quos vocant Cadey, quilibet in sua Prouincia, in locis ad hoc specialiter deputatis, Ipsi sunt Judices omnium personarum, coram ipsis fiunt resignationes, omnium bonorum, et hereditatum, Inscriptio Dotis et Dotalicij. Que Inscriptio sic fit. Mos est Thurcarum, anteq; sibi aliquis virginem copulauerit, is qualem Dotem habere cupit, talem premittit in rebus parafernalibus in domũ virgis, Posthac ille res, tam à Marito misse, q; à Parentibus virgini date, compensatur per Judicem, et inscribuntur vxori ex parte mariti, Quo mortuo illud totũ vxor

obtinet. Si eam dimittere voluerit, iuxta Legem Mahometanam in Alcorano de-
scriptam, extunc data vxori Dote inscripta, liber ab ea fieri potest. et aliam, atq;
quotquot nutrire, aut eis sufficere, ducere poterit,

Item, Omnes sentencie per Judices quoscunq; necesse est vt conscribantur, De
quibus, si coram supremis Judicibus accusantur, expurgari tenentur. Si aut con-
victi fuerint de male indicato, remouentur de locis illis, ampliusq; ad officiu illud
Judicij, non assumuntur perpetuò. Isti Cadey, sunt vbiq; in Districtibus sui,
Exactores et Cumulatores Decime Cæsaris, que ei datur de genere, omnis viuen-
tis animalis, et de omni segete, octaua et septima pars. Idem, et in omni Minera,
que ex terra prouenit, ipsi Cadelaskar, maximas pro Cæsare, et pro se vtilitates
acquirunt. Coram illis omnis seruorum libertatio, et manumissio fit, Ab illis
quoq; fiunt lre libertatis, Per illos seniores, et substitutos in locis ipsoru, fit
punitio contra delinquentes,

Delictum aut illic committi accidit dupliciter, vel contra Legem, vel contra proxi-
mum. Delinquens contra Legem, publice corripitur, per verba virge. Contra
proximum vero si peccat, punitur per Capitaneum, ex Decreto Judicis, poena
mulcte.

Quarta Dignitas. est Imrohor, que in Seruico dicitur Conjussnyezi, hoc est
Equisones, Illorum eciam sunt duo, vnus Natulie, alter Grecie, Eorum cura
est, de omni Cæsaris Grege equoru, equirearum, omnium peccorum et pecudu
prouidere. Illi loca pascentibus ostendunt, Illi ad pabulandum equos distribu-
unt, per villas ad certos Menses. Illi familiam, que equos et greges fouet, pro-
vident. Ornamenta equorum apud se conseruant, et fieri procurant. Illorum
facultas est constituere Agasones pro bello, qui tempore belli equos Cæsaris

ducunt, ornant, et prouident, Currus eciam et aurigę Cæsaris, ab eisdem prouidentur, Decimę grani in manus illorum veniunt, Cæsaris domum pane, coquina carnibus, prouidere, illorum est officium, Nam omnis decima, siue animalis, siue grani, in manus illorum venire debet. Et quantum opus sit, de illa pro vsu domus Cæsaris illi remident, Si quid superfluum manserit, venditur, pecunięq3 Cæsari datur. Illi insuper prouident Camellos, mulos, equos onerarios, qui ferunt omnem necessitatem in Exercitu, Et eciam regunt eos, qui curant bestias prędictas, Tentoria preterea fieri ornare et disponere, illorum est officiu, Lo3 Sut insuper libertare eos, quos elegerint ad prouidendum gregem, vel aliquod ipsorum animalium, Hactenus, et tantum, de Dignitatibus

De regimine Curię Regalis.

Cum scripserim de dignitatibus, et officijs, quibus regitur Regnu Grecię, et Natulię, ac Respublica in suo statu antiquitus constituto conseruatur, necesse est rursus, regimen Domus, seu Curię Regalis attendere eum, qui volet omnę gubernationis positionem scire, qui homines et quales eorum mores, Sed anteq3 descendam ad ostendendum fines regiminis Domestici, opus est prius ostendere, vnde persone hominu assumatur, ad alia Curię officia implenda, Anno namq3 ffp tercio, de sexaginta Domibus, recipitur vnus homo masculus, non minor quindecimo, nec maior decimooctauo anno, non secundum ordinem illaru domorum, nec vicissitudinaliter, sed pocior ex illis domibus eligitur, Quę electio stat in arbitrio eligentis, nec quidq3 seuerius diligencius ue eligitur, aut exigitur a Christianis illic commorantibus q3 istud. Quia non aligna alia poena, sed duntaxat, et bonorum, et capitis simul, priuatione punitur, is qui neglexerit ostendere, vel celauerit prolem illius domus. Et posteaq3 sic electi quolibet tercio anno de quadraginta domibus, et adducti fuerint illi adolescentes ad portam

Cæsaris, tandem per aliquod tempus prælliguntur. Hij sic delecti, in tres demu
separantur partes. Prima pars datur ad domos Cæsaris studenciu', secunda
pars ad labores edificiorum. tercia pars datur et distribuitur Officialibus Cu
rialibus senioribus, cultoribus predioru et vinearu', Talibus aut dantur, qui
et periti essent in lege illorum, et erudirent eos Regulas legis, et artem sagit
tandi ad tercium annum, et alia que describentur suis in locis inferius,
Illa namq; pars prima, que datur ad domos Cæsaris pro studio designata,
est aljs duabus partibus fortunatior, nam hij diligentissime docentur, sine
intermissione, in Psalterio Dauid, Libris prophetaru, et Lege Mahometi.
Discunt eciam modos orandis, et consuetudines legis illoru, Inflexiones circa
verba, et observationes temporu', artem insuper sagittandi ex arcu, que omnia
summa cum diligencia complectuntur. Ex quibus domibus tercie partis
subuencio promotione docencium, recipiuntur illi adolescentes ad duplex Servi
cium Cubiculi Cæsaris, ex quibus tandem creari videntur omnes maiores
et minores in Curia.

In primo seruitio sunt sedecim tantum, et isti sunt Cubiculary suprem, qbus
Cubiculi Janue patent. Ipsi sunt portitores ciboru', aptatores lecti, et Custo:
des vestium. Ex ea parte et loco, nemo exit, nisi ad Prefecturas digniores,
excepto casu culpe impedien, et ipsi Thurce communi vocabulo, vocant qua
libet Prefecturam, in quocunq; ordine, Ago. Ex quibus Agonibus semper
sunt proximiores ad maiora officia. Quilibet istorum habet primu' vocem
pro se, ad maiorem dignitatem assequendam, nisi promotio Senatus reijcere
velit, ex eo, q, vtiliores eligat. Nam ex eo loco Ago, ad officiu' Subbassa
tus, quod videtur esse eiusdem valoris, vt apud nos Aduocati, vel Scultet,
in suis officijs, isti sunt proximi. Et sunt Custodes poenarum Regalium
ex quo tandem loco ad Szansakowstwo, quod est Capitaneatus apud nos.

Ex quibus Sanſaki et Capitaneis, fortuna et virtus eligit Veſir, quod officium eſt Conſulatus Cæſaris ſupremus, vt ſuperius dictum eſt de prima Dignitate.

In ſecundo Seruitio Cubiculi, ſunt ſecundi Cubicularij minores, numero trecenti, aſſidue, et in triplici loco poſiti, circa domũ ſingularem Cæſaris, et ſunt pro ornamẽto domus Regiæ, Aliqui ẽm illorum aſſunt ad primas portas Cæſareæ domus, aliqui apud ornamenta, et ſuppellectilia domus, aliqui vero et tercij apd Cuſtodiam theſauri Cæſaris, Illi qui ornamenta cuſtodiunt, pollitè ornãtur, ita q; eis ipſa tota domus pollet, Ex ea domo, cum quis eorum pubeſcere incipit, mox creatur nobilis, Et eſt duplex Nobilitas Curiæ, Vna eſt quæ vocatur Spchili, altera Sulmutari, Spchili cum de domorum trecentorũ mittuntur, prouidentur à duo veſtitu ornato et splendido, equo, armatura equeſtri, salario diurno, quod conſtituitur ſecundum idoneitatem perſonæ, Quorum numerus ſemper eſt, vt fieri debet, Mille sexingenti Spchili, Sulmutari aũt qui de illa domo mittuntur, eodem modo nobilitate donãtur, veſtitu ornantur, salario diurno premiantur, Vna tamen diuerſitas ẽſt, inter prædictas nobilitates, In præliando namq; in incedendo, et in ſtando, ſemper Spchili obtinent locum dextræ manus; Sulmutari vero manus ſiniſtræ, Iſtorũ ſũt mille ducenti, Quæ duplex Nobilitas, Curiam Cæſaris pollitam oſtendit, quia iuuentus ornata eſt continue in Curia, Hij habent inter ſe Præfecturas multas, iuxta ordinationem eorum ſunt Millenarij, Centuriones, et Decuriones, qui præfecti omnes dicuntur Ago, Ago aũt in ſuo Ordine nominatur Millenarius, vel Centurio, vel Decurio Ago, Pro creatione eiuſdem duplicis nobilitatis, cuius Iuuenes ſunt duo Millia octingenti, eſt domorum tricentorum adoleſcentum, Pro creatione aũt Præfectorũ, eſt domus ſedecim Cubiculariorum, vnde ſalarium diurnum, perſonarum prædictorum nobilium eſt

quinque asprorum pro die vno.

Pars vero secunda, et media Adolescentum, de qua mentio superius est facta deputatur ad labores edifitiorum.

Pars aut tercia, que superfuerit, datur colentibus tram, domesticis hominibus, quoma eos libenter recipiunt, quia no premiant eos, tantum tenentur illos erudire in le ge, ac in arte sagittandi, Anno vero tertio, quilibet restituitur, et cum restituun tur, omnes pro vno tempore adducuntur, in Curiam Cæsaris. Ipsi tunc inconti nenti Ienizari efficiuntur, constituunturq salario diurno illis asscripto, Imprimis tamen, datur eis bracca, camisia, tunica, mitra, et arcus, cum framea, Sic quoq dum à Senioribus, quibus antehac dati erant, recipiuntur, Decuriombus committu tur, et ibi iam fiunt Ianczari perpetuo, Et omnes hij, qui taliter ad Curia Cæ saris, veniunt, fiunt perpetue illibertatis in Ienizeratu, Ienizari, Sulmutari, et Spehili et vocantur Sclani Cæsaris, Illis morientibus, semper Cæsar succedit in diminuim derelictorum illius morientis, eciam habita et relicta prole. Et nunq ex hijs ab eiusmodi illibertate, quis liberatur, excepto quod aliqs eoru ex fortuna fieret Vesir, tunc em iam successio Cæsaris cessat, Illis stipen dij salarium à principio constituitur, quia tantum tres Aspri, sed ex facili se niorum promotione, obtenta causa, siue vera, siue falsa, ampliatur salarium. Quorum numerus Ianizarorum supra Spehilos vt Sulmutaros, debet es se semper, octo millia, nec fit excessus, licet minor aliquando es se consuenit. Illis aut Nobilitatibus duabus annumerati, duodecim millia constituunt, Ipsi sunt Ledites, et quasi extrema salutis spes tocius Exercitus. Inter illos it, stat, et procedit Cæsar. Quorum vnus quisq debet habere id, quod sibi à principio datum est, vezt, arcu, frameam, thorace, lanceam, ad instar lombarte &

961
176

et klipouh, ferrum triceps acutum etc. Isti semper implent domũ Cæsaris. Isti ad Castra finitima ordinatim, singuli atq; singuli per tres Menses, postea re: deunt.

Sunt aũt Castra magis illis necessaria Sanderium, Trapesuntum, seu Trepezona, Caromania, nunc Motonum, ante fuit Bitola, Kilija, et Alba Regalis, in Con: finibus Mis'ie, seu Moldanie, et Lolonie, supra Dambium sitta, que duo pro vno reputantur. Ad quemlibet locum ex predictis, quingenti ordinatim mittũtur. qui perpetuo non redeunt domos proprias. Hij ẽm sunt alij quingenti, extra nu: merum illorum, quorum singuli per tres menses, necessitate incumbente solent mitti. Si parens alicuius ex hijsdem Quingentis moritur, vendit derelicta, vel tradit alteri, quoniam domum propriam habere non potest. Ex hys mũq; fuerit possunt Timarones, Isti veniente morte Cæsaris, sua fortitudine eli: gunt alium Cæsarem, spoliant Judeos, Mercatores Christianos. Vesiratus et Bassas contrauenien ipsis interficiunt, Multa tunc mala iacent eis Sede va: cante, Isti omnes ferunt albas mitras.

Vt aũt facilius capiatur, vnde tam frequens Exercitus, seruari et teneri potest, necesse est intelligere ordinationem vtilitatum Camere Cæsaris.

Nam hoc primum est, et maximum, quia in toto eius Regno, nemo potest pos: sidere vnum hominem rusticum, sed omnes vniuersaliter sunt Cæsaris, sicut et in Moschouia.

Census aũt ita per totum Regnum constitutus est, Item de qualibet domo, per annum vnum, dantur centum Aspri, Eadem etiam domus pro Timaromibus, tenetur dare viginti quinq; aspros, seu denarios Tenerinos. Census quidem Cæ: saris, potest diminui oportunitate exposcente; Timarorũ vero fructus nunq;

Item rusticus dato censu Cæsaris, et Timarom decimam partem in pecore et pecude, de vino octauã partem, de volatilibus domesticis, videlicet, anseribus, et gallinis, decimã partem. Item de quolibet frumẽto, octauam et septimam partem, À qbus Contributionibus nemo excipitur, nisi singulari Priuilegio sit exemptus.

Insuper vigiti rustici, cuiuscunq; legis sint, tenentur expedire vnum hominẽ ad bellum, tociẽs, quociẽs fuerit necessarium. Isti homines in Exercitu vocantur Achanczi. Qui in terra pedites sunt boni. In mari vero Naues trahunt, implent, defendunt, omne item officium laboris circa Exercitum, siue Marinũ, siue Campestre, fit per illos.

Item illi, quos Cuies expediunt, prout constitutum est vnicuiq; Ciuitati Asaporwie dicuntur. Ferunt aũt rubeas mitras amplas. Et omnis famulatus qui pretio fuerit comentus, dicuntur Asaporwie, qui per solum Cæsarem, pro tempore suscipiuntur, vti apud nos Stipendiarij.

Mineraruꝫ aũt vtilitas, quẽ prouenit Cæsari, vt pote, auri, argenti, cupri, plumbi, quas Mineras in Grecia non habet, duntaxat in Regno Bosznę, et territorio Kruschowiecz. De quorum metallorum prima grossicię, capit terciam partem. Demum ex igne et purgata materia, capit octauum et septimum pondus, hoc est, libram, seu marcam. Deniceps in Moneta, quintum recipit Asprum. De resi duo vero gaudent laborantes.

Item thelonea, piscaturę maris, sunt Cæsaris omnia.
Item Molendinum à Rota soluit triginta aspros quotannis.

Item omnes rustici in tota Grecia, tenentur dare homines vicis situdinaliter

ad faciendas naues in mari. vt in Eusopoli et Vnik, consuetum est facere naues, ad littus Maris Euxini. In Bulgaria, ad littus Danubij, et ille sunt minores in Macedonia apud Solon. Ibi solent dare, que alicui adiacent littori.

Item nemo rusticorū presumit seminare risium, de semine proprio, sed tantū seminis recipit de Camera Cæsaris, quantum se credit habere agri, et id totū anno futuro restituere tenetur, postea de residuo dimidium.

Ite, quilzt homo, de peccore cornuto, tenetur dare. vnū asprum.
Item de quinque Ouibus, vnum asprum
Item de porco, seu scropha duos aspros.

Ista Contributio quotannis penditur Cæsari, ex qua aliquot Milliones proueniunt, quia vti certo asseritur, sex Milliones cum dimidio vnius. Ibi Greci maxima seruantur in illibertate, multiq eorum fidem Christi vera renegantes, in errores labuntur Machometicos, Nec mirum, q̄ primum enim duodecima vice, q̄ toties sunt, ab vnitate Ecclesie scissi, ab obediencia Vicarij Christi, et legitimi succesoris Petri, cui tradite sunt claues Regni coelorū, confestim tyrannidi Turcarum sunt subacti, Et qui vero Christi Vicario, capita flectere renuerant, nunc Vicario Diaboli Pseudo Machometo, nō solū ea flectere, sed eciam substanciam totam dare, corpus et animū, in perditione perpetuam, mittere coguntur.

Ex premissis Beatissime Pater, et dne dne clementissime, Scitas tua ex tributis, et ordine Thurce, comprehendere potest, q̄ potens fuerit ipse Tyrannus, auro et populi multitudine abundans. tunc presertim cum tantum Grecie & Natolie imperitabat, Nunc aūt acquisitis sub Magno Zoldano locuple-

tis̄simis Dominijs, q̄ ꝯ potentiorem, et multo diciorem illum existimare debeas, plurimū et terrestri, et Nauali expeditione valentem. Ex quibus modis, ac q̄ ꝯ magnis copijs Pedestribus, atq; Equestribus, atq; ꝯ per quē terrē loca, illius viribus et potenciē, non solum occurrendum foret, verum eciam dextera dñi, tibi et fidelibus suis assistente, hostis Christi blasphemus, cum neget ipsum esse, fluuium Dei viū, sed hominem et simplicem asserit, velut Machometum pseudo propheta, propterq; eiusdem Christi Ecclesiē, acerrimus persecutor, inuadendus, frangēdus, de Grecia expellendus, ac ad vltimū eius interitum, persequendus foret, Jam em tale tempus, à Deo optimo maximo prēordinatū, et à dilecto Discipulo eius Joāne sancto in Apocalipsi prēmissum, ac per complures Dei electos, et electas, reuelationibus diuinis prēnūciatum, ab omnibusq; ꝯ Regibus et Prnicipibus ac populis diuersarum nationū, in vnitate fidei conuenientibus, vnanimis votis desideratum, à pluribus quoq; ꝯ Pontificibus et Imperatoribus contra ventum remigrare conantibus, frustra tentatum, sub te clementiss̄imo et prudentiss̄imo Leone Pontifice Maximo, nouiss̄ime venit, ac diuinitus delapsum est, post tot calamitates afflictē Ecclesiē redijt,

Ergo tu Sanctiss̄ime Pontifex, tanta Creatoris et Saluatoris clemencia, ac fortuna prēditus, temporis oportunitate nacta, ac ab ēterno prēordinata, ad redactionem Ouium in vnū Ouile, nūc nūc retia in altum, iussu Saluatoris, qui omnia sub debitis horarū momētis et temporū, vult fieri, tende ac mitte, nec multum morare, sed ex impromiso, Lupum Ouilis Christi adorsum, vnde quaq; ꝯ fidelibus tuis, circumuenias, oppugna, deleas, et expugna in fide Christi, quē es victoria nra, In qua omnes fideles vnam spem salutis habentes, et pro ea pugnantes, rebus suis nō dissident, sed contra Persecutorem et Blasphemū nominis Christi pugnabūt fortiter, et foelicibus auspicijs Dei et tuis triumphabunt, Quoniam sicut tu verē Ecclesiē Dei Caput vnicum, atq; verus eius sponsus, ꝯ

Vicarimq; Christi, Clauiger Regni coelestis, atq; legitimus Prncipis Aplorum, Successor existis, prout veri omnes Catholici Reges, et tam Ecclesiastici, q; Seculares Prncipes, id ingemme profitentur; ita Sctitate tua Duce, et Directore, in tam sanctam expeditionem proficisci maturan, arma capient, nec intermittet opus necessario captum. Quod si qui prius velint de Dominijs illis acgren, lites aut discordias agere, seu aliquid in medium afferre dissidij, anteq; arma sumant, ij similimi existimatur illis, qui prius auem ad sant, anteq; per aëra volantem capiant, aut ante recia pisces prendunt, Nec em fas est de talibus prius habere questiones, q; bellum suscipere, quoma habemus omnes fide vna: nimes, vnum te fidei caput, Ducem, et Directore, à quo et moderari debeus iusto iudicio, prout et Rex nr bello clarissimus, et idem optimus Catholicus, semper profitetur, et omnia moderatiom, gubernacoiq Sctitatis tue committit: Excepto quod aliqs Regum aut Prncipum, in hresim, aut scisma lapsus, aut talium hreticoru et Scismaticoru fautor, secus senciat, et te Ecclesie caput et Verum Christi Vicarium, in terris neget. Verum quia neminem salutis sue et virtutis immemorem, adeo obstinatum, aut in pcms, inter Christianos, con: versum sentimus: Ideo vnanimiter precamur, et obsecramus, rumpe moras, et iam iamq; per Vniuersum Christianu Orbem Sctitas tua, Nuncios Le: gationesq; omnes in partes, dimittat, atq; sue Mtis Imperio lras, in forma bremis, tam ad Reges, q; ad Lociordinarios, celerius scribi mandet. Inium: gendo, vt no modo Omnipotentem Deum nrum Jesum Chrum, pro cuius fide agitur, et à quo omne inicium foelix progreditur, omnes Christi fideles inuocent, vern vnus quisq; pro possibilitate facultatum suaru, ad eius modi rem sume necessariam et imminetem, aliquid contribuat, cum plenaria peccatorum suoru remissione, nec est duciius, q; ad instans Ver, differendum. Quoniam vti nos ex Oratore Tyranni Thurcarum Schelimbek, estate proxime lapsa, dimur;

miorem Trengam à Sertmo Rege mro petente, cognouimus, et ex ore eius secretu audiuimus. Erat cm occultus Christianus renegatus, Comes ex Candia, seu Creta. Oportet, inquit, omnes Christianos, pro alia proxime futura Aestate, concordes et vnanimes esse, quoniam cu maiori et potenciori se, tunc agere debebut. Et si discordes fuerint, per vnu ab hoste colligentur, et debellabuntur. Cogitent ergo et consultent absq; mora, quid eligere debeant. Et ea de causa, Beatissime Pater, reiectis ad partem omnibus discordijs et dissidijs, ac vnanimitate inter eosdem Reges et Principes, per Sctitatem vram facta, hec sancta expeditio, celeriter sumatur. Ad quam imminetem necessitatem, etiam si opus fuerit, dimidia pars auri et argenti, de omnibus Ecclesijs accipiatur. Quia iuxta sanctorum Patrum Consilia, Ecclesia aurum habet, no vt habeat, sed vt pauperibus, et pro redemptione captiuorum, tempore necessitatis eroget. Cum aut omnibus notissimum sit, nullam maiorem necessitatem vnq; habuisse Ecclam, q; nunc, et instantibus temporibus, vbi pro redemptione tocius Christianitatis ac Sponse Christi Ecclesie agitur: Ideo Sctitas tua, pro suo prudentissimo consilio, dignetur prosequi, et opere perficere id, quod mature concepit, et consulit, ad laudem et honorem diuini nominis, et ad exaltationem Orthodoxe fidei, ad salutem q; Christi fidelium, atq; ad perpetuam tue Sctitatis famam, gloriam, et mercedem, Et id, quod mature concepit, ac consulit, opere perficere, Prout de suma bonitate, et virtute Sctitatis tue, dubitandu est nemi.

Joannes Laski Archiepc̃s Gnesnen. oz in Concilio Sigismundo primo, Regi Polonie

Serenissime Prnceps, et dne dne gracioſissime, Originales lras meas, cum gbus, et cum Breni Aplico, Curſor ad Mtem vram veniet, extendi, ſic liberius etem Originales ſunt ſcripte, vt videbit Mtas vra exemplum earundem Originaliu' mearum, pr̃ſencium' ſub Ciffris incluſum, Quia Papa voluit, vt et meas scripſiſſem, et ſibi materiam dediſſem scribendi Mti vre, Scripsi ergo meas Originales, vti conueniebat, obſeruando partes cones, ſcilicet Sctitatis ſue, Mtis vre, et mee, quia volui honeſtare partes, ſcriptione mearu lrarum,

Imprimis vero, ad interrogationem debm dixiſſe, Mtem vram non poſſe, ſe hmic oneroſiſſmo oneri ſubmittere, Primo absq; dnis Hungaris, Secundo, obſtante Treuga cum Thurca ſuſcepta, Tercio, circumdantibus Mtem vram hoſtibus Thurcis et Scismaticis, Quarto, irrequiſita Mte Imperatoris, seu delatione ſibi no facta, per quam Almani cohercerentur, // Quinto, ne fr̃e sm amantiſſimu, regem Vngarie vna cum prole ſibi chariſſima, poneret in suspitione, tandem in periculum, qui pacienter no ferret, dum intelligerent Mtem vram cõſultare velle cum Papa, eis neglectis, pro expeditione contra Thurcos, Sexto, ne Mtas vra, per hunc modum indirecte vellet ſibi arrogare auctoritatem et Tutorie Nepotum, et imperandi apud Hungaros, Septimo aut q, in Originalibus ſcripſi, obſtante defectu non eſſe poſſibile apud Mtem vram hoc oneris ſumendi conſilium, dixi quidem populum habere tanq infimu, Et ea ratione induxi Papam, q, eam pr̃ficere vellet expeditioni terreſtri, Et licet confidam q, Mtas vra ſecum omnia prudenter, atq mature mecietur: tamen honori conſulendu

// et non nuadceret Dñs minis Mtis vre. ſed potius eam adiuuarent //

est, Consulendum nō minus, vt si vnq; expeditiō sit futura vrē Mti, nō in deterio-
ri uiditio apud omnes reponatur, Vellet Papa ante hyemem futuram aggredi
Thurcos, tamen videtur res sicut maritima sit habitura subitam expeditionem
imposibilem, nihilominus in summa verū hoc est, quia vellet intelligere, si Mtas
vra, vellet et posset hoc ferre onus, Demum quot gentes, equites, et pedites
habere vellet, in sua terrestri expeditione, Item quantam summam pecu-
niarum à Papa vellet habere, Item quantam sūmam seu numerum populi vellet
aut posset Mtas vra, de suis Dominijs propriis, suis, Dominiorumq; suorum
impensis sustinere, continuando bellum versus Bisanciū, Dixi ego posse Mtem
vrām habere Centum Millia Equitum propriis impensis, pro defensione Do-
miniorum suorum, Quos si vltra limites traduceret, dare consuevit super lan-
ceam, seu vni hastario, in quinq; equis seruienti, florenos quinquaginta pro
tribus Mensibus, pro comeatibus, bombardis, pulueribus, et impedimentis belli-
cis, nauibus, et alijs necessario computandis, Dixi nunc nō oportere occupari,
Imperator Expeditionis, qui causam assumet de hijs cum sua Sctitate cōsul-
tabitur, Respondit Papa, magnum esse salariū hastarijs dari solitū, nec op-
tare, vt in tanto numero Mtas vra, populum ducat, Videtur suę Sctitati
satis esse, si Mtas vra, viginti quinq; Millia Equitum, et totidem Peditū
haberet; Quia Naualis expeditio, quę diffundetur et diuidetur ad Insulas
et Opida Maritima, tam in Mari Mediterraneo, q; in ripis Asię minoris,
distrahet Thurcum, vt omnino succumbat, et Grecorum reliquię, interiora lo-
corū obseruabunt occupare per se, De hijs ego nolui diffimire, sed reieci ad
Mtem vrām, quam facio amisatam, et mitto studiose hunc Lithuanū Czirka,
de Volkomisko, Scholarem Romanū, familiarem meum ad Mtem vrām, Huc
vel precedet, vel subsequetur Cursor Papę, Si iste meus precedet, vra Mtas
poterit resolucius respondere Papę. Tamen mihi videtur, tametsi obstent

multa, tamen quia sunt causę multę, honorifice, et vtiles vrę Mti, no dignaretur mox
rennere, sed Lapę respondere, quia ad eum hominę mittet quantocius, qui nomie
Mtis vrę, et posse, et voluntatę eiusdem Mtis vrę sui Sanctitati sciscitanti declarabit in re
postulata. Se vero gratum exhibeat eiusdem gracię Sctitatis sue. Interim Mtas vra
hęc, sine mora, cum frna Mte consultet, et cum Hungarię Dnis, quibus confidę-
dum putabit, Imprimis cum dno Cardinali, ac eciam cum Bohemis Hungarię,
Rem crederem futuram hanc gratissimam, dum modo eis cum discretione pan
datur. Exquo em per se no possent Thurcę resistere, nec cum assistencia nra,
et neq; possunt hanc assequi felicitatem, quę Mti vrę obuenit, saltem acturi
essent gracias Deo, et Mti vrę, q, per eius hanc ipsam felicitatem, se crederet
liberari à seruitute Thurci. Crederem vero rem ipsam ex se possibilem. Sic
videlicet, si Mtas vra propter sua Dominia, nollet vel non posset onus Suscipere,
saltem sibi deferente frna Mte, assumeret onus Tutorię, vel gubernandi Re-
gni frni, aut frnorum Regnorū, propter valitudinarias frnas occupatioes.
Deferendo vero Hungaris, qui procul dubio honorem suum alteri dare nollent.
sic mq; pro Secularibus, sicut pro Ecclesiasticis, nomine illius exigeret pecu-
nias à Lapa partem posset ad sua, Dominiorumq; suorum, onera habere.
Reliquam omnem partem contra Thurcas conuertere posset, Mtas vra,
suum Campiductorem haberet Polonū in Hungaria, et in Expeditione illa
apud Gentes, quę de Polonia, Slesia etę vocarentur, Sed esset aliquis Hunga-
rus generalis Campiductor, cui obediret Polonus, sicut hactenus in Lithuania
fuit factum, attamen vterq; de manu vtriusq; Mtis esset constitutus. Quę-
cumq; aut Mtas vra deliberaret, crederem necessario factum, si et q, primus
Cursor Lapę, ad Mtem vram veniret, vt Mtas vra incunctanter dnm Pala-
tinum Eyerley huc mitteret cursim, veniret ad Lapam tanq; peregrinus, vt cele-
rius consulteur, et per Segniam, isto presertim æstuio tempore, secure ac celeri-
ter obiret iter. Vra Mtas postea supplemencia sue voluntatis et informacois

·vel per eandem viam, secure post eum mitteret, vel per Cursores per Austriam, scribendo per lras cifratas quas Miedzileczki dedi, vel propter certitudinẽ maiorem, vtroq itinere mitteret, scilicet duplicatam Instructionem,

Ego in fine Maij hinc discedam, quia pro vlteriori tempore me non promidi, et nisi ista res tractata me preuenisset, discederem eciam forsan celerius, prout hoc scit iste Seruitor meus. Et si placet Mti vrē enodabit, Volui ẽm et honoꝛ Mtis vrē seruire, et securitati meę prouidere,

Dixerim vero dnm Palatinũ mittendum, quia si vult Mtas vra, vel cum honesta te onus abijcere recusareq, debebit hunc mittere, qui sciret exponere onera, tanq importabilia, Pontifici, Nam ego anno preterito taxabam sexcies cẽtũ millia danda Mti vrē, si deberet Expeditiõis tanq generalis onus gerere, et eam taxationem direxi, ad dnm Palatinũ predictum, sicut eam Pontifici descripsi, Quod visum erat Pontifici impossibile, seu nõ posse tantam haberi summam etc. Vel si amore frīę Mtis, ac suorum, et illius Dnorum, Reipublicęq Christianę intuitu, esset onus subitura, iste deberet declarare, quem Mtas vra mitteret, quibus opus est, qui scit modum rei Militaris, ac cui iste, vel dus Swierczowski, aut alius Polonus gencium Polonę, noie Mtis vrē Prefecturam sustinere deberet, et nonnulla Grecię Tracięq loca aut vidit, aut scit. Et si nihil horum placebit, saltem Mtas vra, velit nõ contemnere honorem, quem hic Mti vrē, Dei gracia adiuuante, queritabam, eo tempore, quo sum hic; Sed facere dignetur, respondendo sic, vt ei videbitur. Considerandum tamen erit, ne in futurum nobis petentibus, indeliberata responsio obesset. Mtas vra Nuncium istum remittere dignetur, sic vt me reperiat Romę, quia sessione peracta Concilij, quę hic quinta Mensis Maij celebrabitur, ego eciam suis mea negocia inexpedita

863

371
181

essent: tamē si res Prutenica manebit, prout credo, in quiete, tunc post festū Ansios Romā relinquam, Loloniam tamē nō credo me perūcturū citius, q̄ pro mense Augusti propter æstus. qui meū negliget transitū, quē Deus ōipotēs dignetur concedere foelicem et incolumē, vt Altēm vrām reperiā samissimam et foelicissimā,

Consultat Pontifex cū Grecis de expeditione ista, qui dissimūt q̄ Exercitus Nauālis vndecumq̄ accumulandus, intercipiendo insulas, nauigare deberet versus Goliopolim, sed non perueniendo ad Galiopolim, deberet ascēdere ad rippas Asiē et Dardaniam, ex opposito Galiopolis, occupare, Et reliqua quē posset perficere terrestris Exercitus, directe procederet versus Bisancīm, Et si vis ei imminueret, circumfoderet suam securitatem, vsquequo Nauales Milites, illam vim auerterent, etc. Ego obsecro, ne Grecis enodetur per Altēm vrām differencia, quia illi et errores, et assimitatem, atq̄ rittus, cōmunes habent cum hospitibus Latis vrē Ruthenis, qui ā primū Thurrem proderent, cum in Altēm vrām prouocarent, Pontifex pollicetur rem cum eis tractare secure, et eis confidendū fore, tamē timeo ne prodant rem, quia à perpetuo, tales ēsse consueuerunt, Imo vellet Pontifex Lazarum Grecum mittere ad Altēm vrām, quem si mittet, occasio erit pura coram eo, et per eum aperte, nihil propalandum, sed per proprīū Nunctium, Si iste Lazarus, si cum Cursore vel postea veniet, incertus sū, Non respondit mihi vsq̄ modo Miedzilesski, si pernemt secure cum Codicillo Cifrato, ad Loloniam. Ideo per istum Nunciū Vencesslaū mitto, et nihilominus presentes scripsi partem Ruthenicis, et partem cifratis lris, in omnē euentum. Et eas scripsit iste Nuncius, qui eciam lector erit, Est aūt Juramēto obligatus per me ad seruandum secretis Jmie secretum materiarum istarum. Cui

et Mtás vra credere in hijs rebus dignetur, Sed tucuis est, quod per Ciffratas lras secreta scribantur.

Hoc quoq; sit nõ contemnẽdum, quia mihi videtur, vt Mtás vra nõ obstante conatu isto publico, Nuncium mitteret Zakrzewski ad Thurcum, qui Zakrzewski haberet secũ Polonum, qui sibi apud Cæsarem Legationẽ interpretaretur secreta, Lublica esset Legatio, quia Mtás vra gras Deo agit, q consolatus est Mtem vram, ac eciam Cæsarem de profligatis hostibus, licet aliter cõmis fama testet, tamen sic esse intimãdum, Intellexit em Mtás vra, victos esse Persas p Cæsarem, et affectos esse suprema clade, De qua re singulariter Mtas vra letat, quia Mtás vra meminit desiderij prĩ Zielembegi Imperatoris moderni. Iste em olim Zielembegi pater existens Imperatoris vivens, per quendã Polonum Thurcicatum Laskowski, optabat Mtem vram, vt vra Mtás cũ Zielembegio, eius tunc filio, in amicicia semper esset. Igitur Mtás vra, sicut amicus, de omni foelicitate sua gaudet.

Item Mtás vra eciam Imperatori significaret, se consolatum esse in hoste suo, Moschorũ Duce, cuius gentes nõ paucas trucidauit. Credit eciam Mtas vestra, q Imperator de hac ipsa Mtis vre victoria gaudebit, Optat aũt Mtas vra, vt pax, et amicicia indubitata, inter illum et Mtem vram crescat, quẽ vt esset perfecta, Regna Hungarie, includenda essent trengis, ad tantũ tempus, sicut Mtás vra haberet. Et si placebit Imperatori, vellet Mtás vra cooperari vt vnacum Imperatore, sicut cũ amico sibi per patrem commendato, consulere pro perpetua pace, de qua aliquid secrecius diceret, quando secrecius per Polonum Interpretem, dicendum esset. Diceret Zakrzewien, et rogabit quod sit secretum. Serme Imperator, si tua Mtás vellet pacifice, et non irato

animo audire, dicerem ex parte magni, et integerrimi tui amici Regis mei, ver-
ba pauca, sed que tibi honorem parerent tam magnum, qualem nullus tuorum
Predecessorum habuit, Si permitteret dicendum, et promittet no ingrascendum.
Dominus meus Rex intelligit modum, per quem tu, sicut istius Orientalis, sic
Occidentalis Imperij, esses dns, Si volet gratus esse: diceret Zakrzewski.
Permittat tua Sertas, q, aliquid de fide loquar, et Christiana et Thurcica.
Si permittet, dicat quod sequitur, Si no permittet, vel ingratu, aut torum vul-
tum preberet, petat excusatione, quia sine isto, non posset hoc negocium tracta-
ri, et nihilominus rogabit, q, Imperator secretum hoc habeat; q'd sibi Mtas v.
fauere voluit sicut amicus, quia Regi istud noceret plurimu apud Papam,
qui est caput Christianoru, Si permittet dicendu ecia contingendo fidem
vtramq, tunc Zakrzewski sic diceret, Quamuis cuilibet homini est difficile
Ps
recedere à fide, in qua natus est, et in qua sui Maiores mortui sunt: ta-
men minus difficile est, aut recedere à fide, aut eam si no in toto, tame in
parte aliqua imitari, que non est vetus sed noua. Forsan aut tua Mtas
certum habet, Christianorum fidem, vetustiorem esse, q Thurcica, Igitur
Ps
si esset hoc possibile per voluntatem Dei, vt tua Mtas Thurcarum fidem
permutaret in Christianam, aut si permitteret secum tractari, gtus si in toto
non esset possibile eam immutari, saltem in aliqua parte, statueretur ad
instar Christiane fidei; tunc omnino Mtas tua esset Imperator, sicut Thur-
corum, sic Christianoru, haberetq in oriente, sicut in occidente, terras, Civi-
Ps
tates et populos, seruientes et obedientes, timeretq eam omnis Orbis, Et
Ps
Deus, creator coeli et terre, et populoru vniuersoru, perpetu efficeret sum
nome, et nunq à tuo sanguine, Imperium alienatum esset, sed tanq vineret
Ps
sicut in Orbe terrarum, sic in Orbe coelorum, Si ingratum sibi es-

excusaret Zakrzewski, sicut supra. Si gratum, aut scire vellet quomodo faci-
endum, diceret Zakrzewski, quod daret lras Salui conductus Nuncio Sctssmi
Leonis Papæ decimi ad se venturo, et tractando libere ac pacifice, tam de
pace vniuersali, q̃ de fide vtraq; Et promitteret, q; Regia Mtas efficeret,
vt nõ vana ista esset locutio, sed quæ Deo coelorum grata, et Cæsari suoq;
sanguini vtilis et honorifica perpetuo, Vram Mtem nicolumem, semperq;
inuictam et foelicem valere cupio in dño, et me eidem humiliter commẽdo.
Datum Romæ,

Exemplum lrarum Joannis Laski Archiepi
cum quibus: et cum Breui ap^co, Cursor est
venturus

est supra folio

Nihil dubito, quin memoria tenet vra Mtas, quæ illi significauerim, anno pro-
xime lapso, Siquidem dum peterem ego, et dns Calissien, subsidia cõtra
Thurcos, et Scismaticos alienissimos homines ab Ecclesia Romana, dici
non potest, q̃ benignũ, q̃ liberalem se obtulerit Papa: ad omnia, haud dene-
gans dare eciam aliquam nõ contemptibilem vim pecuniarũ, si modo certi q̃d
tunc habuisset vram Mtem memorabilem aliquam expeditionem facere.
Cur aũt vra Mtas, mihi tũc nõ responderit, non satis intelligo. Verum em uer.
futura erat hæc res, summo honori, summæq; gloriæ, tum vræ Mti privatim,
tum toto nomini Polono, si eam et suscipere voluisset, et susceptam prosequi.
Nunc, quoniam ita res cecidit, q; et vra Mtas C. quod soli Deo tribuendum

puto, ac sui Vicarij benedictioni) hostem sum, viribus multo superiore, superavit, profligauitq; et Thurcorū fertur attrita potencia; Interrogatus eram, an sperem adduci posse vrām. Attem, vt nunc saltem, cum esset iam maxima opportunitas, sustinere vellet munus Expeditionis contra Thurcos. Ad quod respondi, id quod res erat, pro comperto me non habere, que à me quereret, nec item diuinare posse me aliquid de mente vre Mtis, quippe, q; sciam propriis, bellis, nedum anniuersalibus, sed eciam prope quotidianis, semper esse impeditissima. Subinnxiq; opus maximis sumptibus, rem tanti negocij aggredi volenti, Leculium vero Mtis vre ad id sufficere minime posse, perpetuis propemodū impendijs exhaustum. ad abigendos omnibus horis Incursores, haud secus equidem, q; aiunt agunt à Caulibus Lupos famelicos ac rapaces. Illud mihi certissimū est, quērere ad hanc rem Lapam, hominem Ducem aliquem impigrum, Imperatoriq; artis peritum, et cui pectus sapiat probe, talem inquam, qui Iura disciplinaq; rei Militaris optime nouit, penes que esse vult summa belli geredi cum Thurcis, Nunc vero iam hoc est, stante ista comoditate, dum vezt languide sunt res illius, aut certe quatum possit esse celerius, Nec ignorat Lapa, absq; nummis, qui nerui sane bellorū sunt, istos conatus fore vanos, Itaq; ante omnia pollicetur, se eosdem suppeditaturū, iuxta condiciones futuri pacti, Dare preterea omne opem vellet Lapa, vt à Prutenis, pariterq; ab alijs qui ipsis adherent, tuta interim essent omnia. Fecit quod se decet vigilantissimus Lapa, qui à primo statim tempore suscepti Pontificatus, hoc vnū in animo semper volutauit, quo pacto gregem abactum, ipsam quippe Ecclesiam orientalem, ad Ouile Catholicum reducat, seruitutem (seruientes) quocunq; genere mortis redimendam, Magnam profecto rem inceptat, sed neq; nouam, nec vel temere, vel leuibus Consultoribus, Ad Iam eam itaq;

capes Jandam hij, qui hic verũ periti habentur, optimum atq; auspicatis Jimũ tempus esse dicunt, dum, vt dixi, labefactatẽ conuulsq; sunt res Thurcę, Dumq; Princeps ipse, vsq; adeò fortunę aduersitate confusus, dubnis prorsus pendet, quid agat. Nimirum Thurcia illa misera, et cum suo Bisácio, manus nunc eciam protendunt, opem implorantes. Sedemim eò discordiarũ deuentum est inter Christianos Reges, vt per eos nõ licẽt Expeditionem facere generalem, Vt quidem pax esset ac vellet Papa, ideoq; aliam viam proponit, nolens vtiq; esse, dicitur, aut haberi reus supinitatis et dissidię, Quare vellet saltem aliquam specialem facere expeditionẽ in Thurcos Sctitas Jua, quę tamen haberet aliquam speciem generalitatis, Perstatq; in sentencia, totam huius belli molem, quod terra geri debet, in vram Mtem conferre, Me vsq; dum semper addubitante, an induxerit in animũ tanta prouinciam Juscipere. Naualis apparatus diuidentur per alios, communicabiturq; hęc res cũ multis tum Principibus tum Potentatibꝰ Maritimarum Regionũ, aut certe iam est communicata, Namq; vt cõsultissime, ita properáter hic aguntur omnia. Satis pręberi puto omnibus iam comiecturę, iudicijq; q̃ plurimi faciat vram Mtem Papa, qui illá isto honore dignatur, vt potę, quem vnũ, ex tot orbis terrarum Principibus elegit, quem dignum existimat prę ficiendum huic actioni, à qua Chriane Reipublicę dependet salus. Constat aũt id facere Sctitatem Jnã, fretum primo virtute, dexteritateq; Mtis vrę, postremo felicitatibus eius, ac longo vsu, exercitationibusq; in bellicis rebus. Inde est q; nũc mittit lras ad Mtem vram, quibus perlectis, deliberationeq; matura facta, rogo, et consulo, vt vra Mtas, minime quidem cunctanter, mentem Juam aperiat ipsius Sctitati. Pulchrum, quin perpulchrũ puto, tantę rei adeoq; ecia

et rarissime, Signiferum fieri, Lulchrumq et decoru ostendi digitulo, hic est
ille, cui, quem ambirent alij, sponte insperatoq tantus honor obuenit, Addo
eciam, haud scio an quicq sub coelo possit esse speciosius, magisq honorificum,
At vero durior, nullius Regum Christianorú, sors est, q ultis vre, quis negat
hoc, nisi qui nescit ipsius Regis num ipsum Regem esse perpetuum Christianitatis propugnacu-
lum, ab ista parte ruencium duersimorú infidelium? quales sunt primo Thar-
tari, multiplex genus, Thurcorum preterea postremo scismatici, ne hij quidé vni-
us gentis, sed alteri Thurci Valachi, Moschi alteri, neutri sibi ferocitate concessuri
sunt, Omitto nunc Germanos Vicinias, nulla nra culpa nobis imminentes, Quo fit, q cum
alij omnes Reges ante vram ultem, tum vra ultas imprimis, deposita plerung
pompa, ornatuq Regio, armata, desudare cogitur inter obeundum quandoq
Imperatoriã: Interdum eciam Militaria munia, Atqui non omnes hoc exte-
ri sciunt, sed neq credunt, q Regibus apud nos, occasio sublata est, ociose vi-
vendi, propter crebras, tumultuariasq, ac subitaneas hostium incursiones,
neq ibi (quod factitant lauciores quidam) prelia, pugnasq aliquis vltro pro
voluptate deposcit, affatim semper ad manum sunt digladiationes, adeo
vt quamq noua bella accersiri non sit necesse; tamen q, Sctissimus dns, immi-
tat vram ultem, ad id quod nunc mollitur, pro stabilitameto fidei Ortho-
doxe, proq salute Ordinum omnium, Christiani populi: haud abnuerim,
(si ita videtur vre Mti,) vt minus minusq granate, sue Sctitatis voluntá-
ti acquiesceret, Ita tamen ne indecorum sit, minus noluisse suscipere, q po-
stea susceptum negociu abijcere, Quid eni magis cauendum, q ne in medijs
conatibus oneri quis succubat? Vram itaq ultem sacram, secunde valere de-
sidero, et cui me commendo. Rome die Martis xxvij Marcij
Anno Domini. M°. D°. xv°.

B. eps Sabinen Cardinalis Sigismundo primo regi Polonie

Serenissime Rex, et Inuictissime dne, dne mi colendissime, Humilem comendationem. Scripsi nuper ad Mtem vram, de hijs que occurrebant hic, latius: nunc eam longo sermone fatigare nolo. Sed redeunti dno Laurecio, eius Secretario, aliqua, vre Mti referenda, communicaui de mea deuotionis affectu, erga vram Coronam, ac de feruentissimo desiderio, et anxietate sanctissime expedicois, contra infideles preparande. Quam equidem prudencia ac robore, vre Mtis ac aliorum Principu Christianorum concordi pace ligandorum (cooperante Sctmo dno nro) breui futura spero, non sine magna vestrum omnium laude et gloria. Prope est enim ruina Mahumetis, cui quidem eradicando (discidentibus inter se infidelibus ipsis) hoc potissimum tempore, maxima se prebet oportunitas. Sicuti hec et alia idem Laurecius latissime explicabit vre sublimitati. Cui me humillime commendo, ac deo, et felicitatem exopto.

Rome xvij Januarij. M°. D°. xv°.

Leo Papa Sigismundo regi polonie

Bellii Prefecturam Contra Turcas defert

Charissime in Chro fili nr, Salutem et Aplicam ben. Quottidie ad nos costa-
tiore fama, et cercioribus Nuncijs affertur, Selymanu Regem Thurcarū, in hoc
congressu, quem cum Ismaële Zophi, Persarum Rege habuit, magno prelio
superatum, multo maximam ac validissimam Exercitus sui partem amisisse,
spoliatumq viris et equis, tormentis eciam, et omni apparatu bellico, quo prius
abundabat, vsq adeò fractū animo esse, debilitatum viribus, vt constare vi-
deatur, si modo diuinam oportunitatem agnoscere, et sicut Christiana virtute,
ac religione dignum est, agere, atq adniti volucrimus, facile fore Grecie &
Thracie, carumq Prouinciarum, quē in Europa, ab immani illo hoste, Deo
erepte erant, recuperationem. Quod nos admirabili Dei promidencia, et erga
nos misericordia factum fuisse nō dubitamus, Nisi em dni dextera pro nobis
intercessisset, res erat Christiana in extremū iam deducta discrimen. Hostis
em imminebat non solum suis copijs prepotens, sed discordijs nris et ferocior,
acer contra remissos, paratus in imparatos, qui quocumq se immitteret, nulla
resistendi spes, nulla parata erant subsidia, quibus salutem nram sustentare
possemus, Cum oblitus aliquantis per peccatorū nrorum, et recordatus multitu-
dinis misericordie nominis sui exsurrexit Deus, et dissipati sunt inimici eius.
et sicut deficit fumus, defecerūt, Primum em illa Selymum Thurca, arma co-
tra nos mouentem, in alterius belli cupiditatem impulit, deinde viribus ita per-
fregit, et cotudit, vt nō iam solum nobis non terribilis, sed vltro cotenendus esse

videatur, sed nos hac occasione diuinitus, vt cernimus, patefacta, superiora nra
consilia pacis inter Christianos Principes constituende, ac eorum demu coniu-
ctis viribus, huius sanctissimi belli suscipiendi, in quibus multum ac diu elabora-
vimus q; q; partem eorum, ad exitum deduxerimus, reliquum vero Saluatoris
nri gracia, sperare posse videamur, tamen tardiora esse iudicamus, q; huic tante
oportunitati, et comuni saluti expediat, maxime eim celeritatem putamus adhibe-
dam esse antequ hostis vires resumat, Qui quantum est, q; ante effectus debili-
or: tantum est nobis de cura, et studio longi apparatus nihil remittendu, ac cele-
ritas magis meditanda, dum suspensis omnium animis, ac multis rebellandi occa-
sionem spectantibus nihil impedimenti, aut difficile obuiam futurum nobis vi-
detur. Itaq; nos hac re, diu multumq; intra nos agitata, et cosulta, queadmodu
et nra perpetua in Dei fidem sanctissima et Christiana religione voluntas
nobis vsq; a pueris innata et insita, et communis omnium fideliu Patris ac
Pastoris persona, officiu requirit, ita decreuimus ac deliberauimus, no decsse
nec ipsi Deo nos palam vocanti, nec dignitati nre nec comuni saluti, Quatuq;
nre et huius sancte Sedis, tam coelestes, q; terrene opes efficere possumus,
omne id in hoc vnu preclarissimum opus impendere et erogare, Vtina q;
personam nram aptam huic bello et oportuna intelligeremus, nulli quidem
parceremus nec periculo nec labori, Sed cosulcius factu videtur esse, prefice
re huic expeditioni Ducem, virtute prestantem, auctoritate magnu, Diu aut
querendum nobis no fuit, quin Ntas tua ea esset, in quam spes nre omes
huius clarissimi operis perficiendi incuberent, Nam et virtus tua, et
sciencia rei militaris, animusq; in Dei fide propugnanda egregius et
constans, nobis plane notus est, multo quidem maxime ex factis, sed ecia
ex tuis, quas ad nos quandoq; misisti lris, quibus pietatem erga Deum

3881
186

tuam, nobis declarasti, Accedit locorum et regionum vicinitas, quæ ſicut ef-
ficiebat, vt tu propter propinquitatem, ſtante aduerſario, in maiore Regni tui
periculo, verſarere, ita preſtare nunc poteſt, vt eo deiecto, et ad munendũ
te in poſterum caucior ſis, et ad rationem inferendi belli, meliorem habens
commoditatem, Quapropter accito ad nos, dilecto filio nro A. tt, ſancti Sixti
Preſbro Cardinali, cuius, erga Altem tuam, ſtudiũ, obſeruanciamq; perſpe-
ximus, ſtemq; Venbli fratre Joanne Archiepo Gnesnen, Oratore apud nos
tuo, aperuimus illis penitus animũ conſiliumq; noſtrũ, quæ nra eſſet volũ-
tas, cuiuſmodi deliberatio, q; amplum et honorificum, de tuæ Altis virtute
et magnitudine iudicium, eisq; mandauimus, vt tibi omnia plane perſcriberet,
quos et ſcimus functos eſſe officio perdiligenter, tamen videntur quoq; ali-
quæ partes nræ te admonendi, Nos chariſſime fili nr, niſi tuam ſummã
amplitudinem, omni nro amore et ſtudio expeteremus, nunq; in te vno po-
tiſſimum collocauiſſemus, non ſolum ſpes nras, ſed eciam copias et racio-
nes conſtituendæ ſalutis communis, Sed profecto et beniuolencia flagramus,
et iuditio tuæ virtutis non fallimur, In quam te gloriam vocemus vides,
Qd aũt facilem et paratam tibi proponamus rerum maximarũ et pulcher-
rimarũ occaſionem, cum hoſtium ipſorum clades et debilitas, tum communis fa-
ma declarat, Omnia ẽm in Græcia preſidijs nudata, animis perturbata ſũt,
et partim terrore acceptæ cladis, partim nouarũ rerum cupiditate ſuſpẽſa,
vt oſtentatis tantũmodo armis, putetur relictum bellum, per ſeipſum quaſi
confectum iri, Ea vero ſubſidia tibi pollicemur, quæ non ſolum ex facultati-
bus nris, ſed eciam ſupra facultates, huic tanto negocio opportuna ſtatuẽtur,
Hanc nram voluntatem, vt cercius et celerius ſcire poſſes, hunc Tabellarium
nrum data opera, ad te miſimus, qui tibi nras lras reddet, et tuas nobis offe-
ret, Nunc ſi huic tantæ gloriæ tuæ, et deliberationi nræ conſenſeris (: non

consentire aut, pro tua virtute et pietate erga Deum, qui potes & erit prudencie tue reliqui considerare, quantum efficere possis, et quid tibi per finitimos tuos, moliri et sperare liceat, atq imprimis curare, vt hec nra cogitatio, et communicatio tanti consilij, q maxime occulta sit, omnibusq de rebus nos primo quoq tempore, cerciores facies, vt ceteris rebus omissis omnibus, huic vni cure, animo, studioq dedamus, Illud iterum monebimus, rem istam requirere in consulendo taciturnitatem, in agendo summam celeritatem. Deum Supplices precamur, vt nobis huius sancte cogitationis, cum exitum tribuat, quem optamus, vt cum tocius Christiane Reipublice salute et dignitate, amori q erga te nro, et cupiditati augende amplitudinis tue, satis facere possimus. Dat Rome apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die xxiiij Marcij. Anno dmi M°. D°. xv°. Pontificatus nri, anno tercio.

Jacobus Sadoletus

Paulus Sancti Eusebii
Achiles de grassis Bononienses: Cardinales
Sigismundo primo regi Polonie.

Serenissime Rex. et Invictissime Princeps. Cum ex diuersis lris, verissimisq Nunctijs, nuper delatum fuerit, et indies magis magisq adferatur ad S. D. nrum, res Thurcarum in eo statu ad presens esse, q nunq debiliores, nunq procliniores ad delapsum fuerint, ob immensam em, et perniciosam cladem, quam illis ferocissimi Perse intulere, ita esse eorum vires fractas, ac labefactatas, ita Principum et populorum animos prosternatos, et metu perterritos, ita Christianorum omnium, qui in Grecia sunt Spes credtas, q

si quid noui belli, noui periculi et perturbationis insurgat, facile sit de omni Thurcarum Imperio actum iri, Sctitas sua, pro Pastorali officio, cupiens peri-
ditos Greges, amissas Ciuitates saltem in Europa, suo Ouili restitui, tantaq; occasionem diuinitus oblatam, minime spernendam putans, animum mentemq; omnem ad cogitacoem, eiusmodi suscipiendi belli, contra eos admouit, Existi-
mans, vt ipsi Nuncij asserunt, si qui diuersi motus et occulti, de repente fiant, non solum Thurcas non obstituros, sed nec expectaturos quidem, ac precipiti
2
pocius fuga consulturos saluti. Et cum eius beatitudo, de spectata virtute, foelicibusq; successibus Altis vre, quos vterq; nostrum, pro ma erga illa ob-
seruancia, apud Sctitatem suam, semper ingenti preconio ad coelum sustulit, maxime, et plurimum confidat: existimatq; tum propter assueta cum illis gentibus bella, quarum iam nouit ingenia et mores, tum propter loci oportuni-
tatem, eam vnam Altem vram, ad hoc bellum suscipiendum pre cæteris, idoneam et dignam esse; nec dubitet illam, a suis magnis oblationibus, Alti sue alis factis defuturam, cum presertim ex tanta expeditione, no nisi ingencia merita apud Deum, et grande nomen apud quoscumq; Christiaos, ac terrarum suarum recuperationem, cum Regni eciam auctione, relatu-
ra sit, comisit nobis, tanq; personis, quas nouit Alti vre plurimu affectas, vt res tanti momenti secretius, oculciusq; transigatur, quòd scriberemus ad eandem Altem vram, si velit sibi hanc, Thurcis noui belli inferendi, prouinciam assumere, Ad quam eius beatitudo, non deerit Alti vre pecu-
nia, et copijs, et satis instructa Classe, que omnia in tempore aderunt. Nec cessabit eius Sctitas adhortari, alios Christianos finitimos ad hmoi improuisos aggressus, vt cum Infideles, iam nunc mente et animo consternati, sensermit se ex parte circumquaq; peti, facilius deterreantur, fugamq; ex omni Europa, vt illa sperat, arripiant. Super quibus tamen omnibus

accepto à Mte vra responso, eius Scitas longioribus, quid nam in re sit, qdue magis expediat, ita significare curabit, q, omnia ita dirigi, ita summa tocius belli possit componi, vt q celerrime fieri possit, Nihil em tante expeditioni magis, q celeritas expedire videtur, res optatum sorcietur effectum. Sed de hys, et cæteris tunc, Nunc quo ad nos Serenissime Rex, pro ma perpetua denotioe, atq infrangibili observancia erga Mtem vram, gaudemus, mirumq in modum illi gratulamur, q, tanta occasio honoris, tanta glorie oportunitas, inaudita, quæ dammodo, aut vix vlli vnq concessa, vni Mti vre, fato quodam diuino & singulari, se se promptam, atq expeditam offerat, vnaq in Orbe terrarum digna existimetur, que, quantum negligencia superiorum Principum, longo temporis interuallo, amisit religio nra; tantum breui tempore, suis successib? referre posse videatur. Et in cuius vnius virtute, Scts Sus dns nr, tanti momenti rationes suas, omnemq spem recuperande Europe, iam fixerit, et locauerit. Erit igitur, vt ex affectu hec pauca proloquamur, summe virtutis, prestantisq sapiencie Mtis vre, cuius Beatitudinis iudicium, quod de ea tam maximum, et ornatissimum fecit, bello suscipiendo, pro viribus comprobare, ne, que Mtem vram, ad tantam laudem flagitat, repudietur, fallaturq in spe, aut decepta esse in iuditio videatur. Et foelicissime vale, at Mtas vra. Cui nos semper commendamus, Rome die xxvij Marcij. Anno Domini. M° D° xv°

Leo papa decimus Sigismundo i. regi Polonie.

Charissime in christo fili noster, Salutem, et Aplicam ben. Legimus lras
Altis tue, quibus primo commemoras, et tuam, et anteces Sorum tuorum, in sancta
Sedem Aplicam denotionem, et obseruanciam, nationumq; tibi subditarū, bjs
Judicijs, que in Auditorio nro fiunt, refers obediencia, deinde causam dilecti
filij Nicolai Czikowski, contra quem, pro eius aduersario, ad aliquas sentecias
est deuentum, et super qua re, ad Altem tuam scripsimus, iustificare et proba-
re intendis, tercio expostulas aliquantis per nobiscum, procedere, et emanare
ex nra Curia, Juriumpatronatus derogationes, Postremo oras, vt causa to-
tam cognoscendam ad aliquos in partibus rejcere velimus, qui in re presenti
constituti, melius et liquidius de veritate indicabunt, Quibus ommibus par-
tibus respondemus, Tuam singularem, in sanctam Sedem Aplicam, ac Ro-
manam Ecclesiam, obsernanciam, et denotionem, non solum nobis, ac cæteris
notam, sed tuo eciam nomini esse, et semper fuisse gloriosam, Siquidē mi-
hil in magno Rege, preclarius et laudacius esse potest, q esse gratum in
illum, ex quo Reges regnant, et Principes gencium tanto honore decoratur,
Omnis aut que Sedi Aplice habetur reuerencia, non homini cuiq; sed sum-
mo ipsi Deo, videtur tributa; Quod Deo quidem acceptum et gratum est,
sed eciam apud homines, spectatum et honorificum.

Quod aut contra ipsum Nicolaum decretum aliquid in nro Auditorio fuerit,
a nobisq; in fauorem aduersarij scriptum, nos causas hmoi ipsi no audimus,
sed bys, quibus mandata est Jurisditio, audiendas relinquius, Quas vt

ordo, et via, et ratio Juris postulat, non dubitamus processisse, Et cum secun-
dum probata Sententie ferantur, non est mirandum, eum, qui causam reliquit
indefensam, cum de Jure suo nō probauerit, aliquid tulisse contra se, nosq; ro-
gatos, vt in fauorem iustitie scriberemus, pro nro officio, negare nō potuisse.
Quod si incidit, et contra veritatem, et aduersus mentem tue Alti, nobis
est vtrumq; molestissimum, qui et veritati omnia, et tue Alti plurima debem⁹,
ac vtrumq; summo animi affectu diligimus, Quod eciam ferimus grauius,
q; ipse Nicolaus ex testimonio tuo, et fortis vir, et pro fide Christi exerci-
tatus, dignus omni fauore à nobis habetur. Quare id quod vltimo loco pe-
tis à nobis, vt causam in partibus cognoscendam delegemus, anteq; lre tue
nobis reddite essent, q; de hac re aliquid certius relatum nobis fuerat, iam
decreueramus.

Quod vero ad Jurium patronatus derogationes pertinet, nos charissime fili
noster, etsi de plenitudine potestatis, possemus pro arbitrio derogare: tamen
abstinuimus, et abstinemus, Quod si Altas tua diligenter animaduertere volu-
erit, hac non fere vtimur potestate, nisi in eis beneficijs, que apud Sedem vacat
Asticam, quorum collatio et promissio iuxta antiquam et generalem Predecessor-
um Consuetudine, ab omnibus Christifidelibus, absq; controuersia recepta,
ac stylum Romane Curie firmiter obseruatum, ita ad nos solos spectat, vt
ceteris omnibus penitus sit interdicta. Contra hanc nram consuetudinem,
et obseruatione, si quid Alti tue, narretur esse à nobis factum, inueniet id
falsum et confictum esse, Atq; in hoc Jure nro, de beneficijs vacantibus
apud Sedem retinendo, vtinam sciremus occasione oblata, quo modo possemus
gratificari Alti tue, quam, et propter ipsius maximas ac prestantissimas
virtutes, et propter beniuolenciam erga nos, toto corde et pectore nro complexi

ſumm, nihil eſſet nobis gracius, nec optacius, Sed ſi quando ſecus accidit, vt in hac Nicolai cauſa, forſitan actum eſt, primum debet exiſtimare Ma tua, nihil proficiſci à nobis, niſi aut Jure ſtatutũ, aut aliqua grani cauſa et rone fundatum, Deinde ſibi perſuadere, si de voluntate tua nobis conſtaret, nos habituros ante omnia pro Juſticia, rationem voluntatis tue, cuius cauſa omnia et cupimus, et debemus, Atq hanc quidem Militis tui cauſam, ante eciam poſtulationẽm Mis tue, in partibus ipsis comiſsũs audiendam, In futurum vero ſi quid Mas tua, à nobis poſcere et impetrare inſtituerit, perficiemus cum Deo et iuſticia, vt te nec ſcripsiſſe frustra, nec poſtulaſſe intelligas. Datum Rome apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vltio Decembris, Anno dñi M°. D°. xv°. Pontificatus nri anno ij°.

Post victoriam de Moſchis. Conuentus Cracouie generalis fuit inductus.

Petrus Thomiczki epʃ Premislien
Regni Poloc vicecancell

Accepi ternas lras vre Rcme D. plenas eius erga me humanitatis et benevolencie, que me plurimu delectarunt, Agoq illi amplissimas gracias, q me tanto affectu et gracia complectitur, quam ei pro viribus meis demereri volo.

Ex vrbe scripsit Alti Regie, Rcmus dus Archiepus, Summum fecisse conatu Oratores Imperatoris, et Procuratores Ordinis, in hac transacta Sessione, que fuit quinta Maij, vt Mtas Regia citaretur ad consilium, et vt Inhiberetur illi, ne interea q causa discuteretur, armis aliqd attentaret, eorumq instancia finisse hoc modo per se repulsam, q vezt Reges Polonie, erant in possessione capiendi Juramentu a Mro, inimicum esse, spoliare hoc illum, quin imo debere de iure illi ante oia restitui, et ita hoc argumeto, facta est eorum petitio irrita, et Sessio alia, vsq ad Calendas Decembris prorogata, p quod interuallu poterit Mtas Sua, et rem ipsa liberius agere, et hostem, aduersus quem accingimur, frenare, vt nihil reliqu fiat, quod illa ab exactione sui debiti, impediat, Interea vero vra Rcma P, agat isthic pro auctoritate et prudencia sua, que oportuna videtur, vt sint in rem sue Mtis. Spero em q, extincto hoc bello, illoru q animi et temeritas extinguetur.

De re Cosobrini vre Rcme D. que attinet ad exempcom Castri M. scribit vre Rcme D. dus Cancellarius N. vero Aulicu Mtis Regie, que mihi vra Rcma D. comendat, oi benivolencia coplectar, cu ob eius virtute, tu comendacoem vre Rc D. Cui sep et obsequi et placere in oib cupio. Que foelicissime valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie

Leoni Pape Xmo

Obedientie Lectiesq̃ Sigismundi Regis

Beatissime Pater, et dñe dñe clemẽtissime, Humiliter pedibus vrę Sctitatis deosculatis, Hactenus Oratorẽ meum Rẽmum in Chro patrem, dnum Joannẽ Gnesnensem Archiepum, et Primatem sincere mihi dilectum, isthic in conspectu vrę Sctitatis, tenui, magnopere desyderans, vt me, Regnumq̃ meum, et vniuersę Christiane Reipublicę, negocia concernencia, apud vram Sctitatem, optate conficeret, et demum domum rediret, Quia aũt Regnũ meum, temeraria hostilitate nidis premitur, et hactenus à vra Sctitate, nihil consolationis tributum est, prefatum Oratorem meum, qui primas partes in Consilio Regni mei obtinet, reuocandum decreui, vt videlicet mecum saltem domi consulat, quomodo tam atrocibus et continuis periculis occurrendum sit, cum, extincta pietate, aliũde nõ succurritur. Vram igitur Sctitatem, cuius sapiencia laudata est, ac incomparabilis munificẽcia, predicatur, humiliter rogo et obsecro, dignetur me, meamq̃ in se fidem, et obseruanciam, commendatam habere, et me non deserere, habitura enim semper est et obsequentissimũ filium et Regem, qui in vota vrę Sctitatis, cum eius laude et gloria, manibus et pedibus curret, et prefatum Oratorem meum adhuc audire dignetur, atq̃ ei, quẽcumq̃ meo nomine, de mente mea dixerit, credere, et tandem clementer, ac munifice eundem expedire, et dimittere, vt licencia vrę Sctitatis clemẽti ac benigna habita, ad me rediens, mihi, subditisq̃ meis õibus optatam ab eadem consolationem afferat, Deum vero õipotentem pro foelici statu vrę Sctitatis omnes orabimus, Ego insuper magnas gracias vrę Sctitati ago, eiusq̃ virtutem eximiam, et prope diuinam, in secula memorandam, magnope

laudo, q, Sctitas vra ad Caulas Ouilis sui, magna clemencia, Rcmos in Christo patres dnos, sacro sancte Romane Ecclesie Cardinales, ad limina reuocauerit, et dignitatibus suis ipsos, prientissima bomitate, restituerit, Nam cum ex Breui vre Sctitatis idipsu accepi, supra modum exbilaratus, Deum omnipotente colui, spem cocipiens, q, sancta et vniuersalis Ecclesia, deinceps ab omni labe, et Satoris zizanie periculo tuta permanebit. Rcmum aut in Chro Latrem, dnm Cardinalem sancte Crucis, vre Sctitati vnice commendo, et rogo vt ipsius Statum clementissime prospiciat, presertim q, religionis sacro sancte vigilantissimus esse predicatur. Deus optimus Maximus vram Sctitatem, in Seculа incolumem seruet, Me aut denotissimu sibi filium comendatum habeat. Datum.

Sigismundus Primus Rex Polonie Laurentio Carli. S. 4 Coronatorum protectori.

Reuerен in Chro Later, et dne amice charissime, et honoran, Nram observanciam, et eandem firmissimam, erga sacro sanctam Aplicam Sedem, atq; modernu Sanctissmum dnm nrum, ingenue ostenden, primum omnium Oratores nros, pro honore sue Sctitatis, et Sedis Aplice isthuc transmisimus, magnopere guerен, vt sue Sctitatis graciam assequeremur, quandoquidem in hoc loco constituti, as sidnum bellum cum Scismaticis, prophanis et infidelibus Thurcis et Thartaris geren, sacro sancte religionis, cum maximo decore Romane Ecclesie rem tuemur, et humeris nostris sanguinem copiosum effuden, sustinemus et protegimus, Oratoribus vero nris isthic existentibus, nihil

391
191

adhuc obtinere, à Sanctiſſimo dño nro potuimus, quod nobis conſolationem, tanto pondere bellorum granatis, preberet, cum vtiq; nihil iniquum petiuimus. Leticonis cm nre ſumma eſt, vt noſtri, qui continuo cum potentiſſimis infidelibus luctam habemus, ratio digna habeatur. Quòdq; nobis auxilia aliqua, ex munificencia Sedis Aplice tribuantur, ne in tam periculoſo onere (quod Deus auertat) ſuccumbamus.

Scribimus Oratori nro iſthic adhuc agenti Rcmo in Chro patri, dño Ioanni Archiepiſcopo Gnesnen et Primati, inben, vt licencia à Sctſmo dño nro gratioſa, et clemeti obtenta, et rebus petitis, manu extrema appoſita, domum redeat. Vre itaq; Prti Rcme, eundem commendamus, et rogamus, velit adhuc nauare operam, vt tandem ipſe Orator noſter, cum gracia à Sctſmo dño nro, ad nos dimittatur, et quicqd nomine nro petuerit, vt illud obtineat. Habebimus cm Prti vre gracias, et referemus libenter, paratos nos offeren pro voto eiuſdem, cuius virtutem eximiam ſemper amabimus. Sanctſmo aut dño nro, vra Rcma P. nos comendet, et ipſa foeliciter et longeue, ad laudem Dei oipotetis, valeat. Dat.

Sigiſmundus. I. Rex Polonie Laurentio Carli. 5. 4 Coronato 2 Protectori.

Rcme in Chro Pater, dne amice chariſſime et honoran, Jampridem eximie virtutis vre P. Rcme, excellencia, per Rcmum dnm Joannem Epum Poſnan Conſiliariu nrm ſincere nobis dilectum, apud nos predicata, nobis fuit cognita. Quaobrem eidem maiori in modum beninolencia afficiebamur, et ſume doluim

eandem in casum incidisse. Quia tamen clementia diuina, ob eius merita, et virtutem excellentem, prout nobis Breue Aplicum patefecit, vra Rcma L. in gracia Sctmi dni nri redierit, et suis honoribus restituta sit, maximopere gauisi sumus. Cui quidem ex corde gratulamur, et Sctmo dno nro lris nris, ob eam rem agimus gracias, laudantes sue Sctitatis sapienciam incomparabilem, q. in primis in hoc sacro sancte Ecclesie bene consulerit, q. cum L. vra Rcma, et aliis simili casu agitatis in graciam redierit.

Rcmus aut dns Joannes Archiepus Gnesnen. Orator noster, qui isthic apud sacro sanctam Sedem manet, ad nos perscripsit, nobis indicans, qualiter L. vra Rc. nobis et rebus nris isthic affecta sit, et quam magna cura eas apud sacro sancta Sedem promouerit. Quamobrem eidem magnas habemus gracias, offerimusq. nos eidem, vt si quid aliquando ad eius honorem et comodum prestare poterimus, libenter et liberaliter prestabimus. Rogamus aut vt L. vra Rcma, prefato nro Oratori, in rebus nris faueat et opituletur, et dignetur eidem licenciam à Sctmo Dno nro graciosam abeundi, et ad nos redeundi, impetrare. Nam sicut nobis Lris marius Consiliarius est, ita nobis eius presencia hic opus est, cum tam magnis actionibus, propter contima bella, que cum infidelibus et Scismaticis gerimus, detinemur. Faciet nobis Ltas vra Rcma, rem valde gratam et vtilem, presertim si operam adhibuerit, vt ad nos cum aliqua consolatione à Sanctissimo domino nostro, remittatur. Cuius Sctitati nos vra Ltas Rcma commendet, et demum foeliciter valeat. Datum.

Sigismundus primus Rex Polo[e] Juliano de Medices: fratri pp[a].

Magce dne, amice nobis charissime. Alijs lris non multo ante, egimus gracias vre Magcie, ob eam rem, q, nris Oratoribus, apud Sctissimum Dnum nostrū, fauores, in rem nram, et Regni nri, ex virtute sua exhibere dignata est, Et modo iterum gracias agimus, Offerentes vre Magcie voluntatem nram, quam semper in vota sua coperiet promptissimam,

Quia vero Oratorem nostrum, Rcmum in Christo Patrem dnm Joannem Archiepiscopum Gneznen, reuocamus propter Regni nri maxima negocia, que sine ipso, tanq Primario Consiliario, agere nequaq possumus, Rogamus vram Magciam velit à Sctissimo Dno nro obtinere, vt licencia abeundi, cum bona Sctitatis sue gracia, sibi concedatur, tum eciam vt Sctissimus Dominus noster, nostri racionem habeat, qui assiduam molem belli, contra Infideles, pro Christiane Reipublice salute, ac pro decore sacro sancte Vniuersalis Ecclesie, sustinemus, atq nostro sanguine, et humeris, multis Nationibus securitatem prebemus. Petitiones em nostre iuste sunt, quas per Oratorem eundem nostrum, sue Sctitati porrexius. Efficiat igitur vra Magcia, vt exaudiantur, alacriores em reddemur in ista bellorum actione, si cognouerimus Sctissimum dnm nrum, nobis esse propicium, et tam sue Sctitati, q, eciam vre Magcie obligatiores reddemur, Commodet autem nos sepius Sctmo dno nro Magcia vra, et ipsamet sicuti cepit, rebus nris faueat. Dtt.

Sygismundus .i. Rex Polonie Carli estensi: Duci Ferrarien hippolyto

Illme ac Rme in Christo Pater, et dne amice charissime, Credimus ipsam nõ ignorare, quẽ et virtutis et ingenij eximij existat, et rerum magnam experiencia habeat, et Regnorum horum, videlicet Hungarie et Polonie situm cognoscat, in quibus periculis hic versemur, q̃ propinquos, et eosdem potentissimos hostes habeamus, Cum quibus non de gloria, sed de anime salute, ac denig toto substancie statu, semper dimicandum est. Quibusquidem, quia cogitatio frequens est et studium, vt nos opprimant, et sibi in viscera Christianorum facilem aditum preparent, contra nos communes conspirationes et intelligencias ineunt. Ne itaq licet satis superq defatigati, atq enervati viribus et facultatibus existimus, eorum libidini, ac intencioni, faciliter cedamus, vires nras, et sanguinem objcimus, nec mirogmitẽ esse deberent plures per nos, Deo iuuante, victorie partẽ, sed quoniam animaduertimus ipsos hostes indies aduersus nos perniciosiora parare, confugimus ad sacram sanctam istam, quam veneramur, Sedem, atq Sctissmum dnm nrum, medio Oratorum nrorum, suẽ Sctitati, necessitatem et pericula nra, denunctian, et petimus vt releuaremur; hactenus vero, nihil Oratorem nostrũ, tam in hijs, q̃ alijs rebus sibi commissis, profecisse intellleximus. Vnde conjecere possumus, nec Sanctissmo dño nro, neq sacro Cardinalium Collegio fortasse sit, q̃ aut nesciunt, aut non credunt, negociorum nrorum, et Regni nri necessitatem, peticões nras cordi esse.

Quia aut certiores facti sumus q̃ vra Ertas Rma, Domui nrẽ, et hys Regnis,

in quibus educata sit, ex virtutis sue eximie excellencia, faucat: rogamus eandem maiorem in modum, dignetur apud Sanctiss. dnm nrm, et sacrum Collegium, negocia nra, ex affectu promouere, et Oratori nro, quem reuocauimus, opem ferre, vt manum extremam in negocijs nris apposita, à Sctissimo dno nro, omnia graciose ac liberaliter pro nobis, cum nihil iniquum est quod petimus, obtineat, et efficiat, vt cum bona venia, rebus bene confectis, ad nos remittatur. Habitura em est vra Prtas Rma nos sibi, et Domui sue, semper obligatos. Cuius votis nram voluntate offerimus, et rogamus vt nos Sanctissimo dno nro commendet, Quam Deus foelice et incolumem seruet. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie
Achili de Grassis Card^li Bonomensi

Rme etc. Multa sunt, que nos inducunt, vt vre Rme D. perscribamus id, quod inferius cognoscet. Si dns Archiepus Gnesnen à Sctissimo dno nro impetraret, vt dignitate Cardinea ornaretur, multa huic Regno incomoda euenirent, que nec antea sub diuo parente nro, in tali re defuerunt. Cæteri em Ecclesiastici, cum sint pares, vnum sibi preferri, indigne ferunt. Tota item Nobilitas, cuius pars magna cum dnis Episcopis, vel consanguinitate, vel affinitatibus, connecta est, multos tumultus excitare solet, valde noxios Reipublice. Et propterea quadam Lege Regni cautum est, ne quis absq consensu et voluntate nra Cardinalatum petere audeat, et vbi multis aduersantibus id fieret, profecto dignitas hec Cardinea, in eo, quo par est, precio no esset. Nos fauemus Ecclesie omnem debitu honorem, quem quia hoc modo diminutum iri videmus, sacris existimans,

ne nunc dño Archiepo tribuatur. Quod cum vra Rcma D. secretiſsime co-
municare voluimus. Et rogamus illam plurimũ, dignetur Scti̇mo dño nro, mẽtem
noſtram, in hoc detegere, et rogare, ne facere dignaretur id, quod rebus multis nris,
et publicis, nocumento vel impedimento ſit futurum. Fortaſſe em ſua Scti̇tas, id
facere, illo petente, nõ detrectaret. sperans ſe nobis rem gratam eſſe facturam.
sed quòd non faceret, multo magis placebit. Rogamus aũt rem hanc ipſam ſe-
+ cretiſsime teneri à vra Rcma D. Qua feliciter valere optamus.

Petrus Tomicius epſs Premislien
Regni Polonie Vicecancellarius,
Luce de Gorca Caſtello Posnamen
& Capito maioris poloe generalj

Ex Vilna: hic
loru non habet.

INdictus eſt Conuentus generalis per Mtem Regiam Cracouie, pro Dominica Se-
ptuageſime proxima agendus, quibus de cauſis et racionibus, cognoſcet abunde vra
Magcia, ex lris eius Mtis, simul ac de Conuentu ipſius in Preſsborg cum Impe-
ratore, et Rege Hungarie, pro Dominica Reminiſcere. Itaq retexere ea ſuper-
vacaneum eſt. Rogo vero plurimum vram Magciam, impendere nunc velit oem
operam et diligenciam, vt Nuncij terrarum Maioris Polonie, cum pleno, et
ſufficienti mandato, ad hunc ipsum Conuentum, Crac mittantur, in quo tante,
tamq arduè res inſtant tractande, quante vix vnq extiterunt. Relinquat
iam nri, eam notam Cracouienſibus temeritatis et cõtumacie, in bene dirigẽ-
dis negocijs et conſilijs Reipublice, ipsiq vt coeperunt, faciles et obſequentes ſe
Regie Mti exhibeant, in rebus preſertim maxime oportunis et neceſſarijs.
Male em ageretur de negocijs inſtantibus, et Regno, et huic horr Dominio, ſi in eis
cõtumatia, et impedimentum aliquod cõmunitatis, interuenire deberet, nec reuere-

antur institutionem Conuetus Cracouie, cum aliter fieri no potuit, et cum alias eciam, et minus necessarie illic fiebat, Proinde incumbat vra Magcia huic rei viribus omnibus, vt et Regie Mti gratificetur, et Reipublice prosit, Maxime vero laboret, vt hij Nuncij deligantur, qui ducibiles et fauentes sint vre M. cum multis eius rebus hoc indigentibus, tum ea eciam, q dns Jeannes Laski Archiepus Gnesn. Regni Cancellarius, conspirauit cum dno Andrea Tanczinski, vt illi communitatem terrarum Crac conciliaret, et eo flecteret, vt no exigeretur ab ipso Sigillum, sed relinqueretur adhuc ei longius, Non dubito ego, q dns Sandomirien, propter rem suam conabitur huic machine occurrere, tame nisi bona promissio fiat, poterit inferri no mediocre nocumetum, Quare ad hec et alia, opus est vt Nuncij nri sint partis vre Magcie, et, vt dixi, fauentes, et ducibiles,

Cæterum, certum apud me habeo, q eam, Mtem Regiam, accipere secu oportebit, ad tam rarum et insignem Conuentu, aliquos dnos, et tales, qui facultatibq et ingenio prestare videntur, quin inter alios, et vram Magciam deligat. Et licet id vra Magcia, a sua Mte sit intellectura; volui tamen ego illam eciam, in eo certiorem facere, vt esset parata, quia certe no liceret, quod recusare id deberet, partim propter graciam Mtis Regie erga illam, que hoc seruitio multo fieret auctior, partim eciam propter honestatem vre Magcie, Locus em illustrior fieri no potest, declarande amplitudinis facultatum et ingenij ipsius, q is illic erit,

Ego aut, et nouiter ad Epatum prouectus, et impensis dammisq multis grauatus, vellem, et operam adhibebo, vt illuc non proficiscar, oporteret em multum impendere, et supra q vires adhuc mee valent, pro honestate et decore cu Mtis

Regié, tum Epális dignitatis, tamen ſi Mtás Regia voluerit vt vadam, excu-
ſare me, et obſtare illi non potero, Itaq rogo impenſe vrám Mag^tiam, vt pro copia
argenti, quam dono Dei multam habet, dignetur ſecum tantum eius accipere,
quo et mihi aliquid impartiri poſſit, pro ſtatu et conditione mea, in tam pré-
claro tantorum Regum, et hominum Conuentu, tuenda, Quod ei cum alijs
benefactis in me, vólo perpetue promereri, tanq dño et fautori meo ſemper ob-
ſeruando, Quem valere foeliciſſime deſydero, et cui me plurimum, et ex
animo commendo. Vilnę.

Petrus Tomiczki Epś Premisliēn
Joannj Lubranski Epó Posnamēn.

Epta ber lorum non habet:
Sed ni przeroden by habet:

De Conuentu generali Cracouię inſtituto, ac alio in Lreſſborg cū Impe-
ratore et Rege Hungarię, cauſisq ipſius, intelliget abunde vra Bcma D.
ex lris Regię Mtis, et quid de publicis rebus ſit tractandum,

De priuatis vero inter coetera id eſt. Conſpirauit dns Cancellarius, cum domio
Thanczinski, cum ad multa alia, tum vt Nobilitatem terre Crac contineret, et
conciliaret ſibi, ne ſigillum ab eo in Conuentu exigeretur, Veretur em ne hoc
offitio exutus, et priuatim degens, ſubeat multas ignominias ab hijs, quos pluri-
mos leſit, Non dubito ego, q dns Sandomirien, propter rem ſuam, conabitur
hijs techniis obuiare, qui cum fratre dno Radomien, ſunt eciam multe apud
Nobilitatem auctoritatis, tamen vereor ne practice iſte arctiſſime, pariant

ſ. Mathias Drzewiczki

aliquod nocumentum, hoc pr̃sertim tempore tam breui ad agendum Cõmetum, et tantis actionibus quẽ instant, quibus permota Mtãs Regia, facile induci possit, vt immutatio offitiorũ, adhuc lõgius differatur. Quare dignetur v. Rcma D. consulere inprimis, vt Nuncij mittantur ex terris nr̃is, propter sũmã Reipublicẽ necessitatem, sed qui fauentes sint nobis et tractabiles, Demũ alia ecciam prouidere, et circũspicere interea dignetur, quẽ oportuna et salutaria illi videbuntur.

Ad illum vero tam rarum et insignem Conuentum, oportebit Mtẽm Regiã accipere secum aliquos dnos, prudencia et facultate prestantiores, inter quos quin eciã vrãm Rcmam D. eligat, minime ambigo. Et licet significatura sit hoc Mtãs sua, vrẽ Rcmẽ D: volui tamen id ego illi scribere, vt tempori se accingere, et parare possit.

Cæterum proficiscitur hinc recta ad Epatum Cracouien. dns Cancellarius, et Mtãs Regia itura est, per Radom. Quare oportunũ esset, vt illuc vra Rcma D. salutatum eius Mtẽm veniret, et cõduceret Crac. Nam et honestius est, et liberius absente dno Cancellario, agere et tractare cum eius Mte, quẽ expedire viderentur. Cõmendo.

Responsum a Sigismundo primo rege Polomiẽ Datum Epõ et Capitulo suo Cracouien ad eorum gratulationem m ecc^a Cathc^li Crac' post victoriam Moscouiticam: Dos Tomicki dixit

Reuerendissmie domine: Venerabiles domini. Nemini quidem dubium est, plurimum vtiles et laudabiles esse omnes operas et actiones Sacrẽ Mtis Regiẽ quas cum alias, tum nũc sedulò, pro Regno, et

Dominijs ſuis obiuit. Sed cũ diuino nutu omnia in terris diriguntur, ipſiuſq; arbi-
trio pax, et bella ſubſunt, id eius Ma̅s clemencie diuine, ac ſanctiſſimis Patro-
nis ſuis acceptum refert, et non ſibi, ſed illi gloriam hanc aſcribit. Vrarum
vero D. officium et gratulationem iſtam grato et benigno animo ſuſcipit, Immu-
nitates Eccleſie iſtius, et ſingillatim vnumquemq; veſtrum, gracia et protectio-
ne ſua proſequi et fauere pollicetur.

Collegiatis Reſponſum.

Rnde dne Doctor, vosq; cæteri viri doctiſſimi, Sacra Ma̅s Regia, gratu-
lationem et officium iſtud veſtrum, grato animo, prout ſemper conſueuit, ac-
cipit, et polliceri dignatur, omnem graciam et tuitionem ſuam, in conſeruãdo
ampliandoq; ſtatu, et immunitate vra, vobis ſemper exhibere.

401
196

Post deuictos Moscos. rege Sigismundo in Poloniam
reuerso: actus est Cracouiæ generalis regni Conuentus.
quo peracto Rex profectus est ad congressum cum
Cesare Maximiliano. & Wladislao rege Vngariæ.

395

197

400

402

~~411~~
201

Anno Domini. M°. D°. xv°.

4. Februarij. Rex Sigismundus Polonie post partá de Moschis Victoriam, Cracouiam venit.

19. Febr. Dńs Thomiczki, in Ecclá Cathedrali Crác in Epúm cósecratus, per Joannem Conarski, Epúm Crác, assistentibus ei Mathia Drzeuiczki, Epó Cuiauien, et Erasmo Episcopo Plocensi.

4. Marcij. Dńs Mathias Drzeuiczki, Epus Cuiauien. nactus Epátum Cuiauién, Cancellariatú Regni resignauit.

Eodem die dńs Thomiczki factus est Viccácancellarius.

5. Marcij. SIgismundus Rex cum Curia sua Posoniú eximit, ad mutuum congressum cum Cæsare Maximiliano, et cum Rege Hungarie Wladislao, & eius filio Ludouico rege.

Wladislaus Rex vngarie et Bohemie Sigismundo primo Regi Polonie

Serenissime Princeps etc. Quibus adducti rationibus, constituveramus hunc mutuum nostrum Conuentum, nullibi comodius q̄ Budę peragi posse, per Venblem Michaelem Prepositum ac Physicum nostrum, Altī vrę late indicauimus. Id insuper accedebat, Nam cum ex tumultu, superiori æstate, Popularium seditione suborto, non omnes reliquię adhuc prorsus essent sublatę; Ducebamus tucuis esse nos à Regni veluti Centro, non longius abesse. Cum aliogum arbitrareur Altis vrę nihil interesse, Budęne an Posonij congrederemur. Vbi vero tum ex Magco Ladislao de Stemberg, Regni mri Bohemię Cancellario, tum ex lris prędicti Physici mri, edocti fuimus, Altem vram in optatis habere, vt Posonii, huius Conuentus gracia, proficiscerem̄r, voluntati eiusdem libenter acquieuimus. Et priusq̄ hec postremę lrę à Altę vra nobis reddite forent per eundē Cancellarium nostrum, id ipsum declaraimus. Licet vero tanto feramur desyderio Altem vram̄ visendi, vt minimū eciam temporis interuallum sit nobis molestum; tamen cum iam omnia prius perinde coposuimus, ac si Budę Conuentus hic peragendus fuisset, et nunc tota racio huius negocij, sit nobis immutanda, non possumus ante feriam quintam vel sextam, à presencium lrarum data, proxime futuram, nos Buda mouere. Sexta vero die, vel ad summum septima postq̄ hinc abibimus, Posonij, Deo bene propitio, constituetur. Ideo Altem vram̄, eciam atq̄ eciam rogamus, vt hanc quantulamcunq̄ moram, ęquo animo tolleret, bonięq̄ consulat, et fraterna pietate, hanc nram difficultatem

meciatur, quia nō potuimus celeriis iter nostrum instituere, tum ex causis supra expressis, tum quia hȳ Consiliarij, quos vna nobiscum habendos duximus, nō nisi Budę Conuentum, iuxta priorem mrām ordinationem, fore putantes, huic itineri tam subito, se accingere nequiuerunt. Ad tempus vero prefixū Loso-nio presto erimus, summa cum animi hilaritate, Mtis vre aduentū prestola-turi. Interim aūt in eūsdem occursum, premittemus Illtrem dnum Georgiū Marchionem Brandenburgen, nepotem nostrum charissimū, et Rndum do-minum Georgium, Epūm Quinq ecclesien, Cancellarium et Compatre mrum charum, qui in persona mra, vram Mtem, fausti ssimis auspicijs, suscipiant, hancq nostram cunctationem, coram excusent, ac Mtem vram ad nos vsq concomitentur, suisq obsequijs eidem inseruire studeant. Vbi vero nos ambo conueniemus, Mtas vra, nobis quoq referentibus, aperte cognoscet, nul-la racione iter nostrum, celerius maturari potuisse. Vbi, quod faustum fe-lixq sit, nobis, Liberisq, ac Regnis nris, tam diu exoptato concupito q congressu, vicissim perfruemur, et fraterne charitati abunde satisfacieus. Interim Mtem vram foelicem et incolumem suscoeptum iter suum cōtinuare optamus. Cuius votis Deus optimus Maximus fauere, optatiq exitu impartiri dignetur. Budę in die Gregorij. Anno dni M°. D°. xv.

Ladislaus Rex Vngarie Sigismundo regi Polonie

Serenissimo etc. Quam gratus, q q iucundus, nobis Mtis vre, foelix faustus q aduentus sit, non facile dixerimus. Quem cum iam appropinquare, cum ex

multorum relatione, tam ex lris Sertis vre, liquido cognouiſſemus, miſius obuiam Mti vre, honoris, fraterne ꝫ officij gracia, Illrem dnm Georgiu, Marchionem Brandemburgen, Nepotem nrum, et Pcnatum in Chro Latre dnm Georgiu, Epum Quinqeccleſien, Cancellarium, et Compatrem nrum, nobis chariſſimos, Quibus, vt Celſitudini vrae, maiore qua animi affectione poſſunt, nomine nro ſalutent, excipiant, ac de optima valetudine, exoptatiſſimoq eius aduentu, eidem congratulentur, demq ipſam vsq ad occurſu noſtrum, officioſiſſime ſequantur, minuximus. Queq̃uidem omnia ijdē apd Mtem vram, ex comiſſione nra, que eorum induſtria et dexteritas eſt, vberius exequetur. Quamde rogatus Sertem vram, dignetur eiſdem Oratoribus nris, benuolas aures, et fidem indubiam, iuxta ac nobis, preſtare. Que nicolumis et foelix perpetuo floreat. Datum Budē xiij Marcij. Anno dni M°. D°. xv°. Regnoru nroru Hungarie etc, anno xxv°. Bohemie vero xlv°.

Anno Domini. M°. D°. xv°

Rex Polonie Sigismundus Poſonium venit, cui aduenienti obuiam proceſſerut, Georgius Marchio Brandeburgen, et Eps Quinq eccleſien, et Rege exceperunt noie Regis Wladiſſlai, Quibus dns Thomiczki respondit, vt seguitur hijs verbis.

Responsum a Sigismundo .I. rege Polonie: Datum dominis Vngaris: qui a Wladislao rege Vngarie prodierunt obuiam regi Polonie. Ad posonium.

Do. Tomizski dixit

Sacra Mtas clementissimi dñi nri, cum summa animi alacritate audiuit ea, que vre D. ornatissimis verbis, nomine sacre illius Mtis, Serimi dñi Hungariæ Regis hic protulerunt, Gratissimamq; sibi hanc fraternā sue Mtis benevolē: ciam esse, non tam verbis declarat, q̄ animi gestientis, tacitis quibusdam in: dicijs prodit. Suscepit quidem sua Mtas hoc onus itineris cum tanta gratitu: dine, tantoq; animi ardore, vt charissimi fratris amorem, ac eius Liberorum, Nepotumq; suorū, quos iampridem videre et alloqui cupiebat, iam tandem iucū: dissimo conspectu, ita perfruatur, vt in eorum amore conquiescat, Nulla itaq; suam Mtatem, Regnorum suorum difficultas, sed nec temporis et vie as: peritas, à proposito revocare valuit, quin tot Regionū, non equis pas sibus, spa: cia perlustraret, vt Mtis fraterne conueniendē potestatem nanciscatur. Ero cuius tanta hac benevolencia et amore, cuius testimonium vre D. luculentis: simis verbis Mti sue abunde explicarunt, agit et habet, quas potest maiores sue Mti frne gracias, et quoad poterit, coram referre non dubitat.

Dñbus aut vris, que id muneris, pro sue Mtis honore, non sine magno labore, subire voluerunt, benevolenciam suam Regiam ita offert, vt omnia que vsui et ornamento earū futura esse cognouerit, liberali animo sit factura, vt co: gnoscant sua Mtem labore huc suū, gratissimo animo accepisse.

Et insuper, Deum opt. Max assidue orare non cessat, vt iste suarum Mtatū

congressus, imprimis Reipublicæ Christianæ, et Regnorum vtriusq; Mtis tantam afferat leticiam, quanta merito expectatur ab hijs Principibus, qui in altissima Reipublicæ Christianæ specula residentes, id acturi sunt, quod omnibus pacem, et ocium, multa denique commoda sit allaturu, Quod cum ita erit, non est dubium diuina clemenciam, domu et familiam suarum Mtum ita coserua turam, vt in istis Regnis imprimis ipsi, et demum nati natoru istoru, et qui nascentur ab illis, sempiterne imperio perfruantur.

Gratissima insuper erit sua Mtas, si vre D. suam Mtem comitari voluerit ad locum prestitutum, vti a Mte frna id se referunt in mandatis accepisse, quæ et nunc et semper, sue Mtis graciam, pro tanta benevolencia, omnibus in rebus suis, si periculum facere voluerint, non deesse sibi cognoscent.

Gratulatio a dño Petro Tomicio epo dicta in congressu primo Regum Wladislai Vngarie: et Sigismundi Poloniæ Pozonii.

Etsi Mtas dni mei clementissimi, per id totum tempus, quo de hoc optatissimo et expectatissimo cum vra Mte congressu, certior facta erat, incredibilem coeperit voluptatem, fraterni vim amoris animo reuoluendo; auxit tamen mirum in modum, sue Mtis leticiam luculentissima Oratio, qua sacra Mtas vestra per suos Oratores eam salutare, excipere, et ad congressum inuitare, dignata est. Tunc em iam sibi videbatur animo videre, quod prius quasi per Transennam

aspexerat, et quod tanq in frontis fastigio obseruabatur, mox penetralia cordis
pernasit, vt mox demum sua Altas impensissime cogitare coeperit, suauissimum
fructum fraterni amoris, cuius vim illa ipsa oratione Altis vre Oratores, et
fabulosa et hystorica narratione, tam exacte tamq copiose expressserunt, vt sua
Altas, ne transuersum quidem (vt aiunt) digittum, ab ea cogitatione et spe fu-
turi gaudij discesserit, quo iam afficitur cum oculis cernat, amantissimi fra-
tris vultum, quem iam arctissimo complexu subinde stringere potest, in cu-
ius suauissimis colloquijs, nihil multum esse credit, cuius sacietas, stadij loco,
maximam affert voluptatem. Sentit em non solum fraternum amorem, qui per
se est iucundissimus, sentit aut et quiddam maius, cum nec adhuc deposuerit,
nec vnq deponere cogitat, id quod ab ineunte etate, vehementer insedit in a-
nimo, vt Altem vram, quam illo ipso tempore, quo in Aula eius versando,
mere paternu amorem experta est, in loco parentis habere consueuerat,
et nunc ita colere, et obseruare no dubitat, vt nihil sibi antiquius persuade-
at, q in hoc ipso obseruancie officio, constans et firma esse et videri.
Qua propter hoc imprimis sua Altas, silencio preterire noluit, sacram Altem
vram, hoc labore officij, ex supra dictis causis supersedere debuisse, et in-
columitati sue potius consultum iri, Quam sua Altas ita censet coseruan-
dam, vt id signum, quod olim Rome coelo delapsum, veste custodijs con-
tinebatur. Salua em vra Alte, tocius Domus sue, et Regnorum suorum sta-
tum, saluum et incolumem credit esse futuru; vti Romani, Rempublicam
suam, illo signo saluo, saluam esse futuram crediderunt. Sed quoniam fa-
cta, infecta esse nequeunt, magisq reprehendi possunt, q corrigi, agit et
habet sua Altas, cumulatissimas Alti vre gracias, et vt aliqua in parte
referre valeat, nihil pretermittere vellet, quod indicaret sacre Alti vestre

gratiſſimũ eſſe futurũ. Cum aũt intelligat fraternũ amorem, nullo eiuſce rei periculo indigere, Deo opt. max. agit gracias, cuius beneficio et clemẽcia actũ eſſe intelligit, vt ſibi optato, et iampridem concupito ſolatio, vti et frui datũ eſt, q; Mtẽm vrã in hac ingraueſcente ẽtate, cum Serimis eius Liberis, incolumem videre, eiusq; dulciſſimis colloquijs, et amplexibus, identidem oblectari licebit, Quod vt diuius et ſepius facere liceat, diuinam clemẽciam orare non ceſſabit.

Sigismundus .i. Rex Polonie Barbare regine polonie coniugi

IMmenſe gracie ſint vrę Mti q; (que eius nri continua cura eſt.) ſuis Nũ ctio ac liris, viſere curauerit noſtram ſalutem, nrosq; itinerarios ſucceſſus. In quibus nobis id euenit, quod vrę Mti, et nobis cuius cauſa, maxime fuit op; tatum, q; ſcilicet liberati ſumus onere proficiſcendi Budam, Serimus nãq; Rex Hungarie, ſimul ac nos eo ad ſe, abſq; Dominiorum nrorum diſpendio, egre poſſe proficiſci aduaduertit, nri amore et deſyderio, ætati ſue minime indul gens, maturauit venire Loſonium, quo et nos heſterna die, quod nobis Domini isq; nris bene uertat, ſumus ingreſſi, offenduſq; frnam Mtem, cum Serimis eius Liberis, quod nobis precipue in votis erat, incolume. Que oia vrę Mti, vt eſſet nrę leticie particeps, ſignificãda duximus, Simulq; id, nos, ex Dei clemẽ cia ſecũda valetudine perfrui, ac maxiope deſyderare, vt et vra Mtas ſospes ſit et incoluis, ſuaq; valetudini, ſi qn alias, nũc pcipue oi cura, comoditate, indulgẽcia, obſecũdet, Ceiusq; ceterisq; id genus duriuſculis oibus penitus poſthabitis. Cõmẽ dans nos perpetuo amori Mtis vrę, qua nobis Deus diu foelice coſeruet.

Sigismundus. I. Rex Polonie Barbare Regine coniugi sue

Etsi vre Mtis Nuncio acceperimus, eam ita valere, vt nos semper optamus: fuerat tamen hoc ipsum, vti prius ex itinere, ita nunc quoq; vbi ad locum iocundissimi Comentus peruentum est, et lris, et proprio Inspectore, sciscitari Tanta est em mra in Mtem vram debita dilectio, vt nihil nobis optacius euenire possit, q̃ crebra de Mtis vre salute certitudo. Proinde mittimus nuncium nostrum, ad visendam vram Mtem, Orantes vt per eum nobis statu sum cumulatissime significet: quem nos et felicissimum esse, et quàmprimum videre adeo cupimus, vt nihil eque. Speramus aut nos breui futuros compotes summi et meritissimi desiderij mi, Aderit em hic die crastina, Rmus dns Cardinalis Gurcen, Orator Cesaree Mtis, Cum quo, quàmprimum, que ad communium subditorum mrorum, quietem pertinere arbitrabimur, pro arbitrio, superis approbantibus, constituerimus, absq; vlla cunctatione ad Mtem vram contendemus. Illud interim, quod et cum ca cora, et p lras diligentissime egimus, et nunc rogamus, vt ei summe cure sit, sua, nobis semper charissima, valetudo, Sic em nos, à Mte vra, vti hactenus semper, maxime observari indicabimus, si tam crebra ma rogata, apud eam, maximum pondus habiturse acceperimus, Commendamus nos indies ac mutuo amori vre Mtis. Quam nobis diuina Mtas perpetuo seruet incolumem. Datum Posonij feria tercia, proxima post Dnicam Judica. Anno dni, M°. D°. xv°.

ANNO DOMINI M. D. XV.

29 Marcij. Rcmus dns Matheus tt. s. Angeli Gurcensis Cardinalis Diacous, Coadiutor Salczburgen, nauib⁹ advectus Losonium venit, habes secum Consiliarios Cæsar. Maximiliani, Legacoes à Cæsare, apud Wladislaum Hungarie, et Sigismundum Polonie, Reges, obiturus.

Ei Rex Ludouicus puer, cum Consiliarijs tam Hungaris, quam Polonis, et alijs multis Proceribus, obuiam processit, ac amborum Regu noie excepit, de equis no descenderunt, sed in equis sedentes sese salutarunt, ac resalutarunt.

Rcmus dns Georgius de Frangepanibus verba exceptionis prolocutus est.

Deinde dnis Secularibus precedentibus, dnis Epis sequentibus, Rex Ludouicus Car^les, latus sinistru Car^lis tenes, ad hospicium deduxit.

Eadem die Thomas, tt. s. Martini in Montibus, Legatus Aplicus, de Latere, Strigonien Car^lis, Losonium venit, qui per Rege Ludouicum, et Car^lem Gurcen, et Consiliarios Regis Polonie, exceptus; et in Ciuitate introductus ad eccliam Parochiale, vbi Antiphoe et Collecte catate sunt, Postea benedictione populo dedit. De Ecclia Rex Ludouic⁹ cu Cons^rijs Hungaris, Polois, Boheis, atq cu Car^li Gurcen, ipsum ad hospicium deduxit.

In exceptione Carlis Gurcensis: dō Tomiczki obuiam cum aliis progressus, nomine regis Polonę dixit.

Rme dne. Sacra Regia Mtās dns nr clementiss̄imus, nos obuiam Rmę D. vrę prodire iuss̄it, vt sue Mtis nomine, expectatum eius aduentum gratuleur, honorifice excipiamus, et reuereter salutemus, Sua Mtās per nos declarare voluit, hunc ipsum Rmę D. vrę huc aduentum, sue Mti esse gratum, quod coram Rma D. vra clarius cognoscet, cum videbit suam Mtem, et gestu, et vultu prę; ferentem leticiam. Sperat em hinc nasciturum id, quod aduentum ipsum Rmę D. vrę, singulari quadam laude et gloria, celebrem sit facturum, Quod ex multis iam argumetis euenire debere sua Mtās ominatur.

Rmę dne. Sacra Mtās, dns nr clementiss̄imus, huc proficiscens, id potis̄simum in animo fixum habuit, vt quemadmodum ab ineunte ætate, dum adhuc priuatum Principem ageret, vrę Rmę D, consilijs, tang paternis, omnibus in rebus suis vsa est, ita nunc Regali dignitate insignita, magna spei partem in hoc collocauit, vt et in suis, ac Regnorum suorum arduis actionibus, nihilosecius hysdem Rmę D. vrę consilijs vtatur, quę et sibi, et sacrę fraternę Mti, Serss̄imi dni Regis Hungarię, semper salutberrima et vtiliss̄ima nouit. Et propterea nos Rmę D. vrę, obuia

prodire iuſſit, vt ſuę Mtis nomine, foelicem et incolumem eius aduentū gratu-
lemur. Cum aūt cum ſua Mtę, Rcma D. vra, vna erid, id quod nos
paucis nunc verbis attigimus, re ipſa clarius experietur. Vultus enim et geſtus
ſuę Mtis, quantam prę ſeferat lęticiam, affatim indicabit.

Certiſſimam spem ſua Mtas habet, hunc congreſſum, quem ſua quoq; pre-
ſencia, Rcma D. vra celebrare dignata eſt, talem merito futurum, qui
imprimis ſuarum Mtum Regnis, ac foelici et incolumi ſtatui eorum, et
item ſuis Mtibus, et Domui familięq; eorum, ſapientiſſimo Rcmę D.
vrę conſilio ſuffragante, id afferre debeat, quod ſit hoſtibus eorū formido-
loſum, Regnis vero et Regibus ipſis glorioſum, honorificum, et fruc-
tuoſum, ac ad comprobandam mutuam concordiam et amiciciam, inter
vtriusq; Mtis ſubditos, firmum, perpetuoq; duraturum.

Responsum per Do^m Petrum Tomiczky epm datum ad gratulacionem per Cardinalem Curcensem, factam ad Sigismundum regem polonie

Aduentus Rcmi D. vri, sacre Mti dñi nri clementissimi, cum ob hoc est valde gratus, q. sua Mtas sepe multa, de vra Rcma D. audiuit, quibus persuasa est, vt eam eciam ignotam diligeret: tum ob hoc potissimum, q. cu intelligat D. vram Rcmam, apud sacram Imperialem Mtem, ob eius prestantes virtutes, ingeniumq. B. et prudenciam singularem, inter primarios Consiliarios, primarium locum, cum summa dignitate et gracia multorum, obtinere, Sperat sua Mtas, aduentum hunc ipsum Rcmi D. vri, talem futurum, qui sit Reipublice christiane, et presertim Dominijs suarum Mtum id allaturus, quod imprimis pacem et ocium, multa deniq. commoda et ornamenta, sit illis pariturum.

Sperat insuper Mtas sua Regia, aduentum ipsum pariturum, talem amorem inter Mtes Dnorum nrorum, quem ad eam beneuolenciam vltro citroq. perventurum credit, qualis erat inter Mtes Seniorum suarum Mtum parentum, quos ad extremum vite, singulari inter se consensu, et amore deuinxerat puris Imi nature, et optime acte vite similitudo.

Responsum datum dño Carlo Guran a Sigismundo rege Polonie.

dño Dño Tomiczki Epo Premisliẽ. Vicecancellario regni Polonie. dixit

Rme dne, Nihil nomi narrauit Rcma D vra, sacre Mti dñi nri clemen-tissimi, postea dixit ea, que ad summum amorem, summamq benevolen-ciam Rcme D. vre, erga suam Mtem attinent, Est enim apud sa Mtem vsitatissimum D. vram Rcmam, ita esse iam pridem animata, vt non solum Mti Serenissimi dñi Hungarie Regis, Seremq filio suo, sed et sue Mti, id semper faueat, vt Domus et familia suarum Mtum (quod bonum, foelix, et faustum ei sit futurum) in suis Sedibus per-petuo maneat, nec vlla vnq tempestatum procella perturbetur. Qua de re sua Mtas D. vre Rcme agit gracia, nec referre dubitabit, si qua parte dabitur occasio gratificandi, vt cognoscat suam Mtem, nulla in re vnq sibi defutura, que aliqua honoris et ornamẽti accessione sit ei allatura.

Ad Dominos Vngaros nomine Regis Sigismundi. Dñs Tomiczki dixit in consilio

Sacra Mtas dñi nri clementissimi, heri audiuit Rcmi dñi Cardinalis Gur-censis Legatione, sacre Mtis Imperialis nomine, copiose expositam, Cuius pri-

ma pars hec erat, que ad Connubium iam antea conclusum, et hris cofirmatu, attinet. Qua in re, sacra Mtas Serssmi dni Hungarie Regis, ita se gerere digna; ta est, vt se ad eam, eidem duo Cardinali, responsura esse promiserit, comunicato prius cum sua Mte consilio. In quo eciam D. vrarum consilium non defuit, que in eadem sentencia, cum Mte Regia sunt, vt ea responsio fiat, communi vtriusq; nostrum cosilio et voluntate. Quamobrem Mtas domini nri, illius Mti, quas potest maiores egit et habet gracias, Sed et vris Dbus que nunc eciam bonestande sue Mtis gracia, huc venire dignate sunt, similes quoq; gracias agere dignatur. Cum quibus eciam, de omnibus rebus, no minori fiducia, communicare vult sua consilia, q; cum proprijs Consiliarijs, quorum fidem et integritatem, multis in rebus suis, iam pridem expta est.

Nescivit Mtas Regia, cum ad hunc Conuentum se recipere institueret, an sit vel Sedis Aplice, vel Imperatorie Mtis, aliqua hic futura admonitio de Cocordia, vt mutuis viribus Christianorum Principum, depositis domesticis odijs, vel simultatibus, expeditio generalis, contra Infideles, decerni possit. Sua tamen Mtas, valde libenter id audiuit, idq; agere pro virili parte cupit, vt se in hac re, ita gerere videri possit, vt par est Regem, ad rem Christianam augendam valde propensum.

Meminit quidem sua Mtas, ab hac fraterna Mte, ad hoc se iampridem fuisse inuitatam, vt conuenientes, de quibusdam priuatis, et domesticis rebus agere et tractare possint, et item de negocijs, et statu Regnorum suorum, et Reipce Christiane, quod abhinc quadriennium fuisse futurum Wratislauie certu erat. Posthac vero ista Mtas, denunctiauit Mti dni nri, se cum Imperiali

Mte conuenturam fuisse. Vtq et Mtas dñi nri interesse dignaretur eidem Co-
ventui, similiter inuitabat. Quod, quia grauj bello Moschouitano detinebatur,
per dnm Christopherum, Regni sui Cancellarium, abhinc annus est, excusa-
re no distulit, Et insuper rogauit, vt hec Mtas hunc ipsum Conuentum, in
aliud tempus differre dignetur, quoad illo ipso bello, vel confecto, vel ad tpus
deposito, ita se eciam comparare possit, vt eidem Conuentui valeat interesse.
In quo, quia Regia sua Mtas, precibus frne Mtis obtemperare dignata est,
agit sue Mti gracias.

Dñs Petrus Thomicius Epūs Vicecancellus, dixit, coram
Wladislao Rege Vngarie, coram Sigismundo
Rege Polonie: et coram horum regum Consiliariis
in comuni eorum consilio
Lozonij.

Cum de hijs rebus, que in hoc Conuentu agende essent, cogitando deliberaretur,
id potissimum visum est faciendum, vt Sacra Mtas Seremssimi dni Hungarie,
et Bohemie Regis, ea in medium adduceret, et proponeret, propter que
Mtem Sermi dni Polonie Regis, ad veniendum huc inuitare dignata est.

Imprimis aut ea fuit sue Mtis inuitande intentio et causa, q, cum vtriusq
Mtis Regna, hostibus sancte Crucis, Ecclesieq Romane, essent contermi-
na finitima, pariq impetu eorum sæpe inuaderentur, et premeretur, vt in
hoc ipso Conuentu, communi vtriusq Regis consensu, et consilio, ac suara

Mtum Regnorum, deliberaretur, consultaretur, et decerneretur, quo pacto Reges et Regna ipsa, contra prædictos hostes, mutuis consilijs et auxilijs se inuicem iuuarent, tuerentur, et defenderent, Non ignari, cómunia cósilia et auxilia, multo firmiora et efficatiora futura, ad omnem impetum hostilem retinendum et reprimédum, q si diuisim et seorsum vtruisq Mtis, et Regnorum, suarum Mtum, defensio et promisio instituatur, et fiat.

Alia item causa, quæ huic Conuétui indicendo materiam prębuit, q, sacra M. Sermi dñi Hungariæ Regis, postq accepit, inter sacram Imperialem Mtem, Sermumq dnm Poloniæ Regem, quandam materiam excitatam es se, quæ fomitem discordiarú et contentionum prębuit, vt suæ Mtis opera et industria, eædem discordiæ penitus euellantur, et sustollantur, Cum ém Imperialis ipsa Mtas, sit primarius Princeps et caput, rei Christianæ tuendæ et propagandæ, quæ nidies magis ab Infidelibus premitur, id maxime requiritur, vt compositis discordijs, quæ exorte sunt, ita in medium per omnes eosdem Principes consultetur, // Quodq deinde Principes ipsi concordes et vnanimes, omnes Regnorum suorum impressiones, et calamitates referant, ad consilium aliorum Regum, et Principum Christianorum, à quibus cómuni consensu et voluntate, auxilium defensionis imploret. ne res ipsa publica Christiana, ad extremum discrimen adduc tandem opprimatur. Hoc ita visum est, vt sacra Mtas Sermi dñi Hungariæ Regis, hoc tenore verborum supradicto proponat.

// Vt resp^ca Chriana in vetere dignitem et libertate asseret.

Sacra vero Mtas Sermi dñi Poloniæ Regis, pro tanta benevolencia et amore erga fratrem, quo se, suæq Mtis, et subditorum suorum statú, illa Maiestas

prosequitur, agit gracias, vtq suam Mtem, tam propense sue benevolencie, frnq amoris, gratum esse et fore cognoscat, Mtas ipsa dni Polonie Regis similiter se offert omni cura, et studio facturam omnia, que ad foelicem, et nicolumem statum sacre Mtis frne Sermi dni Hungarie Regis attinet, et item heredem sue Mtis, ac Regnorum et subditorum eius, vt similiter consilio, et omni auxilio illis no desit, vtq cum sua Mte concordi cosilio tractet et agat, quod ijsdem suarum Mtum hostibus, coniunctis Consilio, rum et potencie viribus, obviam eatur, et resistatur.

Et cum Mtas Sermi dni Hungarie Regis in ea sit sentencia, vt inter Jm perialem Mtem, ac sue Mtis adherentes, et Mtem frnam Sermi Polonie Regis, concordiam et vnionem, atq amiciciam faceret, et componeret; sacra Mtas in ea quoq sentencia est, vt sue Mti in hoc morem gerat, et quicqd in hac ipsa concordia et amicicia componenda, equum et honestum visum fuerit faciendum, sine controuersia factura est, partim vt sue Mti in hoc placeret, partim vero ne Respublica Christiana, per hanc discordia aliquid detrimenti pas sura esse videatur.

Et quamuis Mtas Sermi dni Polonie Regis, a Sacra Imperiali Mte, mul tis rebus prouocata, multisq iniurijs lacessita sit, vt pote que his tempo bus admitebatur, vt Mgrum Prussie, sue Mtis, et Regni sui subditum, ab obediencia sue Mtis abduceret, terrasq sue Mtis Prussie eripere posset. Ac insuper in Vrbe Romana per Oratores suos, varijs querelis non satis iu stis vsa est, vt suam Mtem per hoc ad magnas difficultates, et impensas in duceret,

Item q Ducem Moschorum, et Mgrum Liuonien, vt contra suam Mtem ar-
ma sumerent, subornauit et solicitauit, Ad extremu vero Iurisgencium mimemor,
captiuos Moschos, Sedi Aplice dono missos, violenter accepit, Quammis ecia
sua Mtas, virium suarum, et Regnorum suorum conscia, spem in Dei auxilio
habeat, q contra omnes supradictos hostes suos, iusticiam suam, et Regnorum
suorum, tueri et defendere possit, vti iam fuerunt certa quedam eiusce rei
indicia, cum à sue Mtis Exercitu, hostilis Exercitus victus, fusus et fu-
gatus sit: tamen vt ante dictum est, vt sacre Mti Sermi dni Hungarie
Regis fris sui charissimi, omnibus in rebus quibus potest, morem gerere vi-
deatur, nulla se remordente conscientia, q vnq vlla in re Imperiale Mtem
leserit, imo vero, cui semper et priuatum agens Principem, et Regia dignita-
te insignita, tanq fratri et Consanguineo seniori placere studuerit, huc ve-
nire dignata est, nec detrectat omnia facere equa et honesta, que ad pace
et concordiam cum Imperiali Mte, et eius adherentibus attinent, ad vo-
tum sacre Mtis dni Hungarie Regis, et vt Reipublice, quoad possit
Christiane, opitulari et subuenire possit.

Dñs Tonicz Ku ep̃s dixit coram dnis
Consiliarijs vngarie.

Proxima Hyeme Mtas fraterna Sermi dni Hungarie Regis, per lras,
ac per eundem dnm Cancellarium Mti dni nri, patefacere dignata est
mentem Imperialem, que ad componendam exortam discordiam, inter suam

Imperialem Mtem, et dni nri Mtem, et item dnm Mgrum Lrum Sic et Mo-
schomie Ducem, Apud istam Mtem id egit, vt communes omnium Oratores in
Lubek, ad festum Lurificationis conuenirent, vt ibi auctoritate istius Mtis
per modum Arbitrij, de concordia fuis set inter partes dis sidentes actum
et coclusum. Sed quia huic Mti visum erat, in tam brevi temporis spatio,
rem tantam peragi non potuis se, Et item, q, Mtes si presencialiter con-
gredi possent, melius de omnibus hijs rebus statuerent, quo fine sint conclu-
dende. Itaq sic egit, vt huc Mtem suam adduceret, vt hic vna cum Impe-
riali Mte, omnia conferrent et concluderetur. Quod sua Mtas fecit li-
benter, quamuis magnis Regnorum suorum actionibus distringeretur, et
bello Mosconitano occupata, longo tractu terrarum hinc abes set, et om-
nis sis ysdem actionibus, labori et sumptui no parcendo, quem propter
absenciam suam, multo maiorem facere coacta est, q si presens ibi adesset,
conscriptis multo pluribus Mercenarijs, ad presidia Lithuanie positis, huc
se conferre dignata est, partim vt frnam Mtem, cum Sermis eius Liberis
viseret, partim vero vt neces sitatibus suis, Regnorumq suorum, communi
consilio, exorte discordie sedari, et ad finem tranquilliore deduci pos sent.
Et omnino sua Mtas, in ea est sentencia, vt omnia faciat, que cum digni-
tate sue Mtis, fieri possunt, In quo frne Mtis, et vrarum D, arbitrio,
staturam se offert.

Vtq vre D, cognoscere valeant, q hostilem animum Imperialis Mtas, cotra
suam Mtem gerere, nulla insta odij causa habita, dignata est: paucis ex-
pediemus, Quoquide odio durate, huius Matrimonij instituti effectus nul-
lo modo ffici, atq ad optatu exitu deduci, cu dignitate posset.

hic cause hostilitatis explicate.

Ex premiſſis, vrē D. cognoſcere potuerunt, affinitatis, ſuę Matrimonij futuri, ſeriem nullo modo cum dignitate peragi, et perfici poſſe, niſi et hęc odia et diſſidia, inter Imperialem Mtem, et ſuos adherentes, et Mtem dñi nri, vna componerentur.

Et quamuis ſua Mtas plenam fidem habeat Mtem ſrnam omnia iſta, ex animi ſententia Regię Mtis, ita eſſe facturam, vti et pollicitis et literis confirmare dignata eſt: rogat tamen, vt vrē quoq; D. ſuę Mti firmiter et conſtanti animo adherere dignentur, vt iam omnia ſupradicta, vno intuitu perficiantur, quę ſi in parte confierent, in reliqua vero parte infecta dimitterentur, poſſent ſuccedere non ſolum ſuę Mtis Regnis, ſed et huic demū Regno, imo toti rei Chriſtianę, magnum aliquod incendiū excitare et afferre.

Reſponſum a Sigismundo primo rege Polonię Datum Dnō Carlj Gurcensi : D. Tomizki dixit

Sacra Mtas Regia, clementiſſimi dñi nri, in ea ſemper fuit et eſt voluntate, vt ſacrę Imperiali Mti, omnibus in rebus placeat, ſuęq; Mtis amicitiam, et benevolenciam, quoad poſſet vberiorem, conciliare et retinere valeat, et vt hęc coepta affinitas inter ſuam Mtem, et Sermum dominum Hungarię et Bohemię Regem, ad optatum exitum perduci, et commodis perfici poſſit, hic quoq; exiſtens id agit, idq; parat, vt omnia conſilia ad eum finem referantur, quòd ex animi illius Mtis ſentęcia,

eueniat. Tamen quod ad Jus Regni Sue Mtis attinet, hic Sua Mtas cogitur, et dignitatis et honoris Sui, quam par est, rationem habere, nec ab eo quicq3 discedere cum detrimento,

Et quamuis Sua Mtas, Imperialis Mtis occasione, ad multa damna, multaq3 impendia, inducta sit: cupiditate tamen beneuolencie, et amoris frni, hec oia remittere, atq3 ad veteris Jus amicicie, que ex vinculo sanguinis, inter eor Mtes, merito intercedere debet, parata est. Cum aut Imperialis Mtas huc se conferre dignabitur, quod Regia Mtas summo studio cupit et optat, nihil dubitat mutuis colloquijs sic omnia supra dicta peragi et perfici pos se, vt amor mutuus integer et firmus sic confirmetur. vt deinceps inuiolabilis et immotus permaneat, dominijs suarum Mtum commoda multa, hostibus vero terrorem allaturus.

Dnatio aut vra Rma, que cinsce amicicie et beneuolencie reconciliande author futura est, hunc fructum sui laboris, et optime erga suam Mtem fidei, reportabit, vt quicqd ad honorem et ornametum suum, amicorq3 suorum commodum à sua Mte prestari poterit, nihil sua Mtas preter mittet, vt ei gratificetur. Vt igitur vra Rma D. pergat, quod cepit, exequi, vtq3 à Sede Aplica, sibi nuncium nunciatum es se profitetur, Regia Mtas, magnopere rogat.

Ex parte Sigismundi primi regis Polonie
do[mi]ni Tomiczki eps dixit.

Lost tam longam moram, quam hic sacra Regia Mtás, dñi nri clemētis-
simi, fecit, circa communes has, cum sacra Regia Mte vra, actiones, iam
tempus appetere videtur, vt receptui canamus, et ad alias instantes actiões,
tam in sacre Mtis vre Regno, q3 eciam in Regnis Mtis dñi nri, Mtes
vre se recipiant; que quidem actiones celeritate indigent, Anteq3 autem
digredi hinc dabitur, Mtás dñi nri, sacre Mti vre declarare voluit suas
actiones, quo ad res Pruthenicas, cò denemꝰ se, vt non nisi equa petat ab
Imperiali Mte, Attamen Rcmus dns Cardinalis Curcen, in ea perstat
sentencia, vt ad ea animum inflectere recuset, que vtriq3 parti equa &
consentanea esse videntur. Rogat Mtem vram dignetur iam tandem
ad id accedere, vt eundem dnm dnm Cardinalem Curcen, ad id incli-
net, quod partibus equum et honestum est futurum, vt iam cepta amici-
cia, ex hijs causis coalescere incipiat, et succes sue ad summam benevole-
ciam perducatur. Quod sua Mtás, non solum suis Regnis, sed rei
christiane, existimat esse profuturum.

Nomine Sigismundi Regis Polonie Do⁹ Tomicz̄kij dixit ad Wladislaum Regem Vngarie: De emporio Wratislavien

Cum superioribus annis Ciuitas Wratislavien, agitatis, longo fortas̄se spacio temporis, quibusdam consilijs, non satis, vt apparuit, sue Reipublice commodis, in eam deuenisset sententiam, vt cum illtri dño Marchione Brandeburgensi, communicatis hysdem consilijs et mutuis auxilijs, instituerent et ordinarent, vt Ciuitas ipsa Wratislavien, et Frankfordien Ciuitas Marchionalis, Emporia essent, ad que omnium Negociatorum merces, que ex Polonia in Germaniam, et item ex Germania in Poloniam, vltro citro exportari, et importari solent, conuocherentur, atq; hoc modo ysdem Negociatoribus via precluderetur, ne ex vtraq; supra dictarum Prouinciarum suas merces libere, more solito hinc inde transportare possint. Sacra q Mtas Sermi dñi nri clementissimi, animaduertens id non satis matura deliberatione, inter eos factum et decretum esse, atq; ad suorum subditorum perniciem, et detrimentum spectare; habita cum Regni sui Senatu super hoc diligenti consultatione, vram Mtem per tras, et Oratores suos hac ipsa de re certiorem facere dignata est, et quorsum id successime, cuiusnam esset, admonere, vt suos Subditos Ciues Wratislavien, adhortari dignetur, vt habita meliori et salubriori deliberatione, mutato consilio, abstineant ab hijs rebus, quas illis potissimum noxias iudicabat esse futuras. Vbi aut vidit illos temere in ea sententia persistere, idq moliri

et parare, quod Sue Mtis subditis perniciem et detrimentum, cerneret allaturum
esse, mox coepit simile consilium, vt ipsi Wratislamien, sentirent id sibi et rebꝰ
suis, magnum dispendium et incomodum allaturu, quod alieno malo cudendu
statuebant, Iussitq; publico edicto, ne quispiam Ciuium Wratislauiu, sub cer-
tis poenis, negociandi gracia, in terras Regni Polonie, deinceps ire auderet,
nec item vllus Negociatoru Regni Sue Mtis sub ijsdem poenis, ad eos, cum
aliquibus mercibus, Sue alꝭ negociandi gracia, se conferret, Inuentis prius et
ordinatis alys vijs, quibus ipsi Sue Mtis Negociatores, cum Germanis Ne-
gociatoribus, vltro citroq; cum suis mercibus commearent, Nunc aut Sua Mtas
petitioni Sacre Mtis vre, vti solet omnibus in rebus, morem gerere cupiens,
quam ab incunte ætate, loco parentis habere, colercq; et obseruare didicit,
posthabita eciam Regni sui Negociatoru, et item sua vtilitate, hoc edictum
in Concilio generali Regni sui sancitum, liberaliter irritare dignata est, at-
q; ipsis Wratislamien potestatem fecit, in terras Regni sui, negociandi gra-
cia, more antiquitus solito, veniendi, sed ea lege, vt Mercatoribus quoq;
Regni Polonie, liberum sit, qua velint, cum mercibus suis in Germaniam
ire, no obstantibus lris Wratislamiensium, in perniciem Sue Mtis subditorum
conquisitis, quas vult similiter irritari, et sempiterna oblitione deleri, ne
quid posthac detrimenti, Sue Mtis subditis, parare possint. Sacra igr
Mtas vra dignetur Wratislamien mandare, vt et ipsi sine controuersia id
faciant, quod vtriq; parti vtile sit futuru, Et dnm Marchionem Confe-
deratum sum, ad idem faciendum inducat. Vtq; hijs, quibus pro diligecia
aureum ymbrem in gremium impluere pacti sunt, omissa sterili seremitate
fului auri, guttis quoad crassioribus possut, pluant, vt hec res firma et inmo
labilis habeatur,

Sigismundus I. Rex Polonie Joanni de Zapola Comiti Scepusien Palatino Transiluanie.

Spectabilis et Magce dne, affinis nr charissime. Licet iampridem Nunctium nostrum Andream Zakrzewski, ad Magciam vram miserimus, qui apud ea nro nomine ageret, vt vrgentissimis causis exigentibus, hic q primum adesset, Planeq confidamus, eam omnibus posthabitis affuturam: Quia tamen ab ea certi responsi nihil adhuc habuimus, et grauissimis rationibus efflagitatibus, maiore indies simus solicitudine, desyderioq aduentus vre Magcie, eam iterum rogandam duximus, vt cunctis isthic quantumcumq arduis intermissis, huc excurrere non differat, Quod eam facturam neguaq dissidimus. Sigm dem clare hoc ad fraterne, et Sermi Nepotis nri Ittem commoda, et vre Magcie, eiusq clarissime Domus honorem, emolumetumq apprime facturu prospicimus. Proinde quantum pfatas Ittes, quantum se, suamq gloria diligit, quanti eciam authoritatem mram (pro nra cum ea necessitudine) æstimat: tantum contendere velit, ne expectatione nra, Magcie vre optati aduentus, meritissime fiducie plena, indebite frustremur. Hoc ei (que nra in eam singularis dilectio est) suademus, consulimusq, hoc denique ab ea, que votis nris vltro et officiosissime solet occurrere, maiorem in modum eia atq eciam poscimus. Quam valere felicissima, et videre mirifice, optaus.

Responsum a Cesare Maximiliano datum Rafaeli Leszinski oratori regis Polonie In Linez 1514

Romanorū Imperialis Mtās, pro affectu frno, quem erga Sertez domi Polonie Regis etc gerit libenter vobis dne Orator in presencia sue Cesaree Mtis dedisset responsum, sed cum sue Cesaree Mti repente accurris-sent, multe et graues actiones tam in rebus bellicis, q aljs ecia complurimis, prout id vobis dne Orator bene constare potest, Tum eciam q sua Cesarea Mtās, presefert certam peregrinationem, quam in hoc tempore complere intendit, non potuit pro voluntate et desyderio suo, tali responso vobis coram dando vacare, tum eciam q defatigare noluit vos, quem intelligit ex longo iam emenso itinere defatigatum, vna cum famulis suis et equis, Sed nos sub hjs Credencialibus lris, ad dandum responsum vobis, sua Mtās mittere dignata est,

Et quidem, quantum attinet ad actionem generalis dni Mgri Lrus sie, et Ordinis ipsius, prout memimistis dne Orator, postq sua Cesarea Mtās, non bene informata est, per prefatum dnm Mgrum, de ea controuersia et actione, que inter eosdem vtrosq Principes vertitur, no potest eciam in hac re aliquid certi respondere Srti dni vri, vult tamen super ea re per scripta requirere prefatum dnm Mgrum, et plenius informari ab eodem, et tandez

quid ab ipso dño Mgro prętacto acceperit, et cognouerit, vult Sertī dñi vri illd ipsum per scripta innotescere, et interea temporis constituetur et conflabitur generalis Conuctus in Augusta Omnium Statuum Imperij, ad quē si Srtas dñi vri mittere Oratores suos intendit, sua Cæsarea Mtas, erit bene cōtēta, et bene libenter istud videbit, Quod si ea missione Srtas dñi vri grauare, tur, extunc sua Cæsarea Mtas, illud quodcunq; hac in re constitutū fuerit, per Vniuersalem Statum Conuentus illius Imperialis, vult et intendit, vna cum prętactis illud Sertī dñi vri, per scripta explicare.

Quantum vero ad eum Articulum attinet, de Gdanęsibus et Elbingęsibus, quos sua Srtas dñi vri, pro suis vsurpat, sua Cæsarea Mtas, habet hoc do: cumētum à Statibus Imperij, q; prędictę Ciuitates ex antiquo ad Imperiū pertinęant. Si vero Sertas dñi vri habet notam aliquam hārum et mu: nimētorum, qua deducere possit Ciuitates ipsas, ad se, et Regnū sūm per: tinere legittime: Cæsarea Mtas contenta est, vt ea, si secum habueritis dñe Orator, produceretis, vel ad dictam Imperij Conuentionem, in futuris proxime temporibus, celebrandam, per Srtem dñi vri mittatur, et sue Cæ sareę Mti annunctietur, Qua re ita cognita Cæsarea Mtas sua, quantū vnq; sibi bona decencia licebit cooperari vult apud omnes Imperij Status, vt votis sue Srtis, quantum instē poterit, satisfacere queat. Quod si ea q; mis: sione super hac re sua Sertas grauaretur, vult eciam Mtas sua Cæsarea, tunc ex eodem Conuentu, vnacum Statibus Imperij, mentem suam in hac re, sue Srti Regię, per scripta significare.

Reliquum est, quod Cæsarea Mtas quoq; dñe Orator cupit à vobis, vt ista

4444
216

nomine eciam Sue Cæsaree Mtis, dno vro Sermo exponatis, qualr Sua Cæsarea Mtas no eque fert animo, à Sermo dno vro, cum videt suam Srtem, arma Austrie materna Sua, inter coetera Sua arma paterna deferre, et eis vti. Et licet Cæsarea Mtas Sua, no inficietur ipsum dnm vestrum, racione Matris Sue, esse Consanguineum Suum: abutatur tamen Sertas Sua, armis talibus, cum non ex Stc; mate paterno, sed materno ad se pertineant et procedant. Cum no sit cosuetu à Principibus Armis Maternis vti, sed duntaxat paternis, Quod tale pre: iudicium Sue Mti Cæsaree, et Nepotes legittimi ex Sororibus, et coeteri de: scendentes, minime faciunt, Quod eciam Sua Srtas comperire poss set co exemplo, vt si dni Marchiones Brandeburgen, qui Sue Srtis Nepotes sut ex Sorore, vterentur armis maternis, que ad ipsam ratione patris pertinet, hoc est armis paternis Sue Srtis, posset merito Sua Sertas, de eisdem Nepo: tibus Suis, si id facerent, egre ferre. Cupit itaq optataq plurimu Cæsarea Mtas Sua, vt eam graucdinem sibi pre:iudicialem, Sua Srtas Regia, quoad vsum dictorum armorum Australium, semoueat: in quantum cupit vt Sua Cæsarea Mtas, omnibus rebus et comoditatibus, Sue Srtis Regie, ita vt merito pro necessitudinis vinculo debet facere, et assistere dignaretur.

Sigismundo primo Rex Polonie

Leoni ppe .x.

Beatissime Pater, Cum cogitarem per longi temporis curricula, Regna mea, perpetuis bellis ab Infidelibus et Scysmaticis affligi, et premi, nec viderem vnde auxilij spes vlla esse posset, Ipseq; iam pene fatigatus tanta mole, non satis propryjs viribus fiderem; in eam tandem deliberando sententiam deuemi, vt me ad Sermum frem meum dnm Hungarie et Bohemie Regem conferrem, et cum eo, qui pari bellorum onere premitur, comunicatis consilijs, mutue defensionis querendo modum inuenirem, vt interim comunibus auxilijs, Regna nra tueri et defendere, ab Infidelium impetu possemus, donec expeditio generalis, foelicibus vre Stitatis auspicijs decreta, conflari, et comparari possit. Hic igitur cum sua Mte agens, atq; Imperialis Mtis aduentum operiens, vt primum amicicia nra veteri renouata et integrata, que nobis cum sua Mte Jure sanguinis intercedit, et que hac tempestate non solum intermissa, sed eciam interturbata, et quodam modo violata fuerat, tanto facilius et melius communi defensioni, operam nram nauare possemus, Accessit hec ecia, indicio meo non parua spes, firmande future inter nos robustioris amicicie, que post hominum memoriam, inter multos Principes, ita sepenumero firma stetit, vt nullis vnq; procellis dirimi potuerit, aut labefactari, q; scilicet per lras, vltro citroq; datas, opera et studio Rcmi dni Cardinalis Gurcen, Comnubium inter Liberos, et Nepotes Imperatorie, et frne Mtum, promiscuum, iampridem agi et parari coeptum, concluserimus et determinauimus, Et cum in aduentu sue Mtis, quem futurum indies expectamus, omnia supradicta

mutuis colloquijs, firmius perficientur. ipsaq; ura amicicia, alcius actis radici-
bus coalesceet; speramus, fauentibus superis, omnia que ad defensione comune
non solum Regnoru uroru, sed tocius Reipublice Christiane attinent, melius
et foelicius ex animi uri sentencia successura. Cum em is Triumuiratus inter
nos solidiori vinculo firmabitur, spem certissimam habeo, vram Scitatem, ia-
cto hoc fundameto, reliquam partem, tam sancti edificij, ita esse perfectuam,
vt huius glorie palmam, multis alijs Pontificibus, qui prece Berunt, prerepta
assequatur. Ad quam comparandam, Deus opt. max. eandem vram Scitem,
in suo Solio collocauit, et ita instituit, vt omnes curas, cogitationes, vigilias,
omnia denig studia sua, ad eam consequedam, inflectere non dubitaret,

Omnium aut supra dictarum rerum, seriem, Venbilis Bernardinus, de Comiti-
bus Lapiensis, Juris vtriusq; Doctor, vre Scitati, meo nomine, planius ex-
plicabit, Cui oro narranti, fidem habere dignetur, Quem sicut alijs me-
is lris vestre Scitati commendani, et nunc oro, dignetur commendatu ha-
bere. Commendo aut et me ipsum vre Scitati, quam de omnibus, que
hic inter nos, in aduentu Imperialis Mtis, conficientur, et decernentur, ali-
is lris, vel nunctijs, faciam cerciorem. Interim Deum omnipoten-
tem orabo, vt eam foelicem, et incolumem, coseruare dignetur. Losonij.

Sigismundus primus Rex Polo^{e}
Leoni pape X.

Beatissime Later. Quantum me affecerint, quamq incredibilem leticia, vre Scitatis lre, mihi attulerint; vix dici, enarrariq possit, Quibus quo animo, quamq propensa voluntate, sit, ad rem Christianam tuendam, et propagada, aperire mihi dignata est, nacta occasione, quam, clades Selimi Regis Thur carum, prebet, qui superioribus diebus ab Hismaele Zophi, Persaru Re ge, tanto prelio victus est, vt omnibus viribus, omnibusq copijs, omni demq apparatu bellico, nudatus et exutus esse credatur. Omnes quidem Chri stiani Principes, et Populi, qui vel longis terrarum interuallis, ab ea parte Europe, qua Grecia et Thracia continetur, disiuncti sunt, non possunt non vehemeter gaudere, cum talem sibi diuinitus Pastorem obtigisse videant, qui omni cura, ommiq studio, et labore, id parat, meditatur, et cogitat, que gregi si bi credito, salutaria esse et fore cognoscit. Ego vero, qui cum Serno fra tre meo, dno Hungarie et Bohemie Rege, nullo intermedio, propinqua vici nitate, tam immani, tamq potenti Tyranno, coniungimur, cum subditis nris vltra coeteros, in quorum Regna, propter longinquam terrarum disiunctione, nullam seuiciam exercet, merito gaudere debemus, quorum in primis cervici bus, tantam pestem imminere, nemo est qui nesciat, Deo opt. Max. cuius nu tu et gracia vra Scitas, ad istam sanctam et Apticam Sedem, electa est, gracias humiliter agere non cessamus; qui peccatoru nostrorum oblitus. nostrasq calamitates miseratus, tantum laqueum contevrere dignatus est,

viamq ostendere voluit, qua in primis Jugum duriss̄ime seruitutis hij excutere
possint, qui hoc iampridem premuntur. Nos quoq; quorum res agitur, paries cū
proximus ardet, obruto hoc hoste crudeliss̄imo, qui in Lagueum micidit, optimā
rem pacis et ocij, foelicibus vrē Sctitatis auspicijs, nobis polliceri valeamus.

Quod ad rem meam attinet, ago et habeo vrē Sctitati, quas possum maiores
gracias, quē pro sua summa et singulari in me gracia et amore, tantum de-
coris et ornamenti, maioribus alijs Principibus preteritis, impartiri mihi
dignata est, et cum ēsse me censuerit, quem cuiusce belli conficiendi munere
non indignum iudicet, Jrarumq; mearum meminiss̄e voluit, quibus vrē Scti
tī
non pridem, me sponte obtuliss̄e rei Christianē labanti, pro virili mea, nō
defuturū ēsse, commemorat. Non eo inficias beatiss̄ime Pater, in ea me sen-
tencia ab incunte etate semper fuiss̄e, et futurū ēsse, dum viuam, vt de re
ipsa Christiana, benemereri possēm: sed quo in statu nunc sint res meē, vra
Sctitas non ignorat, qui multorum hostium Regnis meis finitimorū, partim
bellis iam diuturnis, partim vero metu nouorū ab hijs, qui prioribus sua suggestio-
ne causam dederunt, perturbor. In quibus, cum multos annos Regna ipsa
mea versentur, ita neruis bellicis, et publice et priuatim exhausta sunt, vt ad
tantam belli molem, de qua vra Sctitas scribit, quē bene omnium meorum
bellorum, caput est, minus idonea mecum ēsse videantur. Archa itaq; attrita
animus idem manet, quem ijsdem lris, de quibus supra vrē Sctitati ad bella, con-
tra Infideles gerenda, declarani. Vra igitur Sctitas, vtriq; huic rei, vt li-
cet, et nerui bellici non desint, et nullus timor supradictorum bellorū, me
et Regna mea vrgeat, prospicere dignabitur. Ego semper prēsto me eidē
vrē Sctitati, pro viribus, et supra vires eciam, morem in hoc gesturum, vt rebus

Christianis afflictis et oppressis, opitulari et subuenire possim. Quicquid virium et facultatu, in hyssdem Regnis meis supererit, nihil recusabo, vitam denig ipsam paratus effundere, quandoquidem et in hijs bellis, id mihi facere videor, que quotanis contra Infideles gero, vt per me aliquid fiat, quod eidem Reipublice Christiane, boni, foelix, et fausti sit futuru, meoq nomi laudem et gloriam sempiterna pariturum. Vtinam et alij, quos vra Scta ad rem ipsam agendam excitare dignabitur, ad eius voluntatem exequendam, tam facile accederent.

Id tamen Sctitatem vram latere nolim, q, is hostis, quis sit fractus viribus: facile tamen, vbi vim sibi imminentem cerneret, modos inuenire potest, qbus et se, et sua tueri, et defendere poterit. Cui, eiusdem secte Principum, qui plures sunt, non defuturas es se, in extrema presertim necessitate, suppecias, nemo, qui verum ipsarem seriem callet, ambigit. Itaq et viribus et tempore, ad tantam rem apparandam, opus es set.

Nos hic, cum Sermo fratre nro, pnciam Imperialis Mtis, priuatis rebus nris consulendo, opperimur. Cuius in aduentu, quemadmodum vra Sctitas, per Rmos duos Cardinales, Strigonien, et Gurcen, nobis miungere digniata est, copositis et pacatis primum communibus rebus nris, dabimus opam, vt mox ad ea accedam, que coni omniu saluti ptutura esse cognoscam. Quicqd aut, superis fauentibus, cofecerimus, ego, vt vra Stas, cuestigio sciat, efficia. Ad Regnu q meu redies, cu subditis meis hac ipsa rem coicabo, aliisq hris vre Scti, vberius rndebo. Cuig me gre huiusmodi comendo, eiusq Sanctsme volutati, obsequentissimu, offero et dedo. atq vt ex animi sui sntia valeat, et viuat, sumope opto. Posonij.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinalibus.

RRmi in Chro Patres etc. Redditæ sunt nobis vrarum D. iucundissimæ, cum lris Sanctissimi dni nri concordes, quibus studium, et curam suam honestandi nominis nri, perpetuumq; amorem suum erga nos, satis superq; declarare dignatæ sunt, nosq; hortantur, vt eiusdem Sctmi dni nri voluntati obtemperantes, occasionem rei bene gerendæ oblatam, tota mente cõplectamur, huicq; sanctæ expeditioni, quam sua Sctitas parat, meditatur, et cogitat, omnes curas, et cogitationes nras accomodare non dubitemus. Imo vero vt eius Præfecturam, qua nos sua Bitudo ornare constituit, ceu honorificã et gloriosam, gratissimo animo accipiamus. Quàm grata sit nobis, q̃ q̃ iucunda, hæc suæ Sctitatis gracia, qua nos ornare, et eiusce belli gerendi summam ad nos deferre dignata est, ex hijs lris, quibus suæ Sctitati respondimus, vestræ D. affatim intelligent, quibus eciam, et quæ sit mens nra, et quæ circumstanciæ, voluntati nræ obstantes, quominus quod volumus, tam facile, et tam cito adimplere valeamus, expressimus. Non ignari igitur, omnẽ eius rei seriem, vras D. ex hysdem lris cognituras esse, supernacaneum videbatur, hijs iterum lris repetere, quod Apostolicis abunde est declaratum. Hoc tamen ex hijs repetendum existimauimus, voluntatem nram perpetuã, de Republica Christiana benemerendi, ab ipsis pene incunabulis, animo nro insitam, nunq; esse defuturam. Quemadmodum igr Sctmo dno nro aliis eam lris iampridem liberaliter obtulimus, nec modo mutamus sententiam,

Quicqd vires et facultates nrè, Regnorúq nrorum, multis iam bellis, et publicè, et
prinatim exhauste, poterint, nullum laborem, si vel vita, pro fide Christi, et
cómuni omnium salute, effundenda sit, detrectabimus, modo facultas non desit.
Sed cum Imperialis Mtás ad nos huc venerit, quod in horas futurum expectans
cómunicato cum sua, et cum hac frna Mte, super hac re consilio, ac demú ad
Regnum nostrum redeuntes, et cum mris eciam subditis colloquétes, Sctmo
dño nro, et item vris D. super prémissis, curabimus vberius respondere.

Vestris D. quorum amorem et benevolenciam, omnibus in rebus nostris
exploratam habemus, causam mám commendamus, qué per occasióné Sctmo
dño nro, animum nostrum ad omnia paratum offerant, ac nos in graciam
sué Btitudinis insinuare curent, foeliciterq valeant. Posonij

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Laski Archiepo Gnesnensi. oratori in Concilio Lateranensi.

Rme in Chro pater, sincere nobis dilecte. Vt ex omni parte devotio nra,
quam erga Sctmum dnm nostrum gerimus, sue Sctitati sit cognita, noluimus
et has prinatas res nras, que ad contractum Matrimonium, inter Sermorum
Imperatorie, et Regis Hungarie Mtum, Liberos et Nepotes, attinet, sua Sctitati
latere. Et propterea cum Venblis Bernhardinus de Comitibus Lapicensis
Juris vtriusq Doctor, isthuc se reciperet, commisimus ei totam seriem, eaꝝ
rundem rerum sue Sctitati referre, Quod vt in presencia vre Rtis

fiat, miunximus. Cum ẽm ista ipsa amicicia, ad finem inter nos firmabitur, speramus omnia, quẽ ad defensionem contra infideles attinent, melius et solidius ex animi nri sentencia, esse succes sura. Quod, cum Imperialis Ma̅s tabiscum conuenerit (id aũt propediem futurum expectam̃) facile ad optatum finem, Deo bene iuuante, perducetur. Et quicquid in eo ipso cogres cum sua Mte confectum fuerit, vt sua Scitas, mox scire possit, efficiemus. Sed et vram Lrtem de hysdem rebus omnibus, si modo isthic se tã diu continuerit, similiter faciemus certiorem. Quam bene valere optamus. Datum Posonij octaua Junij. M°. D°. xv°.

Sigismundus primus Rex polonie
Regnie Barbare conugi sue

Serma Princeps Coniux nra charissima. Verus equidem Nunctius ad Mtez vram, de indigmssimo obitu Ducis Bartholomæi, viri et pace, et bello clarissimi, venerat. Is nanq, illi omnium horarum homini, contigit vite exitus, qui ad eam (quod eius subtristi Epta percepimus) examussi, multoq exactius q vellemus, perlatus est. Quem Mti vre consulto, celatum iri volebamus, ne scilicet, vllam ei, hac presertim tempestate, moeroris ansa preberemus. Neq ẽm nobis erat ambiguum, illum Mtis vre fuis se necessarium. Quando igr diuine potencie ita placitum est, rogamus Mtez vraz vt animo suo temperet, tum ne immoderato luctu, diuine voluntati, obsistere voluis se, tum ecia, ne moestitie locus honoratior q rationi, et precibus nris

apud eam finis fe videatur. Cæterum, collaudamus Mtis vre in nos
obseruanciam, qua adhecta, defuncti piissimis manibus, parentare distulit, ne
contra, aut eciam absq; voluntate mra operaretur, Letimus aut ne illis iusta,
eximio sacrorū apparatu peragat, neue freqnti clero, aut celebri pompa fiat
Inferiæ, quarū luxus pociori viuis solatio, q; defunctis præsidio censetur, esse.
Qua potissimum racione, nos hic, quæ et affini charmo, et summis semper offi
cijs, de nobis fraternaq; Mte optime merito, prestanda meritissimo videbatur,
secreto (rem pocius q; fastum sequuti) peregimus. Istidem vre Mti, nro
(vt libenter assolet) exemplo, censemus faciendum. Esset namq; nobis,
vre Mtis amore, permolestum, si ei, exequiarum lugubri spectaculo, luctus
recrudesceret: quandoquidem summi nri desyderij est, vt ab ommbus, quæ Sere
missimū eius animū, vel minima molestia, perstringere valeant, sit alienissima.
vtq; nulli prorsus alie rei studeat, q; vt hilarem et letissimum animum,
optima valetudine, suumq; mutuū in nos amorem, perpetuo conseruet

Preterea non ignoret vra Mtas, Seremissimam Mtem frnam, vti in nostro
huc aduentu egra, ita nunc, Dijs gracia, satis commoda valetudine perfrui,
et quidem cum Seremissimis suis liberis, Quod Mtem vram, vt pote mea
dissimum, scire oportere arbitrati sumus, Eius intimo amori nos eciam
atq; eciam commendamus, eam cum festissimo amoris nri pignore, va
lere cupientes. Datum

441
Q 21

Sigismundus primus Rex Polonie Elisabete reginule polonie virgini sorori sue

Illma Princeps, et dna Germana mâ charissima, bene fecit vra Ill. Dna tio
g domicilium mutauerit, post subitam mortem, duarum suarum Virginum.
Timenda em, est semper infectio et vitanda, que corpora mortaliu alterare, et im
multa discrimina, plerumq adducere solet. Nos adhuc expectamus hic Cæ-
sarem, sub hac tamen tam diuturna expectatione, non sumus hic ocioſi, sed
hoc agimus, vt in rebus frne Mtis, ac liberorum ipsius, tum et huius Regni
debitum ordinem constituamus. Et quia aliquanto diucius, nos hic adhuc
manere oportet, rogamus plurimu vram Ill. D. admonere velit fregneter
Rxlem Mtem, vt hanc mram tam diuturnam hîc moram, ferat æquo ani-
mo, nos aut cum primum poterimus, reditum isthuc nostrum maturare cu-
rabiu, Vram Ill. D. feliciter valere optamus. Posonij.

Sigismundus .i. Rex Polonie Barbare Regine, coniugi Sue.

Serenissima Conjux, et dna Conjux mra charissima, Nudius tercius redditæ
sut nobis Vienna lre, Cardinalis Gurcen, quibus significat Cæsareis scptis
sibi tandem abunde declaratu, Cæsaream Celsitudinem eò animum induxisse
vt cum Serenis Hungarie Regibus, ac nobiscum congrediatur, Neq ea gesta

egnè cupere, q́ vt cum hoc, tum aliis officijs, desyderijs mris, fraterno animo
et amore q́ primum satisfaciat, atq; eam ob rem eius Mtem, breui assuturam
Viennè, ac subinde nobiscum commenturam, quod eciam, qui à Cardinali Gurcen
insignes viri, apud dictam Mtem, legationis munere funguntur, frequentibus
lris confirmant. Ea propter vra Mtas facile perspicere potest, nos hic ali
quanto adhuc tempore, immorari oportere, sed adeò certe exiguo, vt noster
ad Mtem vram optatissimus reditus, proculdubio sit futurus, omnium opini
one celerior. Cuncta em, quibus tractatus, tam rari celeberrimiq Comitijs,
in longum trahi posse putabantur, partim studio abolita, partim vero con
silio expedita, potissimaq ex parte iam adeò sunt confecta, vt hoc vnu sit
reliquum, vbi commenerimus, rebus omnibus, extremam quasi manu appo
nere, et tam veteris charitatis frne, q́ et nouè affinitatis vinculu, mutua
prèsencia obfirmare. Speramus itaq Mtem vram, residuam hanc tempo
moram, excelso, et se digno animo laturam, ac nulli interim rei tanta
operam nanaturam, q́ suè C. cuius continuam curá, solicitudinemq sustì
nemus optimè) valetudini, quam in prèsenciarú proprio nuncio visendam du
ximus, de ipsa per eundem, ac iucundissimis Mtis vrè lris certiores fieri
cupientes.

Cæterum Mti vrè incognitum es se noluimus, heri, nobis et frna Mte, cum
Sermis liberis, in Ede sacra rei diuinè interessentibus, casuali incendio bo
nam partem Opidi conflagrasse, cumq iam fraternè Mtis ædes flamma
occupasset, nos eius Mtem, et liberos in Arcem deduximus, Res interea
prèfatè Mtis perexiguè, cum ipsis ædibus flamma absumptè, Absúptu
eciam hospicium Germani Mtis vrè, Generi nri charissimi, facili ac

permodica rerum iactura, Res nrę omnes, et ædes ipsę, egregiè defensę ac omnium Procerum, Aulicorumq nrorum. ita vt ne minimo quidē dā-no, aut nos, aut nrorum aliqui, sunt affecti, Quod vrę Mti significādum duximus, vt si quid acerbius isthuc fama detulisset, certo sciat id omne vanissimum esse, atq confictum, Commendamus nos solito amori Mtis vrę, quam nobis diuina clemencia, cum amantissima nata nra foelicę conseruet. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonię Barbarę Regine polonię, conjugi

Serma Princeps, et dna Coniux nra charma. Communibus subditis nostris, non minus prodesse q preesse cupientes, hactenus continua cōsultatione, pro ipsorum quiete, magnam curam, solicitudinemq sustinuimus, Cumq frna Mtas, pro suo in nos amore, non modo Regnorū societates, sed eciam Sermę suę prolis cōnubia, à nris rationibus seiungere, piè illachrymans, ex professo, et constantissimè renueret, Atq eo potissimū respectu, ex animi nri sentencia cuncta pertractarentur, Hęc vna circa res Prutenas suborta est difficultas, q Cæsarea Mtas (: quę Mgro Ordinis, coniunctissimo quodam pactorum nexu obstricta est:) quominus eum ad debitum subiectionis Iusiurandum cogeremus, minime se contradicturam re-cipiebat, saluis tamen Iuribus Romani Imperij. Quę insolita conditio, vtī minus equa, ita à dignitate nra prorsus aliena, visa cum esset, (: qui subditis nro non alieno moderamine Leges imponimus.) et Cæsareę Celsitu-

dim, eum, qui in ipsius fidem, indebite licet, ex foedere tamen conceßis Jo, destituere non placeret. Acta res est Summo vtrinq conatu, Cæsareo Ora; tore, conditionem miro studio ingerente, nobis aút debitum pure exigentibus. Post multam vero controuersiam, tandem eò decurrere visum est, vt ré in; tegram reijceremus, ad frne Mtis, nostrumq cum Cæsare congreßum. Cuius maturandi gracia, Legatus Cæsareus hinc profectus est Viennam. Vnde, quia Cæsar non procul agit, nos cum ipsius Mté, breui vna futuros, ambiguum non est: quod nobis, Mtis vre optatißima presenciam, cótra vota mra, aliquandiu adimet. Oramus aút vram Mtem, vt hanc exigui temporis moram, que nobis, eius summo desyderio, molestißima est, equo atq excelso ferat animo, sibiq persuadeat, nostrum ad se reditum, su; mo rerum pondere, differri: quas turbulento in statu relinqui, nec nro suscepto labori ßet consentaneu, nec vram Mtem (que eius eximia animi moderatio est) velle existimamus.

Vt vero Mtis vre desyderium, quoad possumus leniamus, ipsaq nostrum in se, perpetuú amorem, vel hoc vnico indicio deprehendat: mittius ad ipsa, officij gratia, Nunctiú nrúm, qui eius imprimis valitudine, deinceps statu omnem, prosperosq ßucceßus inuisat. hoc namq cum alias semper, tum hac potißimum tempestate, exactißime scire cupimus. Orantes vt sue salutis, continuam et exactißimam curam habeat. Tanti enim nos fieri, tantum certe á Mté vra, et diligi existimabiús, quantum operæ, studij, diligencie, vt q letißime valeat, eam prospexerimus impendisse. Commendamus nos pernißimo amori Mtis vre, quam nobis diuina

clemencia, cum dulciſſima nata nra, ditiſſime, ſeruet incolumem atq; foelicem. Datum.

Sigiſmundus primus Rex Polonie Conſiliariis Regni Polonie.

Reuerẽ in Chriſto Later. Magce q; ac Generoſi, ſincere nobis dilecti. Poſt foelicem hunc noſtrum aduentum, Rcmus dñs Cardinalis Gurcẽ. Orator Imperialis Mtis, fuit apud nos, multaq; et cum Mte frna, Sermi dñi Hungarie et Bohemie Regis, et nobiſcum, nomine Cæſarco egit, Mtas iſta frna, pro amore ſuo erga nos, de hac futura affinitate ſua, cum Imperiali Mte, nihil agere voluit, niſi et res omnes nre cum rebus ſue Mtis vna tranſigerentur.

Cum ad rem Prutenicam ventum eſſet, hic fuit non parum difficultatis et laboris, Voluit em dñs Cardinalis aliquid iſtarum rerum Pruthenicarũ ad Imperium, ſiue Electores Imperij referre, Et cum nos vellemus, ne Imperialis Mtas, de Mgri ſubiectione erga nos, ſe ingereret, mox id adijcere voluit, vt hris caueretur. q; ſaluo Jure Imperij id fieret, Quorſum autem id ſpectaret, non erat magni negocij cognoſcere. Cum igr nec nos aſſentiri vellemus, id quod Juri nro, noxium eſſe cenſuimus, nec ipſe aliter faciedi facultatem datam aſſereret, omnia in aduentum Mtis Imperialis, reie:

cimus. Scripsimusq et nos, et Mtas frna, ad illam Mtem, ne nobiscu quad celerius posset, congredi dedignetur. Dominus quoq Cardinalis Gurcen interea temporis Viennam se recepit, et nos illius Mtis hic aduentu opperiemur, spe firma subnixi, q, in hoc ipso futuro congressu, omnia, Deo bene iuuante, ex animi nri sententia transigentur. Vras aut S. ignorare nolumus, qui sit hactenus Status nr, rerumq nostrarum, ob quas tam longam moram nram hic necessariam esse intelligant. Datum Posonij feria secunda proxima post Dominicam Conductus Paschę,

Sigismundus primus Rex Polonię Elisabete reginule : sorori sue

Illma Prnceps, et dna Germana nra charissima, Mittimus hunc nostru Cubicularium, ad visendam Serme Consortis nre, dne Regine, et vre Illme D. sanitatem. Rogamusq vt per eum nobis, vra Illma D. quomodo valeat, significare velit, Nos hic, Deo bene fauente, recte valemus, Negocia magna et difficilia agenda sumpsimus, in quibus iam aliquid laboramus, Distulimus tamen multa in aduentu Imperialis Mtis, quam ad nos venturam speramus. Interim aut hic manebimus, spem firmam habentes, q, omnia pro voto nro transigemus. Volumus aut Illme D. vre, id perscribere, vt sciat, quare tam longo tempore, hic nobis manendum existimemus. Valere felicissime vram Ill. D. desyderamus, que cu Rx Mte hac nram hic moram, equo animo ferre velit. Datu Posonij.

Sigismundus Rex Polonie Barbare Regine coniugi sue

Illma Princeps, et dna Coniux nra charissima, Pro mro in Mtem vram pere-
in, inestimabili q amore, periucundum nobis fuit, de sua secunda valitudine
Mtis vre Nunctio et lris, intelligere, simulq nram salutem et succes sus in-
visere. Ea igr propter Mti vre immensas gracias agendas duximus, que ge-
mino hoc offitio (vti alijs omnibus) animo mro cumulatissime satisfaci-
endum curauit, Neq em quicq est profecto, quod eque tante absencie mo-
lestiam nobis alleuiet, q cum Mtem vram incolumem esse, et viri apud ea
continuam ac mutuam recordationem extare percepimus, Atq vtinam iam
tandem non per lras, internunctiosue, sed coram cum Mte vra colloquendi da-
retur facultas, Minime em committeremus posthac, vt vel exigui loci, aut te-
poris interuallo, a Mte vra disiungeremur, compensaremusq perpetue cosue-
tudinis fruitione, hanc nram absenciam, Que nobis eo magis ac magis vide-
tur importuna, q videlicet huc proficiscentes nihil minus putabamus, q ea
tam diuturnam fore. Quando tamen nri, cum Cæsarea Celsitudine tracta-
tus, eo usq iam processere, vt in horas extremu calculum expectent, Mti vre ne-
quaq inuisum futurum confidimus, vt pro dignitate nra, tantisper adhuc susti-
neamus, quoad desyderia nra, optatum exitum sortiantur. Quod proculdubio
iam iam futurum est, heri namq ad nos rediit Cardinalis Gurcen, cui plenaria
facultas a Cæsare, qui non procul abest tradita, cuncta nobiscum antea tra-
sigendi: q cum eius Celsitudine conuenimus, vt tanto expeditior, iucundior

sit noster congressus, quanto accuratius, asperiora quæq; prius fuerint coplanata. Quibus aút, loco et tempore nobis cum Cæsarea Mte conueniendum erit, proprij Nuncij ministerio, Mti vre significabimus. Cuius eciam intercessioi officium, quod seruitori Illme Sororis nre expetit, et quidem libenti animo, codonandum duximus, Ea tame lege, vt idem Seruitor Bochne vesideat. Retulit namq; nobis Magcus dus Andreas de Koszielecz, Regni nri Thesaurarius, oportere eius loci Ianitore propria, no Vicaria opera deseruire. Comedatis nos Mti vre, orantes vt hilari animo nos expectet, cupietesq; eam, cum Illma nata nra, q; foelicissime valere. Losonij xij Maij.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Bohdano Voiewode Valachie

Magce dne, amice sincere nobis dilecte. Lergrato animo accepimus lras Magcie vre, quibus nobis pro suo in nos constanti, et optimo animo, et infortunium Imperatoris Thurcarum, remq; per eum male gestam, et obitu Mendligeri Cæsaris Lrecopen, significat. Quod officium adeo iucunda et benivola mente, à nobis acceptum non ignoret. vt per plures, no mediocres gratias agendas duxerimus vre Magcie. Quam rogamus, ne ad nos sedulo perscribere grauetur, quado nouj quidpiam vndecuq; presertim aút, de motibus Thartarorú perscripserit, quod erit nobis semper acceptú, idq; Regia nra amicicia referre curabimus vre Magcie, Quá bene et foelicter, multos in annos valere cupimus. Datum Losonij die vigesima quarta Maij.

Sigismundus .I. Rex Polonie Barbare Regine coniugi suc. S.P.

SErenissima Princeps, et dna Coniux nra charissima, Nostrorũ cũ Rcmo Cardinali Gurcen, cæterisq Cæsareæ Mtis Senatoribus, potissima pars tractatuum, eo tandem deducta est, vt quæ adhuc transigenda supersunt, nõ nisi optatissimum exitum, sortiri posse videantur, Sta em secundo quodã cursu, nobis hactenus omnia fluxere, vt compertum pene habeamus, nos intra paucos dies ad Sersmam Mtem vram, votorum nrorum compotes redituros, Quod Mti vre tantæ letitiæ futurũ speramus, vt ei omnem ex tã diuturna absencia nra moestitiam, non mediocri gaudio compensare valeat, Aequissimum namq censemus, vt ei tantum gaudij optatissimus reditus noster afferat, quantum moeroris attulerat, necessaria profectio. Cum igitur supervacaneum existimemus ab ea contendere, vt nos constanti, et letissimo animo expectet, vt tamen eius rei, equissimis rationibus, petitis omis eciam nre authoritas accederet, Mtem vram orandam duximus, vt omni studio, mentis sue hilaritati obsecundet, quam in presenciarũ lris, et Nuncio visere voluimus, eiq valitudinis et successuum nrorum prospe: ritatem indicare, simulq ab ea petere, vt tam huius Nuncij opera q alias sepissime, nos de salute sua faciat certiores, qua nobis nihil vnq nuctiari potest optatius.

Ceterum Mti vre incognitum esse noluimus, Clarissimũ dnm Vayuodã

Germanum Mtis vre, Generum nostrum charmum, niper in Thurcas, ita aduerso Marte pugnasse, vt Copiarum parte amissa, prelio excedere sit coactus. Licet aut nondum nobis satis constet, quanta Christianoru Militu clade depugnatum sit: certum tamen est, rem ab Orthodoxe pietatis hostibus, bene ac prospere gestam. Quod cum frne Mti, tum eciam nobis bonis omnibus, no minimum dolorem attulit. Quem tame hoc magnope cosolatur, q, videlicet ampliss̄imis testimonijs ad nos affertur, clariss̄imu dnm Vayvodam incolumem cum suorum robore in pacatum loca concessisse, quo hodie clariss̄imus dns Georgius, Gener mr charissimus, cum immenso Equitatu, in subsidiu est profectus. Iussu quoq; frne Mtis, vndiq; ad eu copie cofluunt, neq; dubiu est, quin reparato Exercitu, clades multo cu fenore hostibus rependi valeat. Et quidem tanto cum maiore gloria clariss̄imoru Generum mrorum, quanto prestancius erit, crudeliss̄imos hostes, recenti victoria exultantes superare. Quocirca vram Mtem rogamus, vt hac fraternarum copiarum mediocrem, reparabilemq; iacturam, moderate ferat. meminerituq; eam accidisse diuina potencia, cui quandoq; aduersetatu acrimonia, in prelijs presertim, suorum seruoru constanciam, et corda, scrutari libet, vt probatos, cumulatioribus honestet premijs. Hec Mti vre eo significanda duximus, vt si quid asperius ad eam perferri contingeret, id omne vanum, et fame augmento accreuisse, reputet. Certoq; sciat, ita se rem habere, vt nos Mti vre perscribere curauimus. Cuius penitiss̄imo amori, nos eciam atq; eciam comendamus, eam cum ffma nata nra foeliciss̄ime valere cupientes. Posonij feria tercia Rogationum. 1545

Sigismundus primus Rex Polonie Barbare Regine Polonie coniugi sue

Serenissima Princeps, et dna Coniux nra charissima. Agimus vre Mti gracias, que, visa necessitate nim, et Reipublice Magni Ducatus Luthua; nie, dignata est per lras agere, vt Mercenarios Milites retineat in loco, qui iam ex statuis discesserant, et penitus terram illam reliquissent, nisi hijs; dem lris, vra Srtas eos continuisset. Nos, iam post acceptam hac ipsa de re noticiam, scripsimus ad eos, vt se contineant in locis suis, nec cum tas to dispendio rerum nrarum discedant, et mittimus eis pecunias, spemq habemus, illos in offitio permansuros,

Quod ad Nutricem futuri partus attinet, vra Srtas dignetur, cum Illma Sorore nra communicare consilium, quo et vti velit, vt communiter, anteq tem: pus pariendi aduenerit, coniunctis consilijs ita prospiciatur, vt ipsa Nutrix presto sit, et expectet potius prolem futuram, q proles eam debeat expe: ctare, Qua de re, eciam Famoso Joanni Bonar, Burgrabio et Consuli Crac scribimus, vt omni cura, et studio, ad ea nutricem ordinandam adnita: tur, et que ad hoc, vre Mti, cum Illma Sorore nra visa fuerit idonea, ea acquirere et ordinare contendat, Cupimus vram Mtem feliciter valere, Losonij, feria sexta proxima ante festum Penthecostes.

Sigismundus primus Rex Polonie Anne Duci Mazovie vidue: Tutrici filiorum suorum. Stanislai et Janussii

Preclara dna, sincere nobis dilecta. Ex lris tue Preclaritatis accepimus, quanta molestia et dolore affecta sit, ex hac perfidi hostis nri suggestione, quam ad conflagrandas Ciuitates, et Opida in Dominijs nris, per suos milites homines parauit, Qui cum aperto Marte vim nequicie sue, ad populanda, ea ipsa Dominia nra, ostendere nõ posset, ad commenta fraudis, ad quam cum natura peperit, et voluntas exercuit, animum conuertit. Non minorem profecto nobis eciam res ipsa molestiam attulit, cum videamus subditos nros, varijs incomodis et calamitatibus plerumq; afflgi.

Quod aut tua Pr. Ciuitates nras hac de re, vt incolumitati sue prospiciat, admonere voluit, est nobis valde gratum, nos quoq; idipsum faciemus, vtq; subditi nri cauti sint, et in custodia adhibenda soduli, diligenter mandabimus. Nec id profecto minus gratum est, q; capti Incendiarij asseruatur, vt successui per questiones elici ab eis possit, vnde, et quo pacto, huius atrocissimi facinoris manauit inicium, vtq; socij eorum in alijs Ciuitatibus capi possint admonebimus omes Officiales, ad qs ptinet in tali necessitate, ne quid detrimenti Respubca paciatur, prouidere. Bene valere tuam Pr. optaus. Posonij. vltima Junij

Sigismundus I. Rex Polonie Maximiliano Romanorum Imperatori.

SEreniſſime Princeps, et dñe frater, et conſanguinee nr charme et honorum. Scimus vrám Mtem non ignorare, Sermi fratris nri dñi Hungarie, et Bohemie Regis conſilio, confectum eſſe, vt ad preſens tempus, aduentum hunc noſtrum maturare non differremus, vt cum vra Mte vna conuenientes, opera eiuſdem Sermi fratris nri, dñi Hungarie Regis id imprimis ageremus, vt depoſitis ſimultatibus, et latentibus quibuſdam odijs, nulla forte ſe iuſta cauſa ſuſcitatis et exortis, in graciam redeamus, renocatoq et renouato inter nos priſtino amore, ex Paterni et Materni ſanguinis vinculo, nobis vtriq debito, omni cura et ſtudio enitamur, et elaboremus, vt de Republica Chriſtiana, coniunctis viribus et conſilijs, bene mereamur. Nos quidem, poſteaq ab ipſo Sermo fratre nro hac de re, certiores facti eſſemus, quis hinc longo terrarum interuallo diſiungeremur, atq in eo bello eſſemus, quod cum hoſte potentiſſimo, de ſumma rerum gerimus, exteplo omnes cogitationes nras, ad id deflectere non dubitauimus, vt ſue Srtis voluntati in hoc morem geramus, rati ex hoc communi nro congreſſu id naſciturum eſſe, quod eidem Reipublice Chriſtiane, bonum, foelix, et fauſtum ſit futurum, noſtrumq ſingulis, et familie nre honorificum et glorioſum. Certiſſimam aut ſpem habemus, ſi Mtas vra animum, ad id appellere voluerit, vt cum ipſo Sermo fratre nro, et item nobiſcu, Conſanguineis

suis congredi, vti speramus, dignabitur, multa esse hinc ventura, que congressum ipsum nrum, celebrem, longoq; tempore memorabilem sint effectura, Ea vero, que et qualia sunt futura, existimamus operepreciũ non esse lris explicare, cum vra Mtas ea (que sua sapiencia est) per se non ignoret.

Vt igitur aduentum ad nos suum maturare dignetur, eciam atq; eciam rogamus, Veniet em Mtas vra expectatissima, cuius aduentu, multa, que noxia sunt futura, conquiescent; multaq; item vtilia et honesta, sument parturiri initium, non multo post vberrimũ prouentum optimarũ rerum paritura. Cupimus vram Mtem foelicem et incolumem viuere, Cuius fauori nos plurimum commendamus. Losonij, septimo Idus Aprilis, M. D. xv. Regni nostri, anno ix°.

Maximilianus Cesar Sygismundo regi Polo

Serenissime Rex, frater et consanguinee charme, Ante multos dies Rmus in Chro pater, dns Matheus, scti Angeli Diaconus, Cardinalis Gurcen. Princeps Locumtenens in Italia generalis, et amicus nr charmus, nuper à nobis ad Srtem vram destinatus, lris suis, ex Losonio, cercziores nos reddidit, de conclusione rerum, nomine uro, cum Srte vra, ac Sermo frē suo Rege Hungarie, facta. Que vt à nobis desyderata, ita fuit et iucun-

dis̄ima, et pergrata. Instetitq; idem Cardinalis Gurcen apud nos, vt cū om-
ni celeritate, ad Viennam descenderēus, et cum Srte vra, ac Sermo fratre
suo Rege Hungarie, conueniremus, ob multas et graues̄imas causas, et q, ipe
Cardinalis celeri itinere, versus Opidum Lincz, nobis obuiam veniebat,
vt particularius, quē cum Serte vra essent conclusa, coram nobis referret,
Quē omnia eciam prefatus Cardinalis, sepius, atq; iteratis lris, et homibus
suis repetiuit, et instantis̄ime circa ea nos solicitauit, Nobis aūt ex vr-
gentis̄imis causis, huic descensum nostrum aliquantulum tardantibus, tan-
dem sepedictus Cardinalis heri sero applicuit huc, vbi nos iam totaliter pa-
ratos, et itineri accinctos inuenit. Cuius aduentus, tametsi alias nobis fue-
rit gratis̄imus: tamen vt coram ab eo, quē cum Srte vra egerat, possemus
intelligere, nobis fuit longe desideratis̄imus, atq; iucundis̄imus. Ipso
nama referente, bonum, sincerum, atq; frnum, Sertis vre erga nos, et libe-
ros nros, animum, longamq; ac permolestam, cum summa incomoditate sua,
Srtis vre, ac Sermi fratris sui, aduentus nri expectationem et moram,
intellexim̄us, Quam vt maturiori nro descensu releuare, et diem aduen-
tus nri Viennam, Srti vre nunciare vellemus, idem Cardinalis iteru atq;
iterum, apud nos instetit, multaq; alia Srtis vre, frna studia ac desyde-
ria, nobis longioribus explicauit. Ne itaq; diucius Srtis vre, ac Sermi
fratris sui, circa hanc diuturnam aduentus nri expectationem, frustreur
desyderium, animumq; suum ampliis teneamus suspensum, sciat Srtas
vra, nos, nisi ob vrgentis̄imas, pregnantes, atq; grauis̄imas, imo incogi-
tatas quasdam, et recenter emergentes, causas et raciones, aduentum nostru
hucusq; distulis̄e: quamuis ex animo semper desyderam̄us, et omne conatu

nostrum circa hoc adhibuerimus, sicuti eciam per prefatum Cardinalem
sepius Srti vre declarauimus: vt q citissime cum illa, atq Sermo fratre
suo, conueniremus, Adeo, vt nec cicius descendere, neq venire, sine summa
rerum nrarum incommoditate, periculo, et iactura potuerimus. Die tamen
crastina, fauore dei immortalis hinc discedemus, et nauim conscendentes
recta per fluuium Aenum, versus Austriam cum omni celeritate per-
gemus, et in Opido nro Linez circa xxij, presentis Mensis, constitui
deliberauimus, ac deinde propere versus Viennam progredietur, vt cele-
berrimus iste inter nos Conuetus, cum omnium nrorum comodo, incremento,
atq decore, et communium hostium nrorum terrore, ac pernicie, faustissime
possit celebrari. Quare Srtem vram omni fruo studio rogatus, velit hac
moram, quam cum tanta sua incomoditate hactenus sustulit, paucis simorum
adhuc dierum spacio, pacienter ferre, et ex magnitudine fructus, qui tatos
post labores, et ex isto saluberrimo nro, conuentu, non tam nobis, q vni-
verse Reipublice Chriane est nasciturus, huiusmodi more sue fastidium
euellere, et temperare. Futurum namq est, quemadmodum firmam in
Deo, opt. Maximo, spem habemus, vt ad que comunia Srtis vre, atq
nra, tendunt vota et desyderia, foelici fine, atq secundo effectu, termina-
buntur, atq perficientur. Que ommia Srti vre, celeriter duximus sig-
nificandum, ne eius animum diucius teneremus suspensum. Hodie cum
sepedicto Cardinali Curcen, lacuis acturi, et deinde, que ad has res nras
cones, ocius atq foeliciter perficiendas, attinebunt, Srti vre lacuis signifi-
caturi, Cuius desyderijs, omni fruo studio, correspondere summus percu-
pidi et parati. Datum in Opido nro Junspurg die decima Junij

Anno Domini M°. D°. xv°. Regni n'ri Romani xxx, Hungarie vero xxvi.

Sigismundus Rex Polonie Maximiliano Ro. Imperatori

Rex mā sua scripsit hanr Epl am.

Serme etc. Accepi sacre Mtis vre lras, manu propria scriptas, ex quibus plane cognoui, vre Mtis, summam erga me, et Sermum frem meum dnm Hungarie Regem, benevolenciam, et frnum amorem, magnumq3 eiusdem vre Mtis desyderium, nobiscum conueniendi, ex qua re magnam accepi voluptatem; Et ago habeoq3 vre Mti amplissimas gracias, Rogo aut Mtem vram, dignetur iam tandem approperare, vt quoad fieri possit celerius conueniamus. resq3 hic feliciter coeptas, ad communem omnium nostrum consolationē, dmorumq3 nostrorū vtilitatem, et pacis stabilimētū, et in primis Reipublice christiane commodum, concludere et perficere possimus. Commendo me, et Sermum fratrem meum, sacre Mti vre, qui nisi chiragra laboraret, vre Mti lris, manu sua scriptis, respondis set. Qua dns Deus dm sanam, et felicem conservare dignetur.

Sigismundus .i. Rex Polonie
Barbare Regine Polonie vxori

Serenissima Princeps, et dña Conúx nra charma, Toto hoc tempore, quo
à Mte vra, non sine summa animi molestia, abesse oportuit, Dominioru frne
Mtis, nostrorumq rationibus et cómodis, pro virili nra consuluiús, eumq
exitum, diuino tandem munere, tractatus omnes consecuti videntur, quem et
fraterne Mtis, ingranescens iam ętas, et Serenissimorum eius liberorum felici-
citas, nráq in eos pietas, et in subditos eximius amor, meritissime deposcebat.
Conuentum nanq de Nepotum Cæsaree Mtis, nrorumq auspicatissimis
connubijs, simulq controuersie omnes inter nos et Cæsarem, è dignitate nra
transacte, extincte vtriq simultates omnes, mutuusq congressus, medio
spacio inter Bruk et Losonium Opida, que abinuicem quatuor milliarijs
distát, institutus, Nra demq cum Cæsarea Celsitudine necessitudo, ita
instaurata, vt ei, non modo geminę affinitatis vinculum, sed eciam eximij
et simplicissimi amoris (quo in humanis nihil potest esse optacius)
non mediocris cumulus accesserit, Cuius rei nobis hoc manifesto est
argumeto, q, videlicet preterq q, se à Mgro Lrusie, et à Moscho
hoste nro, facile abstrahi passa est, prefata Mtas, humanissimas eciam
lrás propria manu ad nos dederit, nihil nisi fraternam coniunctionem, cha-
ritatem, amiciciam, promittentes. In hoc igr faustissimo rerum statu,
pridie iterum, ad prefatam Celsitudinem, hinc discessit Rcmus dominus

Cardinalis Gurcen, eam ad congreſſus deputati locum, q primu deductu-
rus, Quod cum infra Decendium futurum, tum ecia id nequaq ambiguus,
noſtrum cum eadem comentu, exigua temporis mora, et collecto, perbrem q
ſermone, terminari poſſe, Dudum em non modo conſcripta, ſed ecia recepta
et comprobata, perpetui foederis, et indiuidue vnitatis, capita, dudum rones
omnes, ita examuſſim confecte, vt ad earum ſummam, nihil omnino, preter
ſupremum preſencie, iungendeq dextere calculum, deeſſe videatur, Quo
addito, maturabimus optatiſſimum reditum, omniq tedio leuabius Mtem v.
Quam, licet pro ſua ſingulari prudencia perſpicere credamus, neceſſario,
et contra omnem voluntatem nram, nos tandiu abeſſe: quia tame actioes
nras ecia pro ſubditorum comodo, et quantumcunq maximis racionibus
ſuſceptas, non niſi probatas Mti vre, ſueq voluntati conſentaneas, eſſe
percupimus, eam maiorem in modum orandam duximus, ne grauiter ferat
nos diucius profecto q vellemus, ab eius expetita preſencia abeſſe. Sigde
adeo iam raptim hinc nos extricabimus, vt vra Mtas nos (quod mirifice
cupimus:) prius apud ſe conſtitutos videat, incundiſſimo excipiat oc-
curſu, q hinc motus ſe exiſtimet. Interim tamen eius ſalutem p Nu-
cium, de more, viſendam duximus, ſumis precibus flagitantes, vt eam
omni lenitate foueat, nosq hilari mente, in horas expectet.

Sed illud Mtem vram, equiſſima cauſa vrgente, minime grauate factura
confidimus, hoc vero poſtremu q difficile factu ſit, quis ob inestimabilem
in Mtem vram, amorem vbertim ſumus experti: confidimus tamen eam
(quae ſua ſumma in nos dilectio eſt:) nro tam frequenti rogatu ecia diffi-

cillima queq. et supra foemineas et amantis vires, ardua, tentatura, vt tantis nris precibus, quoad maxime poterit, satisfaciat. Commendans nos perpetuo amori Mtis vre, quam nobis diuina clemencia, cum festinissima nata, delicijs nris, et vnico amoris monumeto, diutissime incolumem, letam, foelicemq. conseruet. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Barbare Regine. Coniugi sue

SErma Princeps, et dna Conjux nra charma, Superiore epsta significamus Mti vre, communi cum frna Mte consilio, iussimus Doctorem Balbum celerem, cordatumq. vtriusq. nostrum Nuncium, ad Cæsaream Celsitudinem, hinc nuper profectum, exactissime perscrutandi gracia, perstet ne prefata Celsitudo, in sentencia nobiscum conueniendi, ac iam ne iter, Austriam versus, arripuerit, aut saltem sit ne in procinctu, quidue sibi velit tam pertinax cunctatio, Neq. hoc contenti, dum Sweiowski, parem pene ob causam, eo dem subinde misimus. In horas itaq. illum, hunc vero hac hebdomada, affuturum credimus. Qua aut spe, qua Conuentus expectatione nos esse oporteat, quid eciam vterq. eorum retulerit, cuestigio cumulatissime perscribere curabimus ad Mtem vram, Quam rogamus, vt pro sua singulari prudencia, atq. animi moderatione, equiore qua potest mente, hanc mam absenciam perferat, Certumq. habeat, nros cum Cesarea Celsitudine tractatus, qui licet et precelsi, et optatissimum pene iam sint sortiti exitum: nobis

tamen non eſſe tanti, vt nos à deſyderatiſſimo Mtis vre conspectu, tato tpe abſtrahere poſſent, niſi eis, nobis iam hic agentibus, noua quedam et vrgentiſsima, huius incliti Regni negocia, acceſſiſſet, que nos (ſi in frnam Mtem, si in charmos Nepotes, tales eſſe volumus, quales et debemus et maxime cupimus), ita ſibi vendicant, vt nequaq; nre dignitatis videatur eſſe, ea in tanto turbine derelinqui. Incumbimus igr dies ac noctes, in eam curá cogitationemq; vt de frna Mte, quam filiali obſeruancia colimus, deq; hoc potiſſimo Regno, cum quo nobis, eximias ob cauſas, ſumma coniunctio intercedit, optime mereri valeamus. Interim tamen, ne nó debito ſaltem officio nro, in Mtem vram conſtantiſſimo amori ſatisfeciſſe videamur, mittimus hunc Nuncium ad viſendam ſalutem Mtis vre, cupimusq; per eundem, de ipſa certiores fieri. Licet aút in dño confidentes, cuncta ei pro votis nris proſpera eſſe credamus: quia tamen hac preſertim tempeſtate, nihil eque neceſſarium arbitrauit, q; vt exactiſſimam valitudinis ſue curam habeat, eam et placide commonendam, et maiorem in modum oranda duximus, vt ſe omni commoditate conſoueat, nec ob abſenciam vram vllo moerori det locum. Nulla namq; alcior nobis cura eſt, q; vt et fraterne Mtis, et nris rationibus optatiſſimú, et tam conſtanti labori nro, debitú ad finem deductis, ad Mtem vram recurrere poſſimus. Quod propediú futurum Mti vre recipimus; nunq; equidem intermittentes, memoriam, mentionemq; Mtis vre. Cuius mutuo amori nos eciam atq; eciam cómedans. Eam cum ſtma nata nra foeliciſſime valere cupientes. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie Barbare Regine Polonie coniugi suę

SErma Pncps, et dna Conjux nra amantiſsima, Contra omnem voluntatē nram, et multo diucius, ac putaramus, hic inestimabili, ob tantam morā, tedio degimus, neq; ſatis cum frna Mte mirari poſſumus, quid cauſe ſit, q; tam pigro plumbeoq; pede Cęſarea Mtas huc proficiſcatur. Licet aūt et ipſius ſrē, et dni Cardinalis Gurcēn, cum hic Legationis munere fungebatur, magnifica promiſſa, eiusq; frequentiſsima adhuc ſcripta, tam expectatū ſuę Celſitudinis aduentum firmiſsime denunctient, ac plane recipiant: quia tamen tam ſupinę cunctationis pertesi, ne hijs quidem innumeris pollicitis, multū iam fidei prębemus. Communem iampridem et expeditiſsimum, cū frna Mte ad Cęſarem Nunctium miſimus, qui exactiſsime tocies affirmatā profectionem ſciſcitetur, certamq; conuemendi diem, nobis referat, huius relatu ſi cognouerimus nobis aut verba dari, aut quod proximius vero de tanto Principe videri poteſt, eum cupientem venire non poſſe, aut quicqd denig; dictus Nunctius responsi retulerit, cuestigio ſignificare curabimus Mti vrę. Ex eoq; quid deinceps agendum ſit, conſtituemus. Si ēm in conuemendi proposito, fausto iam tandem profectionis initio perſtiterit, id euenturū erit, quod mirifice cupimus, quodq; nobis tam diuturnę, à vra Mte, abſęcię duram profecto prouinciam imposuit. Quod ſi tanti itineris emenſionem, conſtantiſsimamq; hanc expectationē nram, ardentiſsimo zelo in Chriana Rempublicam ę cui ea potiſsimum ratione q; commodiſsime proculdubio

consuli posſe prospiciebamus) susceptam, et tanta promissorum congerie in hanc diem pertractam quacumq; de causa in irritum cedere deprehenderimus, rebus Dominiorum nrorum cum frna Mte ritè constitutis, datoq; negocio nostris nullis Regni nri Senatoribus, vt nrè cum Cæsarea Celsitudine necessitudis, et perpetuæ amicitiæ vinculum legibus foederis, quæ iam vtrinq; penè receptæ sunt, obsirment, ad Mtem vram (quod nobis semper animo insidet.) redijre maturabimus.

Cum vero inter omnes curas nras, ea facile primas teneat, q; scilicet plus q; credi possit, vel quottidianos successus Mtis vræ scire aucamus. Ea propt nostrum ad eam Nunctium mittendum duximus, qui nos de eius salute certiores reddat. Nunc etem tempus instat, quo Mti vræ maximopere curandum est, vt q; rectissime valeat. Quocirca eam eciam atq; eciam rogamus, vt Matronis, quæ suo in famulitio sunt, diligenter auscultet, eamq; quam ad omes res adhibet, imprimis ad hanc vnam adhibeat prudenciam, nosq; omni de statu suo faciat certiores, et solito mutuoq; amore prosequatur. Cui nos summopere commendamus, verissime asseverantes sui dulcem memoriam à nobis nunq; intermitti. Datum Posonij

Sigismundus Primus Rex Polonie Barbarè Regine Poloe comingi suæ

Serenissima Lnceps ete. Arduam ac perdifficilem expectationem nrã, is tandem exitus videtur consecuturus, qui nrè in subditos, et frnam Mtem, ac

charissimos Nepotes, charitatis debebatur. Sermo namq; dño Germano nostro,
ac nobis, continuis scriptis Cæsarea Celsitudo perhumane recipit, se propediem
in Linez, ac inde tridui navigatione, Viennam peruenturas. Quod eciã Doctor
Balbus, qui apud prefatam Celsitudinem, fraternæ Mtis nomine, Oratorem
egit, coram constantissime asseverat, Addens insuper Mtem Cæsaream no-
bis pollicitam aduentus sui diem, indubie preuenturam, Quæ Mti vræ ocis-
sime, significanda curauimus, vt liquido intelligeret, cuncta nobis absq; vlla
iam procrastinatione, prospera ac iucundissima euentura, et hanc tam molestã
expectationem nram, optimarum rerum gloriosissimum fructum, multifariã
compensaturum, futurumq; propediem, vt ad Mtem vram, magnis itineribus
recurramus, cuius optatissima presencia perfruituri. Interim tamen salutem
Mtis vræ (cuius continua cura, nos mirifice solicitat) per Nunctium nrum
de more visendam duximus, rogandamq; Mtem vram, vt eam, omni industria,
q; diligentissime confoueat, nosq; de illa certiores reddere dignetur, ac constan-
ti atq; excelso animo, hoc reliquum absencie nræ tollerare. Nullo etem la-
bori, nullo conatui, nulli denig incomoditati nræ parsuri sumus, vt citissime,
ac omnium existimatione celerius, ad Mtem vram recurramus. Cuius conti-
nuo amori nos eciam atq; eciam commendamus, Orantes, vt eo nos (quod
semper facit) pemitissime et indefesse prosequatur, mutuo id, ~~mutuo~~ pro-
fecto, atq; eximio cum fenore factura. Quam diuina clemencia, cum Illma
nata nra, multo Euo incolumem semper felicitet. Losonij feria quarta
proxima, ante festum Sancti Joannis Baptistæ,

Sigismundus primus Rex Polonie Barbare regine Polo[e] coniugi suę

Serenissima Princeps, et dna Coniux mra charma, Lris Cæsareę Mtis, et Nunctiorum nostrorũ relatu accepimus, eandem Mtem, ad hanc diem appulsuram Viennam. Quod quoniam factum putamus, vna cum frna Mte, cum officij gracia, tum eciam, vt de loco conuentus conuenirent insignes Oratores, cò mittendos duximus, videlicet Rndos dnos Georgium Quing[3] Eccleśien, et Joannem Posnanien, Epos; et Magcos Ladislaum de Stemberg, Regni Bobemię Cancellarium, Moysen Bunslai, Mgrum Curię Serenissimi fratris nri dni Regis Hungarię, Lucam de Gorca, Castellanũ Posnan, et Capitaneum Maioris Polomię generalem, et Christoforũ de Schidlouiecz, Castellanum Sandomirien, et Regni nri Cancellarium. Quos facile effecturos existimamus, vt cum Cæsarea Mte, in Bruk Opido, quod medio pene spacio, Viennę et Posonio, interiacet, conuenire possimus, neq enim de itione nra Viennam quicq[3] adhuc satis constituti habemus. Illud vero certum est adeo iam pridem res omnes vtrinq[3] obfirmatas esse, vt vbicunq[3] locorũ conuentus sit futurus, cum breui temporis spacio solutum iri. Quo fiet, vt (quod mirifice cupimus) ocius sine Mtem vram, nostri pia cura ac solicitudine, lenaturi simus, nrog[3] inestimabili desyderio satisfacturi. Quod simulq[3] salutem ac successus nros, amantissimis Lris Mtis vrę et Nunctio missi eri nobis pergratum extitisse nõ ignoret, hoc vero futurum omnium longe gratissimum, si vra Mtas, quamis anxietate prorsus posita, hilari ac leto, aut saltem

equiore animo, hoc reliquum absencie nre pertulerit, seq pro votis nos tris, nostri continuo memor, seruarit incolumem, Quod eam pro singulari sua prude cia, apprime curaturam confidimus, Aequissimum censentes, vt apud eam, que spontaneis officijs, nobis semper probatissimis, menti nre vltro solet occurrere, preces quoq nre debitum pondus habere dignoscant, Nos vero, quod facim, Mtis vestre iucundissimam memoriam, mentionemq nullo vnq tempore inter mittemus. Res ffilmorum Generum nrorum, et dni Ducis Kazimiri, apud frnam Mtem, habituri q commendatissimas. Cupimus Mtem vram esse incolumem. Cuius intimo amori nos eciam atq eciam comendam. Dat Posonij, tercia Julij.

A Sigismundo rege Polonie: dicta per Dom Tomiczki epm ad nuctios Cesaris Maximiliani, qui ab ipso Cesare ad Sigismundum regem missi venerant: Salutatum illum: ac petitum, vt Viennam eat Et illic cum ipso Cesare conueniat

Aduentus sacre Mtis Cesaree, Mti dni nri, tam longi temporis spacio, fuit expectatissimus, Et quamuis suam Mtem, multa et grauia Regnorum suorum negocia, nunq reuocare cessauerint: sua tamen Mtas, pluris hoc fecit, vt cum sacra Imperiali Mte conueniens, foelicibus auspicijs accepta frismum noticia, eum amorem, et beniuolenciam frnam confirmaret; quam Naturę, Jusq sanguinis, inter Mtes earum fieri suadet. Cum iam igitur ad id ventum sit, vt in horas expectet, vt cum sua Mte congrediatur, no possum

profecto verbis consequi, quanta ob id Mtas sua affecta sit leticia, atq; imprimis Cæsareæ Mti, pro ea humanitate et fraterna gracia, q tantos viros, et tam procul, ad eam salutandam et excipiendam, premittere et declarare dignata est. Lari se animi voluntate, hunc ipsũ cum sua Mte congressum expectare, agit, et habet, quas potest maiores gracias. Speratq; sua Mtas, ex tam concordi animorum coniunctione, aliquid esse nasciturum, quod non solum suarũ Mtum Dominijs, sed cciam toti rei Christianæ, magno cõmodo et ornamento sit futurũ. De quo sua Mtas, dies et noctes cogitare non cessat, Idq; agit, vt quam de se, pulcherrimis præludijs, reliquit iam expectationem, cã subsequentibus actionibus et meritis, vel superare, vel saltem æquare possit.

Quod ad hoc attinet, vt sua Mtas, Imperiali Mte efflagitante, Viennam recta se recipere dignetur, nihil certi vris D. nunc respondere potest, sed cũ frnam Mtem, Serẽmi Hungariæ Regis conuenerit, quicquid demũ, cõmitato cum sua Mte consilio, facere poterit, non deerit in hoc, et in alijs rebus, Imperialis Mtis voluntati

In primo congressu Regis Sigismundi
cum Cesare Maximiliano Dñs Tomiczki
nomine Regis polonie dixit

Si quando hũc diem Sacratissime Cæsar, Serẽmi dñi mei cogitationes penitus et in vltimo recessu videre potuisset, non esset dubium, quin eas tales cõpturi

eſſet, ex quibus facile deprehenderet, spem nō parvam in corde Sūe Srtis herere, futurē non mediocris leticiē, qua in primo, cum tua Mte, congreſſu, affici debuerit. Quod equidem nobis omnibus, qui multorū Sue Srtis ſermonum, et actionum cō; ſcij ſumus, haud eſt incognitum. Nunc vero cum iam ad id ventum ſit, vt et ſua; viſſimo et iucundiſſimo tue Srtis conſpectu frui daretur, tanto ſua Mtas affici; tur gaudio, tantaq; oborta eſt ei denno leticia, vt illam priorem, hec ſuperueniēs posterior, eque auxiſſe videatur, atq; ſolent inſperati, maximoq; impetu effusi ymbres, leni quodam et ſolito ſuo curſu labencia flumina augere. Sed cū et vultus Sue Srtis, et geſtus, voluptatem geſtientis animi, affatim declarare videatur, exiſtimani, multis id verbis explicari non oportere, non ignarus vel tacitis quibuſdam acerrimi ingenij ſui indicijs, tuam Mtem id facile de; prehendere poſſe. Et quamuis tam longa expectatio, Sue Srti, partim incū; da fuerit, q, ſe hunc expectare credidit, cuius preſencia preterite more mole; ſtiam, amplisſimo fructu frni amoris, mutueq; beneuolencie ſit compenſatura, partim vero tedio carere nō potuit, cum nō paruam, Sue Srti, rerum contra ho; ſtem benegerendarū, preripuerit oportunitatem: hanc tamen illa superior ita vicit, vt eam, Atheniensi vſurpato exemplo, ſempiterna oblitione delendam cenſuerit, ea spe ducta, q, hec mutua Sue Srtis, cum vra Mte, futura collo; quia, talem proventum, non ſolum Mtum vrarum Dominijs, ſed toti rei Chri; ſtiane ſint allatura, qui nomen earum, tam apud preſentes, q apud poſteros celeberrimum et immortale, ſit effecturus.

Serenus igr, et clementiſſimus dns mens, Rex Polonie, qui ab ineunte etate incredibili deſyderio tenebatur, ſacre Cæſaree Mtis vre videndē et cognoſcēdē, quiq iam optatiſſimum hunc diem aduenisſe cernit, illiusq vim amoris

memoria repetens, quem inter duos Mtúm vrárum parentes, immotum semper
vigiſſe non ignorat, ſacram Mtém vrám ſalutat, et cum eo, quo par eſt ho-
nore, fratrem et conſanguineum ſeniorem, maioremq ſuum, excipit, eiusq mco-
lumitati, ac ſecundis omnibus ſucceſſibus, gratulatur et gaudet. quos ſibi no mi-
nus q proprios, cordi eſſe oſtendit, et ita affirmat, q vtramq Mtis vre fortu-
nam, communem ſibi futuram eſſe, ita proponit, vt quicquid optatum vre Mti,
eiusq nicliti familiæ, et Dominijs allatura ſit, ſibi, ſueq familiæ, et dominijs
acceſſiſſe credat. Aduerſa vero, ſi quæ (quod Deus omen auertat) eueiſſe
videret, non minorem profecto ſue Srti, moleſtiam et dolorem, q propria in-
commoda afferrent. Idipſum eciam de vra Mte, ſibi polliceri non dubitat,
quod inre ſanguinis ita fieri debere ſibi perſuadens, ſe ipſum imprimis, Re-
gnaq et Dominia ſua, ſacre Mti vre commendat, Quicquid potencia et viribus,
quicquid denig facultatibus valet, id totum honori et ornamento, Sacre Mtis
vre, deſtinat, offert, et addicit, quibus pro arbitrio ſuo, dum volet, æque ac ſu-
is vti poteſt.

Sygismundus Rex Polonie
Elisabete reginule virgini sorori

Illma Princeps, et dna Germana nra charma. Paucis ante diebus huc pro-
ficiſcentes ex Hamburga, ad vram Illmam D. ſcripſimus, de omni ſtatu pre-
ſencium rerum nrarum, Nunc iterum eam latere noluimus, quo pacto religna
nobis, hijs diebus ſucceſſerunt. Congreſſi ſumus cum Imperiali Mte
feria ſecunda, in Campo, ad ſex Milliaria hinc diſtante, vbi cum magno

honore, magnaq gratitudine, à sua Mte excepti sumus. Quod aut de nobis scribimus, id eciam de srna Mte Sermi dni Hungarie Regis intelligi volumus, Ambo em in eodem Campo, pariter conuenimus; pruisq cum Ipsa Imperiali Mte congressi sumus, Lostero vero die, magnis precibus sua Mte Imperiali esflagitante, huc tandem cocessimus, Omnia nobis, Deo bene favente, succedunt pro voto nro, in hijs rebus, de quibus Illmam D. vram, iam pluribus lris nris, fecimus cerciorem, Nec est dubium, omnia ita enctura esse, q et Domus nra, Regnaq et Dominia nra, multa comoda, multaq ornamenta, inde accipient. Ad vram Illmam D, pro amore nro srno, ignorare noluimus, et cum isthuc ad visendam Sermam Coniugem nram dnam Reginam, mittendum constituissemus, vram quoq D, pari modo, visitare voluimus, A qua cerciores fieri per lras cupimus, quomodo et Serma Coniux nra valeat, et Illma D. vra, Cui optamus omnia pro voto succedere, et quam valere focliciter desyderamus. Datum Vienne

Rnde in Chro pater, sincere nobis dilecte, Ex alijs lris nris, post mum, è Losonio discessum, datis, quo in statu presentes res nre erant, vra Pnis accepit, Feria secunda proxima cum srna Mte Sermi dni Hungarie Regis, in campo sex milliaria hinc distante, conuenientes, mox demum in eodem campo, cum Imperiali Mte, vna cogressi sumus, Lostero die cum sua Mte Imperiali, summis id precibus esflagitante huc tandem

conces∫imus. Exhibitus e∫t vtriq; nr̃um, et in primo congre∫∫u, ac demum in ingre∫∫u ad hanc vrbem, tantus honor, quantus ab eo exhiberi debuit, à quo id, quod re vera iam experimur, expectabamus, nullusq; dies pr̃eterit, qn ab ipsa Imperiali Mt̃e, aliquod in∫igne munus nobis donetur.

Quod aũt ad eas res attinet, gracia quarũ huc se receppimus, Pr̃tem vr̃am ignorare noluimus, omnia nobis ex animi nr̃i sentencia succedere, et in pau∫cis diebus, ∫uperis iuuantibus, omnia ita perficimus, vt et domus vr̃a, Re∫gnaq; item, et Dominia nr̃a, magna commoda, magnaq; ornamenta, inde ∫int acceptura. Bene valeat Pr̃tas vr̃a,

Sigi∫mundus primus Rex Polonie
Joanni Bonero Zuppa° et Magno
Procuratori ac Burgrabio Cracomien

Famate fidelis no∫ter dilecte. Cum ad vi∫endam Sermam Coniugem no∫tram dnam Reginam hic mittere conſtituis∫emus, voluimus et te ea non ignorare, que ſue quoq; Srti, de pr̃∫enti ſtatu rerum nr̃arum per∫cripſimus. Poſtridie illius diei, cum ex Hamburga ad te ſcripſimus, conuenientes in Campo cum frna Mt̃e Sermi dni Hungarie Regis, ad ſex milliaria hinc diſtante, mox demum cum Imperiali Mt̃e, congre∫∫i ſumus, magnisq; precibus ſua Mt̃e Imperiali efflagitante, hue tandem conces∫imus, ac∫cepti tanto honore, tantaq; animi gratitudine, et in congre∫∫u et in

ingressu, quantam, post tam longam expectationem, liberaliaq; suæ Mtis Imperialis promissa, merito expectabamus, Omnia demũ in hijs actionibus, quarum gracia profectionem hanc suscepimus, succedunt nobis ex animi mri sententia, et omnia, in paucis hijs diebus, Deo bene volente, ita iam perfecimus, vt et domus ñra, Regnaq; item, et Dominia ñra, magna cõmoda, magnaq; ornamẽta, inde sibi euenisse intelligent. Accedit, q; nullus preterit dies, quin aliquod insigne munus, à sua Mte Imperiali nobis donetur. et insuper, omnium verũ ad victũ magna quottidie copia, suppeditatur. Datum Viennæ.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Barbaræ reginæ Poloniæ. coniugi suæ

SEreniss̃ima Princeps, et dña Coniux ñra charma, Omnium successuum ñrorum, Mtẽm vram participem esse cupientes, mox vbi cum Cæsarea Celsitudine conuenimus, curæ nobis fuit, ex ipso Campo celere Nunciũ, cum lris ad Mtẽm vram mittere, qui ei, quæ viderat, cumulatiss̃ime referre posset, Cum aũt nonulli tractatus, Comitus Posnien, ita adhuc penderent, vt campestri illo in loco, terminari nõ possent, finaq; Mtas, ac nos, à Cæsarea Celsitudine, vt Viennam concederemus, summis precibus inuitaremur, facere nõ potuimus, quin cum prefata Mte, ac Sermis Liberis, cuis Celsitudini, morem gereremus. Septimodecimo igitur Julij,

Viennam ingressi, summo honore, inestimabili apparatu, mirifico omnium Ordinum studio, excepti sumus. Cæsarea demiq; Celsitudo, eo nos anio, amore, pietate, complectitur: vt sua in nos Augusta benignitas, omnibus desyderijs nris, no modo respondeat, verum eciam vota nostra, permultis et maximis officijs longe superet. Neq; em dies vlla labitur, qua nos aliqua sua munificencia, digno munere non cumulet. Quocirca extra omne dubium est, nos hinc, superum clemencia, rebus omnibus, multo meliore exitu, q̃ sperare, optarenc, a Deo opt. Max, audebamus, confectis, intra paucos dies discessuros. Interea tamen, hasce et Nunctium nrum, ad Mtem vram precurrere voluimus, tum vt haberet vra Mtas, quo nri desyderium, venire posset, tum imprimis visendæ salutis gracia. De qua pro nra perenni cura, per Latorem presencium, cerciores fieri cupimus. Alium quoq; Nunctium, in ipso iam nro hinc discessu, ad Mtem vram premissuri, ac subinde omni celeritate properaturi, ad optatissimam presenciam Mtis vræ. Cui nos plurimum commendamus, eam foelicissime valere cupientes. Datum Viennæ.

Cæsaris Maximiliani iniuriæ offensæ simultates.

Contra Sigismundo I. recensentur

Præsens actio, quæ inter sacram Imperialem Mtem, Sermiq; et clemētissimi ãi nri Mtem, hic futura est, quam sacra Mtas Sermi domi Hungariæ

Regis introduxit, hinc auspicanda ẽs Se videtur, vt in primis referatur, quæ mens, quæq voluntas Sérmi dñi mei, ab incunte ætate fuerit, erga Sacram Imperialem Mtém, Cum ém Sua Mtás, priuatum ageret Príncipem, nec futuræ Suæ fortunæ, euentum videret, aut quorsum euasurus ẽs Set, cogitare poSet, in ea Semper fuit Sententia, vt sibi apud ipsam Cæsaréa Mtém, pro virili Sua, benevolenciam et graciam conciliaret, nõ ignara et Paterni et Materni Sanguinis coniunctionem, sibi intercedere cum Sua Mte, Qua in re, vt propensior ẽs Set Suæ Mtis voluntas, adijciebat non parum stimuli ille amor, inter Duos Suarum Mtúm parentes, coniunctus, toti fere Orbi cognitus, qui ad Summam vsq benevolenciam, vltro citroq perductus erat. À qua quidem voluntate, cum Sua Mtás, nec tunc, dum priuatam vitam ageret, nec demum ad Regale hoc fastigium euecta, ne transuersum quidem (vt aiunt) digittum, discederet, Imo vero impensius cogitaret, vt Súmmũ Sũ Studium et amorem, quoad poSet, erga illam Mtem, apud omnes homines, teStatum relinqueret, atq de Sua Mte id potiSsimum Sibi polliceretur, vt in omni et Sua, et Regnorum Suorũ, neceSSitate, eqùe illius Mtis conSilijs, et auxilijs vteretur, atq huius Sérmi Regis Germani Sui charmi, quem in loco parentis, patre vita functo, Semper obSernare et colere non dubitauit: Tamen cũ Sua Mtás nihil vnq Suspicaretur, de futura illius Mtis, animi à Se alienatione, nec vlla in re Sibi eSSet conScia, qua vel id mereri debeat, vel saltem Suam Mtẽ contra Se prouocaret, multa Superiore hoc tempore, aduersa experta ẽst, quæ Suæ Mti, foris et domi euenere, Mtẽ illa CæSarea Subornate, et apte

suggerente, Dns em Mgr Prus sie, sue Mti, et eius Regno subiectus, re-
iectis omnibus conuentis, que cum fratre suo, dno Cazimiro, et multis Germa-
nis, ac Ordinis huius Theutonici Proceribus, conclusa, et brarum monume-
tis hinemde firmata erant, nulla iusta causa, Mtis duntaxat Imperialis per-
suasione nixus, inobedientem et rebellem sue Mti, se esse, et fore declarauit,
Mgr Liuoniensis victimus, et contra Moschos cofoederatus, à feredis sue Mti
auxilijs, causando se subtraxit, hoc solo prętextu adiecto, q, iussis Imperi-
alis Mtis, in hoc obtemperare cogeretur. Et insuper Mgr ipse hostile ani-
mum contra suam Mtem ostendit, Moscis viam prębens, per fines terre
sue, terras Regie Mtis inuadendi. Dux vero Moschorum, quid hoc
superiori biennio fecerit, ruptis foederibus, perfidiaq; sua, plus q; puni-
ca percitus, nemo est, qui nesciat, Quem tamen constat, nulla re forcius,
ad hoc permotum esse, q; persuasionibus Imperialis Mtis, qui prius claz-
et postea aperte, crebris sue Mtis Legationibus, hanc potissimu induit
audaciam, vt terras Regie Mtis inuaderet, vastaret, et occuparet, homo
scismaticus, nihil veteris Grecanici ritus, pręter barbam, retinens, alieus
à fide Christi, hostis Ecclesie Romane acerrimus, ab Impiali Mte,
ad inferendum Christiano Regi bellum, magnis persuasioibus pellectus.
Cuius peculiare munus est, ad propulsandum Infidelium et Scismaticoru
impetum, Principem esse: Quemadmodum tocius Monarchie Christiane,
Primceps est, et Caput. Quo factum est, vt Smolensko, porta no inferi-
or ceteris, abrepta sit sue Mti per Moschum, non vi tamen, sed prodicoe
suorum, qui promissis multis Moschorum, ad fraudem sunt pellecti.
quorum eciam capti vi Sedi Aplice, per suam Mtem missi, Iuregecin

violato, inter eundum sunt erepti. Multa preterea Imperialis Mtas in Vr/
be apud Sedem Aplicam fecit, contra suam Mtem, quibus no parú detrimeti
rebus sue Mtis peperit, vt terras Prussie sue Mtis proprias, et iustissimo
titulo, +

Purgatio Sigismundi Regis Polonie aduersus criminationem Ducis Moscouie apud Maximilianum Cesarem: facta

Cum de ijs actionibus, quas hic cum sacra Mte vra, Sermus Rex, et dominus meus, communes habet, cum quibusdam amicis suis conferret, inter coetera, que eiusmodi sermonibus commemorata sunt, id quoq; sua Srtas, ex ysdem amicis cognouit, Ducem Moschorum, cum sacra Mte vra, et Illmis sacri Romani Imperij Electoribus et Principibus, per suos Oratores expostulasse, quasi sua Srtas, oblita foederum, non multo ante secum factorum, de pace vtrinq seruanda, Jureq; iurando violato, quo pax vltro citroq; confecta, confirmata est, pacem ipsam et amicitiam violauerit, multaq; contra eundē Ducem Moschorum fecerit, que sue Srtis hostilem contra se animum, satis superq; declararent, Quibus aut verbis, quoue prētextu, tam iniuste sue querele, modum et ordinem Dux ipse adumbrare, et verisimilitudinem facere voluerit, sacra Mtas vra, cuius in conspectu id comminisci nō dubitauit, et probe nouit, et fortasse memoria tenet, Que si suam Mtem non laterent. nihil esset talia cōmenta refellere, obiectaq; iniuste crimina, non in eū solum iustissime retorquere, Attamen vt sacra Mtas vra, cum hoc Illmorum Principum, hic presencium ordine, quo pacto res ista verisimile gesta sit, cognoscere valeat, paucis expediam, si prius perstrinxero, quibus causis permotus, occasionem, belli cum sua Srte gerendi, quesierit. Cum enim

Later eius, singulari quodam fortunæ, et nigenij beneficio, ab illa calamitate se liberasset, qua à Thartaris longo tempore premebatur, tributumq; penderet, et ignominiosum seruitutis genus, coactu Thartari seruiret, mox cepit eriis tas erigere, ac se tocius Russiæ Dominú et hæredem nuncupare, nec multo post, quibusdam liberis Ciuitatibus, quarú Respublicæ more Germanico, liberam domi administrationem habebant, et aliis quibusdam vicinis Ducibus arma intulit, nactus hanc occasionem, q, eos inter se dissidentes, et discordia laborá, tes videret. Quibus in Ditionem suá redactis, mox ad alia maiora animum appellere cõstituit. Quo aút iure, vel quibus artibus nixus id fecerit, nolo nunc cõmemorare. Sacra ém Mtás vra ex aliis eius vicinis, et præsertim Liuonien sibus, id assatim iampridem cognoscere potuit, qui se ab eo quoq; lõ, go tempore, multas et graues inpressiones pertulisse identidem queri non destiterunt. Cum igr tanti successus indies, maiorem audaciam sibi parerent, quæ ipsum insolenciorem quottidie redderet, mox cum Sermo Re ge Alexandro, aliquot annis continuis, bellum gessit, donec post mortem fratris Serimi Regis Alberti, ad Regnum accitus, vires suas auxit, eiq; nepharios conatus retudit, et repressit. Mortuo Rege Alexandro, mox iterum suæ Srti, denuo bellum intulit.

desit.

Dominus Petrus Comiczki Eps: coram Rege Wladislao: Et Consiliariis eius dixit.

Non ignorant vre D. Mgrum et Ordinem Theutonicorum, in Prussia, pene totum Orbem Christianum, querelis certe iniustis et iniquis, implesse, de Mte dni nri, q; sua Mtas nullo iure, nullaq; iusticia suffragante, terras Prus; sie cum eorum iniuria vi ereptas, occuparet. Et quia Mtas ipsa Regia, iusticie sue, et Regni sui conscia, in ea re sepe silencio vtitur, nec prodire vult, ad declarandam eam ipsam iusticiam suam sine necessitate, hoc sue Mtis silencium videtur suffragare dno Mgro et Ordini, vt multos in eam sentencia, hys dem suis querelis, vt dixi iniustis, adducant, vt eis à plerisq; fides habeatur, quasi vi oppressi essent, nec teneantur ad prestandum sue Mti homagium, quod ab eis, tanq; vasallis sui Regni, iuste exigere cupit. Sua qde Mtas, vt dixi, contenta Juris, et iusticie sue conscientia, non curat, imo vero non vult, palam ea prodere, ex quibus, si passim scirentur, vnus quisq; compos mentis, facile hanc ipsam sue Mtis iusticiam deprehendere, vel vt veriùs dicam, oculis cernere posset, quia intelligit ea re sua esse, vt ea, que ad Jus sue Mtis attinent, secrete teneantur. Hinc est igitur, q; multi, et hic fortas se nonnulli, credunt, et loquuntur Ordinem Crucifero'u, iniuriam à sua Mte accepisse; Mtas dni nri, satis, superq; fidem et integritate, atq; amicicia vrarum D. multis et magnis in rebus iampridem comperta habet, de qua nihil vnq; dubitationis habuit, nec habet, Et propterea voluit cu

eis, eiusce rei seriem, quoad fieri poterit, paucioribus verbis explicandá, cõ-
municare, quam iste dñs Doctor diligenter collectam hic breuiter referet, vt
eius effectu, suũ fastidio cognito, suam Mtém dum tempus erit, pro sua, erga
eius Mtém, fide, et beneuolencia, consilio suo sapienti, et auxilio iuuare velint,
Rem maxime gratam, et necessariam, in hoc sue Mti facturé, Pari gracia
in omni necessitate referendam, cum dabitur occasio. In quo sue Mtis vo-
luntas, grati animi cognosci possit.

Capita rerum Sigismundi. I. regis Polonie cum Cesare Maximiliano agendarum et conficiendarum Viennæ.

Serénus Princeps dñs Sigismundus Rex Polonié, Russié, Prussiéq; etc
Dominus et hères, cum adhuc priuatum ageret Principem, nec futuré sue
fortuné euentum videret, in ea semper fuit sentencia, vt sibi apud Serénum
Principem, et dnúm dnúm Maximilianum, diuina fauente clemécia, electu
Romanorum Imperatorem semper Augustum, pro virili sua, beneuolécia
et graciam conciliaret, non ignarus et Paterni et Materni sanguinis conun-
ctionem sibi intercedere cum sua Mté, et in ea voluntate ceiam ad Re-
gale hoc fastigium euectus, semper permansit, Idq; impense cogitauit, vt su-
mum suum studium et amorem, quoad posset, erga illam Mtém, apd om-
nes homines, testatam relingueret, Atq; de sua Mté, id potiss imum

sibi pollicebatur, vt in omni, et sua et Regnorũ suorum necessitate, eque illiꝰ Mtis consilijs, et auxilijs vteretur, atq huius Sermi Regis, germani fi
sui charmi, quem in loco parentis, patre vita functo, semper obseruare, et colere non dubitauit. Et cum sua Sertas, nihil vnq suspicaretur, de futura illius Mtis, animi à se alienatione, nec vlla in re sibi, esset conscia, qua vel id mereri debeat, vel saltem suam Mtem contra se prouocaret, multa, superiore hoc tempore, aduersa experta est, que sibi, foris et domi, euenere, que certis quibusdam indicijs deprehendit, ex illius Mtis animi quodam rancore processisse.

Dominus em Mgr Prussie, sue Srti, et eius Regno subiectus, inobedientem et rebellem se esse declarauit, et admonitus vt Iuramentum debitũ faciat, exemplo liarum Imperialis Mtis, se excusauit, quibus id sibi esse inhibitum ostendit.

Mgr eciam Luiomiensis, vicinus et confoederatus, à ferendis sue Srti auxiliijs, causando se subtraxit, hoc solo pretextu adiecto, q, iussis Imperialis Mtis, in hoc obtemperare cogeretur.

Dux item Moschorum, qui pacis perpetue foedera rupit, et Iusiurandũ violauit, terrasq ipsius Sermi dni Regis Lolomie, inuasit, vastauit, et occupauit, similibus indicijs deprehensus est feciss̃e, ex inito foedere cũ Imperiali Mte, id, quod fecit. Nam et capti eius nigenue ita es̃se professi sunt, et Oratorum crebra vtrinq missio, id est ab Impiali Mte ad Moscũ, et ecouerso, id affirmare visa est.

Ad extremū vero, q̄ sua Impialis Mtās, Oratorem Regium, nō cū ea, quia par est, benevolencia, et dignitate, tractauit, et captiuos insuper Moschos, per alium Oratorem, Sedi Aplicæ, post illam memorabilem victoriā, de ipso Moscho partam, missos, in Ciuitate Imperiali, vi sibi eripi p̄misit.

Tamen vt omnis causa, et occasio, discordiæ, et simultatis, inter p̄fatā Imperialem Mtēm, et Sēr̄mum dn̄m Sigismundum, Polonię Regem, exortæ et excitatæ, authoritate et opera Sēr̄mi Principis, dn̄i Wladislai, Hungarię et Bohemię Regis, tolleretur, et cuelleretur, affinitasq̄ inter Imperialē Mtēm, et eosdem Sēr̄mos Reges incepta, ad optatum exitum perduci, et efficacius perfici posſit, atq̄ in hoc eciam Sēt̄imi dn̄i nr̄i, dn̄i Leonis, Sūmi Romani Pontificis voluntati, mos geratur, cuius Sēt̄itas, authoritate sua Aplica, ipsos Principes admonere, et adhortari dignata est, vt depositis odijs et simultatibus supradictis in graciam redeant; iusq̄ veteris amicitię, inter se renocantes, amore et benevolencia frna, se invicem prosequerētur, et posthac seipsos Regnaq̄ sua, et item rem totam Christianam, ab Infidelium impetu, cōibus viribus, auxilio in primis Sedis Aplicæ et aliorum Regum et Principum Christianorum, accedente, tuerentur et defenderent; p̄fatus Sēr̄mus dn̄s Rex Polonię, hęc omnia supradicta, quę sibi ab Imperiali Mtē iniuria cognoscit, remittere paratus est,

Sed hoc imprimis, ab eadem Imperiali Mtē, fieri cupit, vt sua Mtās, quę ipsi Sēr̄mo Polonię Regi impedimento est, quominus dn̄s Mgr̄, et Ordo Theutonicus Crucifer̄orum in terris Prussię, debitū Juramētū, quę Srti

et Regno Polonie prestet, et faciat, Jus deinceps sue Srtis, et Regni sui, in terris Prussie, nullo modo, nec per se, nec per summissas personas, impediat, imo vero admoneat Mgrum, vt ipse, et eius ordo, id quod ex vi pacis perpetue, vltro citroq confirmate, et descripte, debet, sine controuersia faciat, ac omi rebellione deposita, debitum suum, cum Ordine suo, erga Sermum Polonie Regem, et Regnum suum, facere curet.

Item, ne deinceps aliquid, ipsa Imperialis Mtas, apud Sedem Aplicam, et in generalibus Conciljs, in Ordinis supradicti defensionem, et Regium damnum, ac Jurium Regni Polonie detrimetum, agat, nec quouis modo suis Oratoribus agere permittat.

Item ne deinceps subditos et negociatores sue Srtis Ciuitatum Gedanen, et Elbingen infestari permittat, ad Jus Imperij, seu Camere Imperialis, pro quibuscumq causis euocari, nec bannis Imperialibus, et aljs molestijs affici et grauari, quibus eos sepe affecit, et grauauit.

Et vt Sacra Imperialis Mtas, hanc seriem amicicie et beneuolencie, erga Sermum Polonie Regem, et Regna sua, in omnibus conseruare dignetur, quam dimi parentis sui Friderici Imperatoris emulando vestigia, merito conseruandam, equitas et honestas suadet, Cuius Mtas multos annos in Imperio feliciter agens, Juraq Imperij exactissime custodiens, ita ea seruauit, vt ad summum eius nihil sit vnq desyderatum, nec se vnq de re Pruthenica, ingerere voluit, certus de Jure Regni Polonie, certus insup ab eodem Regno, nulla vnq iniuria, Ordinem ipsum oppressum esse.

et ob hoc, nunq̃ refragari voluit, quin Rex ipse Polonie, Jure suo, et Regni sui, contra Ordinem libere pociatur.

Item, ne Imperialis Mtas, dño Mgro Livoniensi, demceps inhibeat, in bello Moschouitano Sermo dño Regi Polonie, auxilio adesse, Cui ab eodem Moscho, idem periculum, quod et Lithuanie imminet, qui se semper ab auxilio ferendo, Imperialis Mtis iussis obtemperans, excusat.

Item, vt quemadmodum sacra Imperialis Mtas, cum Duce Moschorũ foedus iniit, qui, ipsius potissimum spe foederis, animatus rupta perpetua pace, et Jureiurando violato, Sermo Regi Polonie, plurima damna, terris, subditisq eius, in Lithuania, irrogauit, Arcem Smolensko inter portas Regnorum suorum, imo vero totius Christianitatis non inferiore, fraude et dolo suo, et sue Srtis subditorum, intercepit, ad maximas impendia induxit, que adhuc sua Srtas facere cogitur, Mercenarium Militem magno numero, ad presidia Dominiorum suorum seruando, vt ipsa Imperialis Mtas, eidem Moscho denunctiet, se, cum ipso Sermo dño Polonie Rege, in graciam rediisse, affinitatemq cum Sermo Principe, dño Wladislao Hungarie, et Bohemie, Rege, ac ipso eciam Sermo Polonie Rege, contraxisse, et tandem frnum amorem, atq benevolenciam pristinam, inter eos revocatam, nouoq Jure foederis, contra omnes hostes eorum coniunctos esse, Ipsumq Sermum Polonie Regem, hortatu Sanctissimi dñi nri Leonis Pontificis Maximi, ac sue Imperialis Mtis, et Sermi dñi Hungarie Regis, inductum esse, vt armis depositis, ad

pacem, et concordiam, dehinc firmiter seruandam, redeat. Ea lege, vt ip⁹ se Dux Moschorum, Arcem Smolensko supradictam, et coetera omnia, nuc et ante, ablata, restituat, Impendia et damna, in ipso bello facta, resarci-at, nec quicq agat, quod ipsam pacem, vel in minima parte, posse ledere videatur, et vt captiui vtring restituantur. Quodq suam Imperialē Mtē̄m, nullo sibi, contra Christianos Principes auxilio, dehinc futura⁹ esse sciat. Ac insuper ita se gerat, instruat, et paret, vt contra Infideles, Romanēq Ecclesiē hostes, hyssdem Principibus Christianis, cōsilio, et armis, opituletur.

Item vt sacra Imperialis Mtās, hēc omnia supradicta, sic futura esse, vti descriptū est, lris suis promittere, et confirmare dignetur.

Viennæ

Differencie, inter Sermum Regem Polonie, et Mgrum Prussie, à multo iam tempore, sunt definite, et sopite, neq existimat Mtās sua, necessarium aut equum esse, eas in ambiguum reuocari. Nihil em petit à Mgro Prussie, q̄ quod sue Mti, et Regno debet, quodq Predecessores sui multi, sine controuersia prestiterunt.

Quod vero ad Concordiam cum Mgro attinet, quam Cæsarea Mtas fieri desyderat, Sermus dns Rex Polonie, licet adeo clarum Jus habeat, vt Jure eo aliquam concordiam inire, necessarium no sit: nihilominus pro sua mansuetudine, et pietate, volens effugere omnem occasionem discordiarum cum Christianis, et amputare omnem de se querelam, pluries cum eodem Mgro, et Ordine, non sine rerū suarum dispendio, eciam medio Oratorum, Cæsaree et frne Mtum, Concordiam tentauit, que aut illis, nullam iustam codicoem, accipientibus, secuta no fuit, aut postea inita conuenta, eorum culpa non observata, Veretur ergo Mtas sua, ne et ista concordia, si que fieret, cederet in irritum, Hoc aut desyderat, et rogat sua Srtas, vt Cæsarea Mtas pro necessitudine, et amicicia frna, non defendat Mgrum in sua contumacia, sed potius hortetur, vt prestet debitum Juramentum, ad quod tenetur, Quod si no fecerit, vt Cæsarea Mtas cum deserat.

Regia Mtas, mox post victoriam, de Duce Moschorum habitam, potuit habere cum eo Jnducias, et nunc posset, si vellet, Sed in hoc statu rerū, no censet id esse è re sua, et Dominiorum suorum, si tamen Cæsarea Mtas, habet mandatum ad plenariam concordiam perficiendam, aut si Oratores eiusdem Moschi, fulti plenaria potestate hic aderunt, Regia Mtas. cū consilio Sermi dni Germani sui, non recusabit eandem concordiam, equis et iustis conditionibus inire,

Confirmatio articulorum per Cesarem Maximiliamum

MAXIMILIANVS, diuina fauente clemẽcia, Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germanie, Hungarie, Dalmacie, etc Rex, Archidux Austrie, Dux Burgundie, Brabancie etc, Comes Palatinus etc, tenore pr̃sencium recognoscimus, et profitemur, q, cũ inter alia, quæ nobis cure cordiq sunt, summopere cupiamus, vera, sincera, atq fr̃na vnione, cæteris Principibus Christianis coniungi, ac quantum in nobis est, omnes ad sancte pacis, et concordie fœdera, reducere, et cohortari, vt tandem concordibus armis, et viribus Christianis, ferociss simi eiusdem nominis hostes, debellari, et exterminari possent, et hinc quieti, tragillitati, ac stabilimento, vniuerse religionis, ad incremẽtum et propagatiõe Christiani nominis, consuleretur, Cumq pr̃ cæteris, amicitiam et vnionem, inter nos, ac Sermos Principes, dñm Wladislaum, Hungarie, Bohemieq Regem, Principem Electorem, ac dñm Sigismundum Polonie Regem, fratres et Consanguineos nros charissimos, ex necessitudinis vinculo, quo alis ipsorum Sertes nobis sunt coniuncte, semper magnifecerimus, Et precipue Matrimonia, inter communes nros, et pr̃fati Sermi Regis, Hungarie et Bohemie, Liberos, et Nepotes, alias tractata, perfici, atq

consumari, ex animo semper optauerimus, et ad res istas perficiendas, ia pri-
dem Rcmum in Chro patrem, dnum Matheum, sancti Angeli Diaconum Car-
dinalem Gurcen, Coadintorem Salczburgen, Principem Consiliariu, Locum-
tenentem in Italia generalem, et amicum nostrum charmum, pleno mandato
à nobis suffultum, ad prędictos Sermos fratres nros, destinauerius, qui vice,
ac nomine nro, cum vtrisq carum Mtibus, nonnullos articulos prolocutos,
tam circa Matrimonia, niter nos, et nros, ac supradicti Sermi Regis Hu-
garie, Bohemieq, communes Liberos, ac Nepotes, q circa differencias,
inter supradictum Sermum fratrem nrum Polonie Regem, et Ills Prin-
cipes, Magnum Mgrum Prussie, et Ordinem Theutonicorum, ac Ducem
Moschouie, et nonnulla alia concordauerit, et concluserit, prout in lris
et articulis prolocutis, per prędictos Sermos fratres nros, Hungarie, et Po-
lonie, Reges, supradictumq Cardinalem, nomine nro, manibus proprijs
subscriptis, et sigillis eorum roboratis, lacuis cotinetur. Quorumquide
Articulorum formula et tenor, de verbo ad verbum, hic insertus talis est.

CVM Sermus dns Rex Polonie, in ea semper voluntate fuerit, vt cum
Sacra Imperiali Mte, in optima amicicia, et beneuolencia frna vinat, et ma-
neat, suamq Mtem tanq fratrem maiorem et consanguineum charmum
eciam obseruet, ac veneretur, Placeat igr Mti Sue Cesaree, vt res et ne-
gocia, inter eundem Sermum Polonie Regem, et Mgrum Prussie, ac Or-
dinem sum, in ea forma et modo remaneat: quemadmodum erant et ob-
seruabantur, ab Anno dni Millesimo Quadringentesio Sexagesio, septio

tempore foelicis memorie Friderici Imperatoris, et Sermi dñi Regis Casimiri, nec Mgrum Prussie, eiusq; Ordinem subtrahere velit, ab hijs, que debent sue Srti, et Regno Polonie, et que Predecessores eius Mgri faciebant, neq; auxilium, neq; consilium ei prestet, in damnum et detrimentum sue Srtis, et Regni sui.

Quod si posthac aliqua noue differencie et controuersie, inter Sermum dñm Regem Polonie, et Mgrum, atq; Ordinem, infra quinquennium exorirentur idem Mgr, siue Ordo in Prussia, prius Regiam Mtem Polonie, super inde amicabiliter requirat, et prius tentetur, si hmoi differencias et controuersias, inter seipsos amicabiliter, et per bona media, componere poterunt, Sin minus, q; illeipse controuersie, ad amicabilem compositionem Sacratissimi Imperatoris Maximiliani, moderni, et Sermi dñi Wladislai Regis Hungarie, ac Rmorum dnorum, Thome Strigonien, Sedis Aplice Legati, et Matthei Gurcen, sancte Romane Ecclesie, Cardinalium, cocordari debeant. Et si qnis eorundem dnorum, ad componendas hmoi controuersias, designatorum, intra spacium supra scripti temporis, ab hac vita discederet, tuc tres religui, cum assensu et voluntate Sermi dñi Polonie Regis, in locum demortui, alium surrogare, et sufficere poterint, cum quo, carundem cotroversiarum componendarum, habebunt facultatem.

Sermus dns Rex Polonie, mox post victoriam de Duce Moschorn habitam, potuit cum eo habere Inducias, et nunc posset, si vellet, Sed in hoc statu rerum, non censet id esse è re sua, et Dominiorum suorum. Si tame

Cæsarea Mtás, habet mandatum ad plenariam Concordiam perficiendam, aut si Oratores eiusdem Moschi, fulti plenaria potestate, hic aderút, Regia Mtás cum consilio Sérmi Germani sui, non recusabit eandem concordiam, æquis et iustis conditionibus inire, Quam si Moschus detractaret, aut initá observare nollet, quod extunc Mtás Cæsarea, illi contra Sérmum Régem Polonié, et Regna, ac Dominia sua, amplius nullum auxilium, vel fauorem prestare debeat, directe vel indirecte, per se, vel submissas personas.

Item pro bono pacis, et amicicié firmandé, Sérmus dñs Rex Polonié, est contentus, vt soli Germani ad Ordinem in Prussia Suscipiantur.

Item, quod ad subditos Sérmi dñi Polonié Regis, Ciuitatum Gdanésis et Elbingén attinet, qui bannis Imperialibus, et alijs modis, Juri Regni Polonié noxijs, molestari et grauari solent, in Conuentu Sérmorú dnorú Hungarié et Polonié Regum, cum sacra Cæsarea Mté, quéretur modus, quo res hée, iustis et æquis medijs, terminetur.

Item Sérmus Rex Polonié contentatur, q, Cæsar in hoc Conuétu, possit simul cum Sérmo Rege Hungarié, et Rmis dnis, Strigonién, et Gurcén, Cardinalibus, videre, et se informare, de differencijs, inter eundem Sérmum Regem Polonié, et Mgrúm atq; Ordinem Prussié, et illos omnes studere amicabiliter concordare, Quod si non fieret, nihilominus Articuli supra scripti, in suo maneant vigore.

Nos itaq; de omnibus illis, plenam noticiam habentes, et illa ex animi

nri sentencia, concordata et conclusa esse affirmantes, omnes et singulos memoratos Articulos, vt premittitur, inter supranominatos Sermos fratres nros Hungarie, Lolonieq Reges, et Principem nrum Cardinalem Gurcen, nomine nostro, actos, prolocutos, et conclusos, cum omnibus et singulis eorum punctis, clausulis, et continencijs, prout iacent, acceptamus, ratificamus, approbamus, laudamus, et confirmamus, ipsosq perpetuum firmitudinis robur, obtinere volumus. Promittentes insuper, in verbo nro Cæsareo, ac sub fide boni, legalis, et ingenui Principis, pro nobis, atq Illtmis Nepotibus, Regnis, et Dominijs nris, quantum nos et illos concernunt, nos omnia supra dicta, in predictis lris, atq articulis prolocutis expressa, firmiter, ac inviolabiliter observare, exequi, et adimplere, neq illis quoquomodo contravenire, de iure vel de facto, directe vel indirecte, omni dolo et fraude, penitus seclusis.

Vt aut Sermus frater nr Lolonie Rex, vberiorem animi nri affectioez, frumq erga se studium, euidencius cognoscat, contenti fuimus, primum articulum, circa negocium Prutenicum, vna cum alio Articulo, de Civitatibus Gdanensi et Elbingen, in hunc modum et formam declarare, extendere, seu reformare,

Item conclusum est, q res et negocia inter Sermum Lolonie Rege, et Mgrum Prus sie, et Ordinem suum, in ea forma et modo remaneant, quemadmodum erant et obseruabantur, post factam pacem perpetuam, ab anno dni Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo, tempore foelicis memorie Friderici Imperatoris, Genitoris nri, et Seremssimi

dñi Regis Casimiri, et q nos nō inhibebimus, nec subtrahēs Mgrum Prussiē, eiusq Ordinē, à prestando Juramēto, quod debet suē Srti, & Regno Polonie, et quē Predeceſſores eius, Mgri faciebant, neq auxilium, neq consilium ei prestabimus, in damnum et detrimentū suē Srtis, et Regni sui.

Item, quod ad Ciuitates, Gdanēn et Ælbingēn attinet, quē hactenus bannis et alijs modis, Juri Srmi Regis, et Regni Polonie noxijs, grauabātur, nos exnunc, iam easdem Ciuitates, ab ijsdem bannis absoluimus, et liberas eſſe decreuimus, ac idipſum Judicio Camere nrē Imperialis lris nris denunctiabimus. Mandabiūsq vt easdem Ciuitates à preteritis bannis absolutas dimittant, et in futurum ex quibuscūq cauſis, ad cuiuſcunq instanciam, nunq audeāt bannire, vel quouis modo infestare, nullumq Judicium contra easdem Ciuitates, et earū similes, à nra Imperiali Judicij Camera, deinceps inſtrui, et fieri permittemus.

Quos duos vltimos Articulos, nos haud ſecus q superiores, eadem fide, qua ſupra, promittimus inuiolabiliter obſeruare, adimplere, et exequi, neq illis quoquomodo contrauenire. Harum teſtimonio lrarum nrarum, Sigilli nri Imperialis munitione roboratarum. Datum in Ciuitate nra Viennēn xxij Julij. M°. D°. xv°.

495

2107

1515

I. Julij, Regina Barbara filiam peperit.

Vienne, ante digressum Regum ex Vienna dño Christophoro de Schidlowiecz, Cancellario Regni, datus est Palatinatus et Capitaneatus Crac, cum quo simul Cancellariatum tenere debet.

V. Augusti, Sigismundus, Rex ex Vienna discessit, et recta Cracouiam venit.

Eodem tempore, Soror Regis Elizabetha Reginula, condicta et desponsata fuit Friderico Duci Legnicensi.

Vi Septembris, Andreas Koszcieleczki ex Dis Sinteria mortuus Cracouie.

ij. Octobris, Regina Barbara, contracta ex partu egritudine, mortua Cracouie hora xij.

Cuius mors incidit intra Nupcias Sororis Regie Elizabethe: Leticia, mocrore mixta, nupcie acte.

Rex vehementer doluit Regine mortem, amabat eam valde, quia optima fuit Regina.

Sigismundus primus Rex Polonie Matheo Cardinali Gurcensi

RXme etc. Accepimus lras vre RXme D. quibus nobis bonam valetudi-
nem Cesaree Celsitudinis, et rerum illius statum declarauit, que nobis mul-
to gratissime fuerunt, Equidem pro coniunctione, et obsernancia nos tra,
erga eius Mtem, magnopere optamus, vt illi semper q3 foelicissime in omni-
bus succedat, Neq3 id futurum ambigimus, perspecta eius Mtis, summa in
rebus gerendis, dexteritate et prudencia,

Coeterum, Credimus vram RXniam D. in memoria habere, quemadmodu
nobis eius Cesarea Mtas, in illo Conuentu nro mutuo, polliceri dignata ess,
se comitis suram Prefectis Camere Judicij sui Imperialis, vt Ciuitates no-
stras Prussie, Gdanen et Elbingen, nullis euocationibus, et sentencijs Iu-
diciarijs impedirent, Nunc vero ab ijsdem Ciuitatibus, facti sumus cer-
ciores, latam esse contra eos sententiam Banni, Quam, licet ante Co-
ventum predictum nrum, constat ex Data lrarum emanas se: tame ga
longe post, comissa est exequtio eiusdem, Illri dno Joachimo, Marchio
Brandeburgen, coepimus ex hac re non mediocrem admiratione, nec vllo
modo credere possumus, id factum ess se, de sciencia et voluntate eiusde
Cesaree Mtis, Rogamus igr vram RXmam D. efficere velit apud illi
vs Mtem, vt mandet predictas Ciuitates mas, ab eo Banno relaxari.
ac eas deinceps talibus Citationibus, et decretis non impediri, Quod

eius Cæsaream Mtem̃ pro sua erga nos benevolencia, et mutua inter nos de hac re cõstitutione, facturam nõ dubitamus. Cui nos vra Rcma D. frequẽter cõmendet. Ipsa eciam amet nos, vti coepit, et foelicissime valeat. Datum.

Sigismundus .I. Rex Polonie Mathie epõ Cuiavien: de Drzewicza et Raffaeli Leszinski de Lesszno.

Rnde etc, et Generose, etc. Non est incognitum vobis, quemadmodum in discessu nro ex Vienna, postulavimus à Cæsarea Mte, medio Rmi dñi Cardinalis Gurcen, vt Mtas eius scriberet Mgro Prussie, et hortaretur illum ad prestandum nobis iuramẽtum, et obedienciam debitam. Ad quod ipse dñs Cardinalis, retulit eius Mtem, non gravate se obtulisse. Quare cõmittimus vobis, vt apud illum agatis, quo tempestive lras ipsas, eius Mtas scribi faciat. Cuperemus enim, vt priusq nos Magistrum, Nunctijs nris admoneamus, lre Cæsaris ad eum precederent,

Ceterum res novas, si quæ isthic exorte fuerint, nobis diligenter perscribatis,

Sigismundus primus Rex Polonie Mathie Drzewiczki epo Wladislawien Rafaeli de Leszno: oratoribus

RXnde in Chro pater, et Generose sincere nobis dilecti, Mittim̃ vobis lras ad RXmos dnos Cardinales, Quibus declaramus illis causas, propter quas vos apud Cæsaream Mtem̃ reliquimus, et q, vbi opus esset, commisimus vobis eciam Sedem Apticam adire, Rogamusq eos, vt vos commendatos habeant, ac adiuuent vos consilio, et patrocinio suo in omnibus tum publicis, tum priuatis negocijs nris, per vos obeundis.

Cæterum, quoniam significastis nobis, venisse Oratores Ducis Moscouie ad Cæsaream Mtem̃, et eorum causa, vos ad illam properasse, Postulamus à vobis, vt quicquid cum eis de pace egeritis, simul ac de alijs rebus, quæ isthic versantur, nos q primum certiores reddatis. Datum.

Sigismundus Rex Polonie / Matheo Cardinali Gurcen

RXme in Chro pater, et dne, etc. Cum de expeditione generali, contra Infideles futura (quod vram RXmam D, non fugit) Sanctissimus dn̄s noster, lris suis nos admonuisset, vt de ea ita cogitemus, vt rei Chriane, iam pridem afflicte, et oppresse, subueniatur. Nos profecto omnes curas et studia nra, supra solitum, ad id intendere non cessauimus, quo pacto,

et huic tam salutari, Sctmi dñi nri, proposito satis fiat, et rei Chriane la-
banti, in commune prospiciatur. Sed cum apud Imperialem Mtem, cu Srmo
fratre nro, dño Hungarie Rege, Vienne constituti, hac de re mutuo agere-
mus, Mtas Imperialis, voluntatem illam suam perpetuam, qua eide Chri-
stiane rei opitulari vellet, abunde declarauit, Sed nec id silentio preter-
misit, quod ipsi videmus, ob ea bella, que cum Srmo, et Christianissimo
Gallie Rege, et cum Venetorum Dominio, gerere cogitur, desyderio se
suo satisfacere nequire. Cum aut qui modus sit, ciusmodi bellorum
dirimendorum, mutuo consultaremus, vt ijs paccatis, consencientibus ani-
mis, et concordibus voluntatibus, rem tamdiu cogitatam, et tantopere co-
cupitam, et que nequaq sine comuni omnium auxilio, agi potest, aggredi-
amur; id potissimum visum est faciendum, vt imprimis de concordia
corundem principum agatur. Quamobrem Rndum dnm Mathiã Epi-
scopum Wladislauien, et Generosum Raphaelem de Leschno, Secreta-
rium nrm, apud ipsam Imperialem Mtem, Oratores reliquimus, vt cu ali-
orum Regum, et Principum Oratoribus, ad pacem et concordiam, eos
hortari, et inuitare contendat, Quos et Sedem Apticam adyre iussimus,
vt eius authoritate et gracia suffragante, inuictam prouinciam melius
et comodius obyre possint. Cum igr isthuc peruenerint D. vra R.
eos comendatos habere dignetur, rogamus, consilium et auxilium, vbi
necessitas postulabit, eis impartiat. Sctmoq Dño nro persuadeat, nos in
ea sentencia penitus esse, vt et sue Sctitatis voluntati p virili
morem geramus, et de Repub^ca Chriana, quoad possimus, bene mere-
amur, felixq valeat, et nos quod facit habeat comendatos. xvj Sep.
1515.

Sigismundus primus Rex Polonie Wladislao regi Vngarie et Bohemie

Serme Princeps etc. Jampridem fuimus, et ad presens sumus, in magna cura et animi solicitudine, moti sanguinis debito, et fraterni amoris affectu, vt aliquando tandem Illmam virginem, Germanam vram communem, cum dignitate vre domus, in Matrimonio aliquo collocatam videremus. Et quoniam sine consilio et auctoritate vre Mtis, nihil in ea re agere decuit, sepe apud illam per Nunctios, et lras nras egimus, rogantes vt consulere dignaretur, de aliquo honesto statu eiusdem Illme Germane nostre. Et ad finem vra Mtas, cupiens eandem, ei viro tradi, qui consolationi atq; honori, et nobis, et eidem Germane vre foret, tentamit certis medijs, et vices suas interposuit, si dari nuptui potuit. Set Serme dño Romanorum Regi, à quo tamen hactenus nullum certum responsum, haberi potuit, differente eo semper in aliud tempus finem huius negocij. Sed quia tam diuturna expectatio fieri no potest sine incomodo eiusdem Illme Germane vre, et vtriusq; nostrum animi molestia, operepreciu certe est, accipere tandem vltimam deliberatione de Conugio illius, ne tam diu status eius negligatur, cum aliqua vtriusq; nostrum accusatione. Quapropter, rogamus vram Mtem, vt si quid, Orator eiusdem missus ad Cæsaream Mtem, certi in eo negocio retulerit, declarare nobis illud velit, ne tam diu in incerto pendeamus. Et si forsan cade Cæsarea Mtas, adhuc sit in dubio, et cuiusuis rei prætextu negociu in

longius tempus iterum differt, Vra Mtas dignetur compati nobiscum, eiusdem
illme Germane vre, et permittere nobis vt consulamus, quo tandem habere pos-
sit eum virum, quem dns Deus ei destinauit, Nam certe stimulat nos assidue,
vt diximus, fraterna charitas, et subditorum vrorum frequentes querele, vt de
ipsa et statu eius iam prouideamus, Quandoquidem si nihil tale à prefata Cæ-
sarea Mte allatum sit, non est, quod eximde aliquid vlterius speremus,

Scripsit nobis nuper vra Mtas, de Oratoribus mittendis ad Concilium, quod ei-
dem videbatur expectandum, quoad certius aliquid de eodem Concilio, et eius
continuatione intelligere possemus, ne forsan inanes sumptus faceremus, item-
pestiue illos mitten, et nobis idem quoq; faciendum videbatur, Sed admoniti su-
mus multis rationibus, non esse abs re nra, vt iam mittantur, Nam etsi ipsum
Concilium non haberet forsan suum progressum, in hoc tamen turbulento tem-
pore, et discordia tantorum Principum Christianorum, occurret, quod cum lau-
de et gloria vtriusq nostrum, ac cõmodo Reipublicæ Christianæ, per eosdem
Oratores rros, cum Oratoribus aliorum Principum tractari et agi poterit,
pro reducendis eisdem Principibus dissidentibus, ad pacem et vnionem, et
nostris rebus priuatis, et cõmunibus totius Christianitatis, summè necessa-
riam, propter Expeditionem generalem, Ad quam faciendam et necessitas
cogit, et occasio inuitat. Et si forsan fato aliquo ea res successum careret,
tamen studium hoc nostrum et cura, debitam cõmendationem et laudẽ, non
amitteret, et iste conatus noster, pareret nobis summam graciam apud omnes
homines, et facilitatem maiorem obtinendi ea, quæ petituri sumus apud Se-
dem Apticam, et ipsum Concilium, inquantum continuaretur, expositaq; peri-
cula nostra in eo loco, vnde per vniuersum Orbem, et ad omnes Principes,
quæ ibidem fiunt, perferuntur, etiam si ipsum Cõcilium nõ sortiretur effectũ.

non parum faceret ad vnionem Principum discordancium, et ex consequeti ad ipsam expeditionem generalem, Multa preterea sunt, que ydem Oratores nri cum commodo et honore nro, illic agere possent, vbi pene omnium Principum Christianorum Oratores, continue morari consueuerunt, Sed et Rcndus dns Cardinalis Strigonien, in omne euentum consulit, eosdem Oratores, iam nunc esse mittendos, Quod putamus illum vre quoq Mti consuluisse, Ipsi ecia Consiliarij nri censent, et summopere desyderant, vt ita faciamus. Et quia appropinquat iam Mensis Nouember, in quem continuatio eiusdem Concilij dilata fuit, visum est et nobis, et Consiliarijs nris, vt ipsos Oratores designarem, Quorum alterum designauimus, Rcndum patrem dnm Archiepum Gnesn, et alium Consiliarium Secularem, qui iam se accingunt itineri, Rogamus itaq vram Mtem, velit et ipsa, quatinus ei videbitur, mandare eisdem suis Oratoribus, quos mittere dignabitur, vt se parent ad iter, vt apud ipsam Sedem Aplicam, mutuis consilijs et studijs agere possint, que necessaria erunt nobis, et Regnis nris.

Ceterum, quod attinet ad Inducias, cum nouo Imperatore Thurcorum accipiendas, de quibus scripsit ad nos vra Mtas, et qcqd ad eam actionem spectat, habemus in memoria, et de eo negocio, in proximo Conuentu generali tocius Regni nri, deliberabimus, vt facere possimus simul cum vra Mte id, quod decorum, et expediens nobis et Regnis nris videbitur, et id quidem, quod faciendum cesebimus, significabimus sine mora vre Mti, Cuius nos frno amori et gracie ex animo commendamus, Quam dns Deus nicolume, et foelice cum suis Seremissimis Liberis, nepotibus nris charmis, in sua gracia semper conseruare dignetur, pro nra, iucundissima et optatissima consolatione. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Wladislao Regi Vngarie et Bohemie

Serme Princeps etc. Accepimus lras vre Mtis, quibus significauit nobis scripsisse se lras ad Cæsaream Mtem, in causa Matrimonij Illme dne Sororis nre, expectareq indies ea in re vltimum sue Mtis responsum, spem tamen modicam ex signis quibusdam habere, q eadem Cæsarea Mtas, animu ad eam affinitatem inducat, Sed quando id per responsum Mtis sue clarius constiterit, videri no inconsultum Mti vre, vt ipsa Illma Soror nra, nuptui locaretur, Illi dno Frederico Duci Legnicen, Serme Rex, et frater amantissime, nos certe, quemadmodum ante hac sepe scripsimus vre Mti, paruam eciam, vel potius nullam spem, in ipsa Cæsarea Mte, cum ex indicijs alijs, tum maxime ex hac diuturna eius cunctatione, habemus, Et propterea ne diucius, eiusdem Illme Sororis nre, Connubium protendamus, sentimus hac in re, quemadmodum et in ceteris omnibus, cum vra Mte, hijs presertim causis, quas in lris suis explicavit, vt ipsa Illma Soror nra, eidem dno Duci Legnicen desponsaretur, Rogamusq Mtem vram, q primum ab ipsa Cæsarea Mte determinatum habuerit responsum, significare id nobis dignetur, Vellemus em, vt par est, hac rem prius cum prefata Illma Sorore nra communicare, animumq et sententiam ipsius perquirere; Licet minime dubitamus, q ea omnia, que vre Mti, et nobis consulta et placita videbuntur, sit ipsa quoq facile factura Postq vero

responsum prefate Cesaree Mtis, et ipsius Illme Sororis nre voluntatem intel-
lexerimus, tractare cum eodem ipso dño Duce Legnicen, de Matrimonio ipso in-
cipiemus, Sdq pro dignitate nre Domus, cum sciencia et consilio vre Mtis,
concludere curabimus, Cuius fmo amori et gracie nos ex animo comendamus,
eandemq vna cum eius Sermis Liberis, nepotibus nris charmis foeliciss Sime
valere semper desyderamus.

Sigismundus Rex Polonie
Wladislao Regi Vngarie

Sermo Principi etc Jam miseramus Cubicularium nostrum, ad vram Mtem,
in negocio Matrimonij Illme Germane nre, cum redditi fuerunt nobis lre
Venblis Michaelis, Prepositi Ecclesie sancti Stephani Strigonien, Phisici vre
Mtis, In quibus eadem legimus, qne vra Mtas suis vltimis lris ad nos scribere
dignata est, nec possumus intelligere, ex responso Cesaree Mtis Romanorum,
certi aliquid, Et vt prius scripsimus vre Mti, parua vel pocius nulla spes
nobis est, eam rem cum eadem Mte Cesarea, ad effectum posse deduci, Mul-
taq vrgent nos simul cum vra Mte, vt aliquem finem in negocio eiusde Illme
Germane nre faciamus, Cuius etas profecto, sine accusatione nra, nequaq vlte-
rius negligi potest,

Et quoniam instant dies Conuetus generalis Regni nri, quem habituri sumus
in Piothrkow, pro festo sanctorum Aptorum Simonis et Jude, habito cosilio
cum aliquibus Primoribus Consiliarijs, quicqd nobis ad fine faciedu videbit,

505

pro neces Sitate eiusce negocij, signi ficabimus, vt optauit, sine aliqua mora vre
Mti, vehementi em desyderio tenemur, vt par est, quo tandem pro officio,
vtriusq nostrum, Statui eiusdem Illme Germane nre consulatur. In quo
affectu, vram quoq Mtem positam esse certo scimus. Cui nos plurimum
et ex animo commendamus, et quam valere cum suis Sermis Liberis, nepoti-
bus nris charmis, incolumem et foelicem semper optamus. Datum Cracouie
xxj die Octobris. 1515

Responsum a Sigismundo Rege Polonie datum Epo Wratislauiensi

Quemadmodum Rma D. vra, nomine Illmi Principis Friderici, Ducis Le-
gnicen pecijt et postulauit à Sacra Mte Regia, vt Mtas eius, Inclita Prin-
cipem dnam Elizabeth Germanam suam, eius Illti, in Matrimonii colloca-
re dignaretur, Eius sacra Mtas permota, ipsius dni Ducis, tam generis am-
pla et vetusta dignitate, q eciam meritis, virtute, et reliquis tum corporis,
tum animi, ipsius egregijs Dotibus, de singulari suo affectu, et Regia be-
neuolencia, deq consensu et voluntate Sermi Hungarie et Bohemie Regis, fra-
tris maioris sui charmi, annuere dignatur precibus et postulationi illius Illtis,
et quod foelix faustumq sit, amatissimam illi Sororem sua, in vxorem spondet.
Sperans, q, eius Illtas ita se in hac coniunctione et affinitate geret, vt cocepta
de eo spes et existimatio, postulare videbuntur. Optatq eius Sacra Mtas

vt Deus immortalis, cuius nutu, cum omnes alie res, tum Connubia ipsa dispo-
nuntur, Matrimonium ipsum fortunare, et prouehere dignetur, in augmentum
inprimis Rei Christiane, et Dominiorum, tam eius Mtis, q dñi Ducis tra-
quillitatem et consolationem.

Responsum datum nomine Ser^me virginis dñe Elysabethe regimule Polo^e sororis regie Epo Wratislauiensi

RXme dñe, Illma Princeps dña Elizabeth, alacri et iucundo animo audit
hunc affectum et beneuolenciam in se Illtris dñi Ducis Friderici, et mu-
nera, sibi ab eius Illte missa, suscipit, et habitura est loco quarumcumq
rerum charissimarum. Agitq immensas gracias illius Illti, ac offert se
illius Illma D. rursus omni sua beneuolencia et studio, quantum eius inter-
erit, illius Illti semper referre.

Quod vero ad futurum Connubium suum, cum illius Illte attinet, cum sit
voluntas Omnipotentis Dei, et Sermorum eius Illme D. fratrum, quos
Parentum loco obseruat et reueretur, eius Illma D. id omne ratum et accep-
tum habet, quicquid earum Mtes, in ea re constituerint.

Postulat aut eius Illma D. vt vra RXma D. eius nomine referat pluriam
Salutem illius Illti, et illi de beneuolencia hac, simul ac de muneribus gra-
cias agat.

Responsum datum a Sigismundo primo rege Poloc: epo Wratislauien

Rme dne, Jam intellexit vra Rma D. fauorem et beneuolenciam no vulgarem sacre Mtis Regie, erga Illtrem Principem dnm Fridericum Duce Legnicensem, Qua permota eius sacra Mtas, illi amantissimam Germanam suam, dignata est in Matrimonium despondere, Nunc quod reliquum est, eius sacra Mtas, omnes in ea re tractatus et articulos, inter se, et vram Rmam D. ex parte illius Illtis, constitutos, confirmat, et ratos habet. Optatq eius sacra Mtas, vt dns Deus hijs coeptis annuere, et illa iam in optimam frugem et gloriam, perducere dignetur.

Postulat vero, a vra Rma D. sacra Mtas Regia, vt salutem plurima dicat illius Illti, nomine eius sacre Regie Mtis, tanq amico et affini suo charmo.

Contractus super despensanda Illma dna Elisabeta reginula: Friderico duci Legnicensi.

Sigismundus, etc. Significamus etc, Quia cum superiore tempore Illtris dominus Fridericus Dux Legnicen, per quosdam alios Illtres viros et amicos suos, apud Sacram Mtem fratrem Seremissimi dni Wladislai, Hungarie et Bohemie etc.

Regis, simul ac apud nos ageret de Matrimonio, cum Illma sorore nra domia Elizabeth contrahendo, nos cum prefata frna Mte in Conuentu Losonien, super hac re consultando, attendens cum dignitatem generis ipsius dni Ducis à vetusta Progenie Regum et Ducum Polonie ortam, omnibusq; sine Germanie, sine quarumcumq; aliarum Nacionum Ducibus non postponendam, tum singulare virtutem, et egregias tam animi q corporis ipsius dotes, ita demu vnanimi consensu, et concordibus sentencijs, decreuimus, vt predictam Illmam sororem nram eius Illtri D. in Matrimonium collocaremus. Cum igr ex Conuentu ipso in Regnum nostrum redijssemus, et prefatus dns Dux, Dnum dominu Joannem Epum Wratislavien, necno et Consiliarios suos, videlicet Nobiles et Strennuos Adam Besez de Kezgerdorff, Vlricum Schoff. de Kinesch, et Christophorum magnum, cum pleno mandato, huc ad nos misis set iterum, ad postulandam in Matrimoniu predictam Illmam Sororem nostram, post multos tractatus et collocutiones, ita tandem super hac re statuimus, et concluximus, quod votis et precibus ipsius dni Ducis annueremus. Quapropter ad honorem Omnipotentis Dei, qui ad propagandum genus humanu, hoc Matrimonij sacramentu instituit, ac sacro sanctum fieri ordinauit, predictam Illmam Sororem dnam Elizabeth, quod foelix faustumq; nobis et Reipub; licet Christiane, sit, supradicto Illtri dno Duci Friderico, vxorem designamus, et harum serie lrarum despondemus. Cui pro dote xx millia florenorum, Monete Regni nri, triginta grossis, singulorum florenoru, valorem estimado, danda assignamus, Quorum partem id est sex Millia florenorum, circa eiusce Matrimonij consumationem, dandam et soluendam promittimus. Septem vero Millia ad festum sancte Elizabeth, à proxime futuro, eiusde sancte Elizabeth festo, ad quod, diem Nupcijs celebrandis et perficiedis

statuendam, et indicendam decreuimus, per vnũ annum, Id est anno dñi 1516, et reliqua similiter septem Millia, ad aliud sancte Elizabeth festũ illi proxiũ anno 1517. tenore presencium lrarum, dare ac soluere promittimus, Ac locum eiusmodi pecunie deponende, pro rathis supradictis Castrum Krzepicze assignamus, vnde dñs Fridericus Dux Legnicen, tuto et secure eam accipere poterit et facile apportare, Vltra que quidem viginti Millia florenorum pro dote numeranda, eadem Illma Soror nra dna Elizabeth, in auro, et argento, gemmis, ac Margaritis xx Millia florenorum, citra vel vltra habet, preter vestes auro textas et sericeas, pellibusq sabellinis, armellinis, et aljs suffultas, que secum omnia deferet ad maritum, Diem vero et tempus, quo ipsam Illmam Sororem nram, ad dnm Ducem futurum Maritum, mittendam et deportandã promittimus, Dnicam diem, ante festum sancte Elizabeth, proximam, designamus, vt eo ipso die Dnico, in loco vbi future sunt Nupcie, constituatur, et Matrimonium tunc ibi perficiatur, et consumetur. Donatio aut propter Nupcias futura, quam predictus Illt Dux Fridericus eidem sponse sue Illme, facturus est, in Arce et Ciuitate Legnicen, et omnibus prouentibus, redditibus, attinencijs, ac vasallis, ad illa spectantibus, nihil excipiendo, eodem modo futura est, q, ex eadem Ciuitate Legnicen, et ex aljs bonis, seu prouentibus bonorum Legnicensium, super quibus ipse dnus Dux, summam Quadraginta Millium florenorum, ad computum triginta grossorum Polonicalm, Sororis mre Illme, lris suis assecripturus et obligaturus est, Habitura est predicta dna Elizabeth duo Millia et 400 flor. similis solutionis triginta grossorum polonicalium, annui certi pecuniarij et ordinarij prouetus. Et si quid ex ijsdem bonis Legnicensibus, et eorum prouetibus pecuniarijs

defuerit, ad ſummam duorum Millium, et quadringentorū florenorū, id dns Dux, ex alijs bonis ſupplere debebit. In cuius rei teſtimoniū ſigillum nrum eſt preſentibus appenſum, Datum Crac 1515

Petrus Tomiczki Epſ Premiſl Regni Polo vicecancell Joanni Lubranski Epſo Posnan

RXme in Chriſto Pater, et dne colendiſſime, Hyſ diebus, quando iſte Nuncius vre RXme D. huc venit, Mtas Regia fuit in Niepolomicze, ſolacij et venandi cauſa, Itaq non fui preſens, quando lre vre RXme D, ſunt illi reddite, nec ſcio, quomodo eius Mtas reſpondit, in eo quod attinet ad productionem negocij cum Ciuibus Poſnan et Gdanen, ſimul ac de Confinibus cū Kanimir. Luto tamen, q dns Palatinus Crac, qui illic aderit, egit omnia diligenter, et expediuit pro voto et deſyderio vre RXme D. Cui mitto conſenſum pro Prepoſito Hoſpitalis ſancti ſpus in Krobya, ad emendum cenſum in aliquibus bonis hereditarijs, pro quinquaginta Marcis ad ipſum Hoſpitale.

Milites Mercenarij, qui ſunt in Lithuania, receſſerunt de finibus illis, ad quos Mtas Regia, mittit dnm Palatinum Sandomirien, vt non populentur et deſtruant bona, in Dominio illo, vtq de domibus mittat prefectos ſuos ad capiendum ſtipendium in Conuentu Brzeſtensi, quem iſthic Mtas ſua, pro feſto ſancti Andree proximo inſtituit, et ipſamet eo expedita dna Regimla

proficiſci decreuit, Reginalis Mtas egre nimis valet, patitur magnum capitis dolorem, et in ſtomacho nihil continere poteſt, Medici tamen bene ſperant, putoq; q; iuuante dño Deo breui conualeſcet,

Dignitates dni olim Theſaurarij, et alie vacantes, nondum ſunt diſtributę, Ambiuntur varijs modis et artibus, vt fit in Curia, preſertim iſto Seculo ambicioſiſſimo, ſpero tamen, q; Regia Mtas habebit in Collatione ipsarū, debitam rationem eorum, qui magis idonei ſunt, et meriti,

Reliquum eſt Rme dne, Scripſit mihi Nicolaus olim factor vre Rmę D. orando me, vt ad illam preces meas, pro ipſo porrigerem, connumerando erumnas ſuas, in quas culpa ſua incidit, Rogo plurimam vram Rmam D. dignetur aliquo alio benigniore modo, ſua ab ipſo debita repetere, Nam cum in libertate erit, facilime poterit corradere aliquid, q; ita captiuus exiſtens, Cedet hoc procul dubio in maiorem laudem et vtilitatem vre Rmę D. Cuius gracię me commendo, et foeliciſſime illam valere cupio.

Petrus Tomicius Cps. et R. P. Vicecancell
Lucę de Gorca Caſtellº Posn: maioris
polonię Capitaneo
generalj.

Magce etc. Eo die, quo ad vram Magciam, ſeruum meum Dobrzinſki miſi, ſublatus eſt ab humanis dns Theſaurarius, horam circiter vigeſimam terciam, confeſſus, et procuratus alijs omnibus ſacramentis, vt probus et Chrianus dns, condidit cum bona diſcretione Teſtamentum, et Exequtores conſtituit,

in primis Regiam Mtem, fratrem suum dnm Palatinu, et dnm Boner, He-redem vero bonorum suorum designauit filium posthumum si nascetur, Inqua-tum vero filia nascetur, mandauit illi in dotem dari sex Millia florenorum, et duo, pro ornamentis. Legauit aut plurima ad pia opera, et de bonis Re-galibus, que pignori habebat, recte ordinauit, saluti sue consulendo. Vxori demum non pauca, et consanguineis reliquit. Obitu vero ipsius, et Regia Mtas et complures viri boni indoluerunt. Non desunt tamen, qui non letantur solum, sed carpunt eciam mortuum. Ambiuntur varijs modis et studijs cuis officia et Dignitates, Regia tamen Mtate, pro more suo deliberante, nihil certi significare possum vre Magcie, quomodo, aut quibus distribuetur.

Confecimus iam negocium Matrimonij, cum Rcmo dno Wratislauien, resq co modo constitute, vt ex articulis, quos mitto, vra Magcia intelliget, Presentis est Nupcijs tempus satis propinquum, propterea, q, Regia Mtas cogitur eo celerius in Lithuaniam proficisci. Sed an interea Conuentus erit gene-ralis, adhuc ignoro.

Domus domini olim Schlap, priusq Nunctius vre Magcie, venit, data fuit dno Roznowski. Est tamen contentus dns Gnyasdowski in solidum acci-pere, et perinde erit, quandoquidem raro, vel nunq illic residebit.

511
256

Donatio testamentaria Andree de Koscielec Regni Thesaurarii confirmata

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam, Nos Sigismundus Dei gracia Rex Polonie, necnõ terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Magnus Dux, Lithuanie, Russie, Prussieq; Culmen, Elbingen, et Pomeranie, Dominus et heres etc. Significamus tenore presencium vniuersis, presentibus, et futuris, presencium tenorum noticiam habituris. Quia cum, Magcus Andreas de Koszielecz, Castellanus Voynicen, et Regni nri Thesaurarius, superioribus hijs diebus, Vienna nobiscum ab Imperiali Mte egressus, in itinere huc redeundo, graui morbo Dis sinterico, correptus es set, ac indies, eo ipso morbo inualescente, viribus corporis se destitui cerneret, Volés saluti anime sue prospicere, si mortis periculum adesset, accersitisq; ad se hijs, quorum consilio vti voluit, in ordinandis rebus suis, queq; suprema sua voluntas esset, de omnibus bonis mobilibus, et immobilibus relinquendis, et dispensandis, ad id tandem, post eam deliberationem, deuenit, quam, dolore se vrgente, habere potuit, vt inter coetera, que testameto fieri ordinauit, et fecit, id etiã summa animi sui constancia adiiceret, q, post mortem eius, ex vi prędicti Testamenti, accersitis viris probis et doctis, tam Theologice, q; Canonice professionis, per nos examen fieret, de bonis nris, que in certis pecunie summis, et à nobis, et à nris Antecessoribus, Regibus Polonie, ipse, et pater ei,

tenuit aſcripta, et obligata, quantum ſub eo tempore ex eis perceperit, et quod ex
hijſdem bonis vſurario Contractu, in eius vſum ceſſiſſet, id eo ipso examine,
de ſummis aſcriptis, diminueretur, ne anima ſua propterea detrimentū paciatur.
Nos itaq; adhibitis vtriusq; ſchole prędicte viris probis et doctis, recenſitisq;
annis tranſactis, quibus prędicta bona nra, apud ipsum Andream de Koſczie-
lecz, Theſaurarium obligata fuerunt, deprehendimus perceptorum ſummam
ad eum excreuiſſe numerum, vt omnia prędicta bona, non ſolum libera nobis
dimitti deberent, ſed eciam aliqua ſumma ſuperes ſet, per ſucceſſores eius,
nobis ſoluenda, Quia tamen ex alia parte, fides eiusdem Andree Theſau-
rarij, meritaq; ipsius, eum tantopere nobis fecerant cōmendatum et gratum,
vt non ſolum id ei, quod ex bonis nris obligatis perceperat, remittere et do-
nare vellemus, ſed eciam multo pluribus alijs bonis, eum, et ſucceſſores eius
augere, et cumulare, ſi vineret, cogitauerimus, Cum tamen, Deo ita volēte,
nulla eius Prole virili ſuperſtite, exceſſerit ē vita, vt apud Poſteros
gracie nre memoriam, qua eum, ob eius erga nos fidem singularem, et exi-
mia merita, proſecuti ſumus, teſtatam relinquamus, Simul eciam, vt et ma-
iorum eius meritorū, extet veſtigiū, qui de Maioribus nris bene mereri ſtu-
duerunt, in bello Pruthenico, contra Cruciferorum Ordinem, ſtrenue et
ſumptuoſe militando, tum eciam vt fratrem eius germanū, Magcū Stamiſlaū
de eadem Koſczielecz, Palatinū Juniwladiſlauiē, et Capitaneum Mariem-
burgē, ad fratris veſtigia ſectanda inuitemus, Relictis nobis ex prędicto
examine hijs ſummis, quę in Opido Schluminki, et villis Lanthkoczye, et
Rakoczye, hic in territorio Crac ſitis, ſupradicto Andree Theſaurario

ascripte erant, tredecim videlicet Millium, septingentorum, septuaginta, vnius, florenorum Hungaricalium in auro, boni auri, et iusti ponderis, et duorú Millíú quadringentorú octoginta florenorum in Moneta currenti in Regno nro, triginta grossis, quemlibet florenú computando, Relignam summam in Castro et Opido nro Bidgostia, et alijs Opidis, Gnyewkow cum Aduocacia Fordan et Solecz, ac villis ad ea antiquitus pertinentibus ascriptam, prédicto Stanislao Lalatino fratri germano Andreé Thesaurarij, donandam censemus, et tenore présencium lrarum donamus, Quemadmodum alijs eciam lris, eiusdé Donacois mentionem fecimus, quibus Testamentum prédictum, pro maiori rei certitudine, et testimonio, inseri iussimus, Et vt ipse Stanislaus Lalatinus, sine vllo consciencie scrupulo, prédictum Castrum et Opidum Bidgostiam, cum alijs Opidis et villis ad ea pertinetibus, possidere valeat; ipsum Castrum et Opidum Bidgostiam, cum alijs Opidis et villis ad ea pertinetibus, eidem Stanislao Lalatino, pro ea ipsa summa tredecim Millíú septingentorum septuaginta vnius florenorum hungaricalium, in auro iusti ponderis, verig auri, et pro duobus millibus quadringentis octoginta florenis, in Moneta vendidimus, et tenore présencium lrarum vendimus, perpetua venditione in vim reempcois, als nawiderkow, id est, vt nobis, et successoribus nris, prédictum Castrum, et Opidum Bidgostiam, cum alijs Opidis et villis ad ea pertinentibus, ab eodem Stanislao Lalatino, et successoribus eius, quandocúq volluerimus, pro eadé summa tredecim millium, septingentorú septuaginta vnius florenorú hungaricalium in auro, veri auri, et iusti ponderis, emere liceat, et ipse pro ea ipsa summa, et successores eius, nobis ea vendere debebunt, et tenebuntur, Per ipsum Stanislaum Lalatinú, et Successores eius

Castrum et Opidum Bidgostiam, cum predictis aliis Opidis Gnyewkow, cum Aduocacia Fordan et Solecz, et villis ad ea pertinentibus, cum omni Jure, dominio, et proprietate. Et cum exactionibus duorum grossorum, alias poradlne, omnium villarum spualium et secularium, tocius Districtus Bidgostien, Et cum omnibus Exactionibus, seu Tributis, frumetalibus, et pecuniarijs, ex Monasterijs Trzemeschnen, et Mogilnen, cum Contributione sex grossorum, in medijs grossis, alias Sepne nuncupatis, prouenientibus, Et cum Theloneis terrestribus, et Aquatico in fluuio Breda, per Sermum fratrem nostrum, Regem Albertum instituto, Et cum omnibus prouentibus, fructibus, et redditibus vniuersis, nihil excipiendo, tenen, haben, vtifruen, et quiete possidendum. In cuius rei testimonium, sigillum nrum presentibus lris est appensum. Actum Cracouie, sabbato in festo Translationis sancti Adalberti, Anno dni. 1516.

Petrus Tomicki eps Premislien. Vicecancellus Joanni Laski Archiepo Gnesnen. Legato in Concilio Lateranen

Rme in Chro pater, et dne dne colendiss sime, Ante discessum nostrum ex Vienna, scripsi vre Rme D. abunde ea, que illic sunt acta. In discessu vero ipso, relictus est apud Cæsaream Mtem Rmus dns Wladislauien, et dns Raphaël Leszinski, simul cum Oratoribus Sermi dni Hungarie Regis, ad tractandam pacem, et sedandos tumultus, inter

Christianos illos Principes, ac ad cohortandam Expeditionem generalé, contra Thurcos. Habent eciam in mandatis de facienda concordia cum Duce Moschorum, medio Cæsareæ Mtis. apud quam constitui debent illius Nuncij cum plenaria potestate, quodq; certo intelleximus iam illuc venisse, Quid aut cum eis tractatum sit, vel quæ spes pacis habenda est, adhuc ignoramus. Sed q; primu aliquid compertum habuerimus, non negligam vrę Bcne D. perscribere. Moskal.

Domino Christophoro Schidlowieczki, datus est, eciam in eodem discessu nro, Palatinatus, simul et Capitaneatus Crac, ita vt et officiu Cancellariatus, vna cum ipsis Dignitatibus obtinere possit, idq; ad intercessione Cæsareæ Mtis, et Sermorum Hungariæ Regum, ac ob eius cum antigua, tum in Connectu isto singularia merita, quæ hanc ipsius promotionem requirere videbant.

Dominus vero Thesaurarius morbo Dis sinterico in via correptus, et egre nimis huc adductus, obijt diem suum vj huius Mensis, rebus suis, tá hijs, quæ ad salutem animæ pertinebant, q; eciam temporalibus, optime dispositis, et ordinatis, eiusq; funeri magnus est honor per Regiam Mtem, publice exhibitus, Ambiuntur varijs modis vacantes eius dignitates et officia, hactenus tamen, nullum illorum cuiq; est collatum.

In Lithuania, nihil est per hoc totum tempus, cum hoste actum, præter aliquot Incursiones, quas partim Thartari, partim Milites nri, in terris illius fecerunt, Nunc ille auditur Exercitum restaurasse, et pugnæ se accingere. Domini vero Lithuani, licet in Castris sint simul: tamen &

abitu Thartarorum, ac dubia eorum fide territi, et pro more suo, nihil absq
Domino suo agere scientes, manent perplexi et nihil facientes. Vnde oportebit
fortas se Regiam Mtem illic proficisci, nisi interea, q veniat festum sancte
Elizabeth, fiat aliquid, Nam pro illo die Illma dna Elizabeth Reginula, de-
ferri debet dno Duci Legnicen, cui, diebus hijs, desponsata est, Nuncio et
Paranympho Rmo dno Wratislavien. nec ante discedere licet, Dotis illi Re-
gia Mtas promisit, viginti Millia florenorum, ad rathas tamen, preter aurum,
gemmas, et alia ornamenta, que omnia ipsa dna Reginula, secum illic aspor-
tabit, Quod foelix, faustumq sit.

Mirari satis no possum, q dns Zamboczki, hactenus non cesserit Juri, et liti,
vt debuit, in causa Cancatus Crac, Nepotis mei, qui et Nominationem dudu
pro illo habet, et paratus est semper Prebendam Losnan resignare, dum-
modo compertum habere possit, se iam in toto quietum esse. Nam quod ad
Prebendam in Ecclesia mea attinet, vra Rma D. scit, Collatione earu
no esse in vra potestate, nec posse istud polliceri, quod est alterius. Tamen
vacatione illic aliqua oblata, volumus libenter omnem opera, pro dno Zambocz-
ki impendere, Expensas illi eciam soluere no vult Nepos meus, Intelligens se
satis supera dare pro Jure illius, cuius parum vel nihil habet, Ego de illis
olim ad vram Rmam D. scripsi, sed intellexi re integra, Cum vero dns
Zamboczki, spretis bonis conditionibus et consilijs, clam illum, in Censuras,
et graues difficultates, ac impensas deduxit, nulla habita benivolencie, et pro-
pensionis nre, erga se, racione, alienu est ab omni equitate, vt Nepos meus, pro
bis adhuc impendere deberet, que minime et indignissime est passus. Itaq

rogo plurimũ vrã Rcmam D. vt illum hortetur ad cedendum Juri, et alia faciendum quæ pertinent ad quietem mei Nepotis, Qui tametsi sciat se tuto defendere posse; tamen homo pacis amator, qualibet hora est paratus, id omne exequi quod promisit, medio dñi Miedzileczki. Satis iamdiu dñs Zamboczki hoc saxum voluit, et certe plus dispendij ex hac cunctatione capit, q̃ vtilitatis, Cuius consilio et suasu id fiat, nescio, sed illum fortasse aliquando poenitebit, se his turbatorijs consilijs vsum esse. Commendo me gratiæ vrę Rcmę D. quam foelicissime valere desydero. Crác.

Petrus Thomiczki Epś Premisliẽ Zamboczki penitentiario Romano.

Salutem plurimam. Scripsi tibi iam pridem Nepotem meum dñm Krzyczki, paratum esse, ad præstandũ ea omnia, quæ in Concordia de mandato eius cõtinentur, Nam quod ad impensas attinet, de quibus quidem ego, ad Rcmum dominũ nrum Archiepũm scripseram, sed intelligens re integra, et non in his terminis constituta, ad quos illum, via minime te digna, perduxeras, eas vtcũq; tibi rependere contentus esset, nisi et ipse tum ignominia, tum iactura non mediocri, essет à te immerito affectus.

De Prębenda eciam in Ecclesia mea, cum illius Collatio ad Regiã Mtem pertinet, nosq; in eius Mtis potestate sumus, et non illa in nra, quid aliud tibi polliceri possumus? q̃ operam nram, quæ quidem oblata occasione, non solum in hac re, sed in omnibus alijs tibi nunq; deerit. Cur tu autem nec

responderis hactenus quicq, nec declaraueris te Juri tuo cessisse, no possum non plurimu mirari, Rogo te vt tandem cunctari desinas, et intelligas demq benevolenciam nram, Sciuimus nos ab inicio, et scimus adhuc, nos claru et tutu Jus habere, Jdq pene omnes non ignorant, tamen amore tam tui, q pacis, obtulimus tibi optimas conditiones, habuisq et primam Nominacoem, si tunc ab initio, consilijs amicorum, et no persuasioni turbatorum omnium bonoru hominum, parere voluisses, qui fecerunt, vt et iniuria nos afficeres, et stringeres ad ea, que prestare no potuimus, Itaq no paru inde detrimeti, non nra, sed tua culpa accepisti, Quare te eciam atq eciam rogo, vt ia tandem Nepotem meum missum facias, Cede Juri, et liti, vt debes, et ille iam resignabit tibi propediem Cancatum suum Posnan, et nominatione in manus dni Bothurzinski dabit, Modo vt declares te iuri tuo cessisse, Jn nobis tibi nulla erit mora aut difficultas, Sisq nobis, vt consueuisti, amicus, Plus inde emolumenti capies, q ex consilijs eorum, qui tibi consulentes, non rem tuam, sed commodum, et desyderia sua improba respiciunt, Vale feliciter et me ama.

Petrus Tomicius Epus Premislien
Joanni Lubranski Epo Posnanien

Rme in Chro Later, et dne dne colendiss sime, Quemadmodum mihi vra Rma D, dudum scripserat, vt pro dno Szyidua, consensum, ad eximenda bona Krasjni sthaw, secreto a Mte Regia obtinerem, et eius Mtas veritа, ne dnm Castellanum Crac, Cuius etatem, simul et virtute reueretur,

offenderet, granatè, et id quidem ea lege, consensit, vt cum voluntate et beneplacito, ipsius dñi Palatini Belzen, hoc fieret, Miseram Consensum et Cõmissionem dño Swidwe, Sdg diligentissime celaui. Qui demũ reperiens quosdam modos et scrupulos in lris et Inscriptiombus dñi Palatini Belzen, misit eos Regiæ Mti interpretandos: et non contentus, q, mihi de hac re scripserit, sed scripsit eciam dño Palatino Crac, qui ostendens lras dño Palatino Lublinen, rem patefecit, et in magnam difficultatem coniecit, Statim em dñs Palatinus Lublinen, negocium hoc impugnare cœpit, asserens se eciam consensum, ad eadem bona eximeda habere, Et licet posterius datum, q, dñi Swidwe, tamen velle et posse se, bonam Regiæ Mti, in ipsa Exemptione, facere conditionem. Ego in tanta difficultate et impedimento, aliud efficere nõ potui, ecia summo studio, nisi vt res, ad Aduentum Regiæ Mtis, in Lublin, differretur. Et scripsi dño Swidwe, vt illuc veniret. Credo q, et Mtas Regia, et dominus Palatinus Lublinen, scribent in ipsa re, vræ Rmæ D. Et cum eius Mtas eo inclinare et herere solet, vbi illi vtiles aliquæ Conditiones offeruntur, vra Rma D. deliberet, quid faciendum sit, meq, edoceat, vt iuxta ipsius voluntatem et sententiam, id curem et agam, quod potissimũ agendũ cõsebit.

Dnus Rmus Archiepus, prius q Vrbe rediens, Cracoviã ingrederetur, præmisserat ad dñm Epum et Capitulum, hortando et postulando ab eis, vt se cũ Processionibus, extra Ciuitatem, cum Natali Legatione venientem, excipet. Quod cum illi propter luctum publicu, et pestilenciam facere recusaret, ob mortẽ regĩæ Barbaræ et peterent, vt contentus esset in Ecclesia excipi, sta demũ post plerosq, vtring tractatus, factum est, vt Prælati et Canci exirent ad ea portã quæ subest Arci, et illic eum salutaret,

Postridie vero aductus sui, retulit in consilio, longo sermone, ea que Rome egerit, impetraueritq; Imprimis vero multis verbis excusauit, tam longa isthic suam moram, Et inter alias causas, potissimam fuisse dixit, rem Pruthenicā, In qua defendenda et curanda, nisi tantum temporis et studij suis set à se impensum, procul dubio Mtās Regia, vel vocata esset ad Concilium, vel excōicata. Que aut se impetrasse dixit, ex multis hec precipua sunt. Primo Jubileus talis, qualis pridem pro restauranda Basilica sancti Petri in Vrbe, datus fuit, Pecunia vero ex eo collecta trifariam diuidi debet. Vna pars, contra Jnfideles et Scismaticos, Alia pro reformatione Arcis Kamijenieczensis tercia, pro Ecclesia Gnesn,

Item Jubileus perpetuus pro Regibus Polonie, ad vnū diem, in anno, beate virginis, quem Mtās Regia elegerit, Jta vt vbicunq; eo die Rex fuerit, omnes ad illum locum cōfluentes, habeant plenariam remissionem omnium peccatorum, Et pro eodem die visitantes Ecclesiam Maiorem cuiuslibet Epātus Regni, habeant omnes centum annos Jndulgenciarum.

Item, q, omnes Militantes contra Jnfideles et Scismaticos, morientesq; in bello, habeant remissionem omnium peccatorū, Et hec gracia duratura est, ad vitam ipsius Regis tantum,

Item, q, Episcopi dispensare possint cum hijs, quorum vxores, vel quarū Mariti sunt per Jnfideles capti, vt ad alia vota transire possint.

Item, q, certis diebus festis possint homines laborare, Item q, licitē, cora

321
261

Jnfidelibus Scismaticis, et hereticis, diuina fieri possint. Item quia frequenter apud nos fit Interdictum, adiecta sunt aliquot alia festa, vltra ea quæ sunt, Jure cómuni descripta, quibus licebit diuina celebrare, pulsatis Campanis, et hostijs apertis, Excónicatis tamen exclusis.

Item, q, quælibet sentencia, in partibus nrís lata, confirmari debet per Sedé Aplicam, dum modo pars sit citata, et fundata debite Jurisditió, et nó sit pars enormiter lesa, Et hoc factum, vt precluderetur via appellantibus ad Curiam Romanam.

Item, q, deinceps Epi, disponant de Decimis, ex agris noualibus prouenientibus, et nemo alius preter illos.

Cæterum obtinuit ipse dns Archiepus Vinri Archiepiscopatui Cancatu Cracouién domini olim Schlap. Jta vt pro eo tenerentur Archiepi seruare semp in Studio Crác, duos Lectores, vnum in Theologia, alium in humanitate, Propter quod, habuit, cum illo Rcmus dns Crác, magnam coram Mté Regia contentionem, Jnter quam, auctore ipso dno Archiepo, res est ad Synodú suspensa, Post discessum vero nrum, fuit in prandio dni Epi Cracomén, et quædam inter se, partim mihi iam cognita, partim adhuc ignota, secretissime tractarunt,

Vnio Canonicatus Cracouien cum Archiepiscopatu

Habuit eciam idem dns Archiepus, multas et secretas Collocutiones cú Mte Regia, vercorq ne plerasq ab illa, moerore nunc nonnihil emollita, quæ als non potiús set, impetrauerit, Locutus sum cum eo, de Decanatu Posnan, prout à me vra Rcma D. postulauit, respondit vero mihi feciße sibi vniri adhuc viuente dno Lukowski, omnia eius beneficia. Sed gn compertu

fuit, illum Mense Ordinarij decessisse, renúciasse se ipsi vnioni, et causa ista penitus dimisisse, esse tamen complures, qui Decanatum ipsum impetrarunt, sed ad se nihil attinere. Cui responso, quomodo credi debeat, vra Rcma D. videri.

Moskale

Ad dnō Rcmo Wladislavien, hec ad nos allata sunt, Nuncij Moskowithe, nullum mandatum habuerunt, ad pacem faciendam, solum hortati sunt Cæsarem, vt inita promissa, et Inscripcões suas, iuuaret Ducem eorum contra nos, Cæsar vero rei misit cum eis Nunctium suum, qui apud Moschum ageret, quo mitteret Nunctios, cum pleno Mandato ad Regem Dacie, Et vt itidem Mtas Regia faciat, hortat. vt videlicet medio illius Regis pax confici possit, Et pollicetur fore omnia ex sentencia eius Mtis, Illa tamen sciens Regem Dacie affinem esse Marchionis Brandeburgen, habet hanc rem suspectam, et veretur ne ipsam rem Moschouita, coniungere velint cum Prutbenico negotio, tamen eius Mtas, adhuc nihil in hac re constituit, inconsultis dnis Lithuanis. Cum quibus quando, quod facto opus erit, deliberauerit, reddam vram Rcmam D. cercio rem.

Scripsit eciam idem dns Wladislavien, q. Cæsarea Mtas significaret Mgro Prussie, vt Nunctios suos, cum pleno Mandato ad se mitteret, pro tractanda cocordia, et dirimendis differencijs, inter ipsum, et Regiam Mtem, presentibus isthic Nunctijs nris, hortaturq et petit eius Mtem, vt interea nihil attentet cum ipso Mgro Prussie, debitumq suum, neq armis, neq Nunctijs aliquibus exigat. Vnde Rcma D. vra, conijcere potest, q longe adhuc à portu absumus.

Coeterum, q vra Rcma D. de Foelice Mercatore Cracovien scribit, et Apophtegmatibus Plutharchi, Licet ille mihi de ijs nihil retulerit.

tamen quia res eius sunt in Almania intercepte, et retente, puto hac causa, illa vre Rcme D. reddita non esse. Dedi em ego illi lras Regie Mtis adhuc Crac isthuc in Almaniam, quibus eliberare deberet ipsas res suas, nihil sciens de Apophtegmatibus vre Rcme D. et cum illis dudum discessit. Et ita no dubito q, inter alia sunt ypsa Apophtegmata, Que cum restituentur, proculdubio illa vra Rcma D habebit. Nunc aut mitto illi lras, ad Summum Pontifice, et dnm Cardinalem, in re Decimaru Novaliu, Mitto eciam alias ad dominum Ducem, et Abbatem Czerniemen, et parcere dignetur, q, serius illi remitto, eius hunc puerum, quia in continuo itinere, et varijs negocijs, non potuit celeriis expediri. Commendo me gracie vre Rcme D. Quam diu sana et foelicem esse valde desydero.

Petrus Thomiczki Eps Premislien. Viceccancells
Joanni Lubranski Epo Poznanien[sis]

Rme in Chro pater, et dne dne Colendissime. Non ignorat vra Rcma D. quomodo conuentum sit cum Nunctijs dni Ducis Legnicen, de Matrimonio isstme Reginule, et termino, quo illuc afferri debet, videlicet pro die Dnico ante festum sancte Elizabeth. Quemquidem terminu Mtas Regia, tametsi in hoc incredibili suo moerore, abhorreat ab eiusmodi Nupciali apparatu: tame differre no vult, propter iacturam ipsius dni Ducis, quam caperet, dispositis iam pro tempore illo rebus omnibus. Quare deputauit Mtas sua dominos istos, qui prefatam dnam reginulam comitabuntur hinc, dnm Marschalcum Regni, et dnm Lathalski Prepositum. Isstinc vero ex Polonia, fratrem

R^xme D. vre dnm Palatinu, vt potè Capitaneu illi⁹ Mtis, et in expesis, no
ita vt alij, qui in Preßborg fuerunt, attritum,

Expedita aút hac pompa, Mtás eius conferet se in Lithuania. Officia vero
et Dignitates vacantes hactenus nó distribuit, quia in tanto suo luctu, nec de
hijs, nec de alijs quibusq rebus, secum tractari patitur. Timeoq ne superueni-
ente dnó Archiepo, qui propediem hic aderit, deflectatur eius importuna instan-
cia alò, q animum induxit, et q es set ex re sue Mtis. Spero tamen q se
pertundi non sinet.

Petrus Tomiczki Epús Premisslien,
Luce de Gorca Castellº Posnamen
Et Capitº maioris Polonie

Nvdius tercius profectus est isthuc ad vrám Magciam, frater meus domin⁹
Nicolaus, Quem, rogo, nolit apud se diucius retinere: quoniam Mtás Re-
gia vult, vt vna Septimana, ante discessum dnę Reginule huc redeat.
Mittit ém cum illa, omnes istos Aulicos, qui sunt granioris Equitatus, Et
ita dari illi poterit Prefectura Stabularia, vel apud ipsam dnám Re-
ginulam, vel apud Regiam Mtém, Si dns Ocziesski eciam illuc mittetur.

Ex dnis, qui comitabuntur suam Mtem, deputati sunt ij, dns Pala-
tinus Posnamien, dns Marschalcus Regni, et dns Lathalski Prépositus.
Alia quę ad présens scribam, nulla sunt. Commédo me, etc.

Andreas Krziczki Cancells Regnę Barbare
Petro Tomicio Epo Premisliensi. Vicecancello

Rme dne etc. Commiseram heri Dopczinski, vt perquireret à D. vra Rma. si voluisset adesse, extremę horę Rlis Mtis, nec ne, et q, fuit mea sentencia, vt illa substitisset in Arce, propter incertitudinem temporis: nul: lum habui responsum, Et Reginalis Mtas, non aliter animam agit, q co modo, quo Paroxismum pati solebat, Quod frequenter adhuc heri fuit, Itaq non potuimus aliter intelligere eius mortem, nisi efflata anima, Quod valde subito fuit factum, Et ego moerore simul et labore in tenendo illam mani: bus meis fui occupatissimus,

De his, nescio quomodo facere debeo, ingenti dolore capitis oppres sus, bo: num esset, si alguis liberioris animi illas scriberet, Nam nunc certe, no sum mei compos.

Idem Cricius. Tomicio Epo

Rme in Chro Pater, et dne dne colendissime, Reginalis Mtas die Dnico, hora prima noctis, Apoplexia correpta, discessit ab humanis altera nocte in diluculo, cum dolore et labore incredibili, Cuius tam insperata et misera: bilis Mors, affecit Mtem Regiam, et nos omnes, summo moerore, Nondu est decretum quo tempore sepeliri debet, Luto tamen q, no diu cunctabitur. de quo, postea, reddam, vram Rmam D. cerciorem,

De Melle, ego valetudine eiusdem Rcmé D. vré ignoraui, et Mtás Regia sic scri-
bi mandauerat, vt partem eius homines, partem illius acciperent. Egis sem
tamen cum eius Mté, ita vt postulat vrá Rcma D. pro alia parte, nisi illam
nunc tantus luctus occuparet, vt aliud cùm ea nihil agi possit. Quare vel
ipsamet D. vra Rcma huc veniens, vel ego postea commodius id obibo. Com-
mendo me gracié vré Rcmé D. quam foeliciter valere desydero.

Petrus Tomiczki Epś Premisliensis Vicecancell Joanni Lubranski Epó Posnaniensi

Rcme in Chro pater, et dné dné colendiss ime. Gratum quidem fuisset
Mti Regié, si vrá Rcma D, huc pro exhibendo supremo honore Regiali
Mti, venisset. Sed eius Mtás rationem habens cum difficultatis illius, tum
ingruentis pestilencié, egri bonig consulit.

Profectus huc eciam fuerat dns Georgius, frater ipsius Rcliś Mtis, sed in via
retentus est à dno Duce Thessinen, propter eandem pestilenciam, et pericu-
lum: in quo hic omnes sumus constituti.

Hesterna die, contulit Mtás Regia Castellaniam Sandomirien, vnacú The-
saurariatu, dno Radomien, Castellaniam vero Voynicen dno Jordan,
et Vislicien dno Bohothniczki. Reliqua adhuc pendent.

Dominus Archiepus declinauit ex Vienna in Hungariam. Primú ad dnm
Cardinalem, demum eciam ad Regiam illam Mtem iturus. Quid illic

tractabit ignoro, Expectamus in horas eius aductum, nam et familia iam huc applicuit,

Curiam vre Rme D. in Piothrcow contentus sum accipere, Alia ad pre sens non sunt, que scribam. Commendo me vre Rme D. Quam foelicis sime valere desydero.

Petrus Tomicius Epus ac Vicecancells Joanni Lubranski Epo Posnaniensi.

Rme in Chro Pater, et dne dne colendis sime, Propter Inferias Rlis Mtis, et expeditionem Illme Dne Reginule. coacta est hic Mtas Regia, huc usq fs. f. 7.56. et nos omnes, in magno discrimine immorari, et vsq ad diem Martis, qui erit proximus ante festum Sancti Martini, immorabimur. tunc em et eius Mtas, et ipsa dna Reginula, quod bonu fortunatumq sit, hinc sol vent,

Dns Archiepus, huc certo perendie applicabit, Aiunt illum moleste animo ferre, et queri de plerisq, que ex Posonio et Vienna, sunt contra vota ipsius Romam scripta, Que si hic volet refricare, nihil et Mtas Regia, et nos inficias ibimus.

Quod vero ad Decimas vre Rme D. in Masouia attinet, simul ac de alijs rebus, quas texere et permiscere volet, Mtas Regia est abunde instructa, et obfirmata, ita vt nihil excudere possit eorum, que vel Rme D. vre, vel comuni Rei ecclesiastice nocere possint.

Alia que hinc scribam nulla sunt, solum q Succamerariatus Cracouien,

datus est duo Tanczinski, Palatino Lublinen. Commendo me gratiæ vrę
Rcmę D. Quam foeliciſſime valere deſydero.

Diuę Regine Barbarę inimaturę mortis tumultuaria meroris æſtu deploratio per Andream Criczki. Cancellarium eiuſdę Regine.

O mea, quę feſtos ececiniſti, Muſa Thriumphos,
Connubiumq; ſacrũ, totq; almi Principis acta,
Foelici plectro, foelicia pectora mulcens:
Nunc pullata veni, diſperſis moeſta capillis,
Et miſerum querulo depromas Carmen ab ore,
Illa, SIgiſmundi, Coniũx digniſſima, Regis,
Barbara, formarum ſpecimen, probitatis imago,
Quę nuper ſummo venit, comitata decore,
Ad tantos Thalamos, et Connubialia Jura,
Præſtantemq; ſuam ſtirpem, proęxit ad Aſtra,
Qua nullus quicq; vidit manſuecius vnq;
Et magis excelſum, tanta famulante Corona,
Ecce iacet ſubito, crudelibus ~~orbata~~ obruta fatis,
Ante diem, morboq; gemens, vitamq; relinquens,

Non prosunt vires, non prosunt vota, nec etas
Integra, nec medici, magni nec cura Mariti,
Omnia tentantur frustra, petit ethera clamor,
Et lachrymé, gemitusq; graues, stant numina surda,
Stat Lex dira Dei, nulla euitabilis arte,
Immoteq; Colo detruncant stamina Parcé,
Heu sors infoelix, et manis gloria mudi,
O nulla in magnis vité constancia rebus,
Ausa es perfida Mors, tam claru attingere corpus?
Et tantum violare decus? submittere bus to
Spes nras? duraq; tua nos perdere falcé?
Non te Sceptra mouent, non raré gracia formé,
Non pietas, cultusq; Dei, et turbatio tanta,
Qué Regem, qué nos, qué vulgo cóficit omnes,
Aspicis, vt totam, dolor ingens occupat, Vrbem.
Non cantus, Citharaq; sonant, stant atria muta,
Stant fora, stant delubra Deum, decor exulat omnis.
Vndiq; pro ludis, risu, festisq; choreis,
Feralis regnes, et vox auditur amara,
Gestantur diri capuli, comburritur ether,
Et sequitur longo simul, ac preit ordine pompa,
Inferias tantas peragens, inopinaq; iusta,
Quisq; madet lachrymis, et pallo squallet amictu
Crudelesq; Deos vocat, et crudelia fata,

Ipse aũt Princeps, quo non constantius vllum
Lectus erat, rebus seu lętis, siue sinistris,
Vt qui cărorum vidit fratrum, atq; parentum
Funera, et interdum fortunam sensit acerbam,
Non aliter, q̃ cum tot laudes, totq; Triumphos,
Et magnum coeptis prębebant fata fauorem.
Omnia corde pari, vultuq; ferebat eodem;
Nunc tamen, vt mundi decus hoc, et gloria Regũ
Ingemit, et moeret, tanto vt dat terga dolori.
Et merito, quis cĩm immaturo funere ademptam
Tam raram vxorem cernens, sociamq; perhennem,
Dimidiumq; sui, non fletu defluat ipso?
Sic eciam rapta Briseidę, fortis Achilles
Flebat, nõ Conũx quàmuis, sed serua suis Jet,
O spes vana hominum, vitę fiducia vana,
O nihil instabili fas quemq; fidere mundo.
Sic nos morte tua moestos, hera magna relinquis?
Sic Regnum, et chari merencia corda Mariti
Deseris ętbernum? dulcemq; hanc effugis auram?
Te deflent orbę, te deflet et omnis egenus,
Erumnas quorum nimium tua dextra leuabat,
Et serui afflicti, pariter tua Regia plorat,
Cum se priuatam, summo videt esse decore.
Omnia turbantur, succumbunt omnia luctu.

Lectora victa grani, nec habent sua gaudia thedæ.
Sed iam quid queror infœlix, quid semen arenæ
Insero, cum Lachesis nulla pietate mouetur.
Tanto, et iam lachrymæ desunt, et verba, dolori.
Nunc tamen, vt dubius sciat hæc tua busta viator,
Hoc tibi cum gemitu seruus do Carmen amaro.

Epithaphium

QVàm sit in humanis fallax fiducia rebus,
Discat ab Exemplo, fœmina, virq meo.
Barbara, nata quidem præclara stirpe, sed eius
Facta fui fato gloria prima meo.
Nupsi Sigismundo longè charissima Regi,
Et tenui fausta sceptra Polona manu.
Vidi læta meum vincentem multa Maritum
Millia Moschorum, millia multa scytum.
Sed parcè primum sobolem inuidere cupitam
Demum insperata me rapuere die.
Quatuor ætatis cum vix mea lustra peregi,
Cumq decoris, messis erat agenda mei,
Nemo igitur vitæ, nemo alto credat honori,
Mors indiscreta, singula, falce metit,

Sigismundus primus Rex Polonie Hedwigi Duci Tessinen Socrui sue matri regine Barbare

Illtris Princeps, et dna Mater nra charissima, Agimus illti vre gracias, q nos lris suis, inuisere et solari voluerit, Nos quidem gracia Dei recte valens, et ferimus eo animo quo nos decet eius prouidencie et voluntatis necessitate, dummodo et illtras vra sit animo infracto, Maternoq suo dolori temperet. Nam quod ad nos attinet, ea erit semper beniuolencia, et affectus nr erga illtrem vram, et Domum ipsius, prout id eciam prius illi significauimus: qui viuente charissima olim Coniuge nra fuisset, In hocq illtr vra, nihil ambigat, Quam sanam et letam esse cupimus, Datum.

Petrus Tomicius Eps Premislien. Vicecancell Joanni de Lasko Archiepo Gnesnen

Rme in Chro pater, et dne dne colendissime, Confessionale, quod mihi vra Rma L, mittere dignata est, gratissimo accepi animo, Nam ex eo, vt aliis plerisq rebus, spectatam habeo illius erga me graciam, quam, donec vi vo, demereri illi pro viribus meis studebo.

Accepi eciam lras dni Cardinalis Agrien, quibus, cum Mtas Regia in Vrbem scribere voluerit, rescribetur, et mittam copiam vestre Rme Dnationi. Redijt hesterna die Boguscb, ex Curia Cesa-

rec' Mtis, attulitq; trás à Dcmo dño Wladislaum, quibus scribit Heluecios, per Regem Gallie' fusos esse, adeo, vt sexdecim Millia cesa et humata, quatuor vero Millia sauciorum, ad hospitalia deducta fuerint, Post quam stragem Mediolanenses victori se subdidisse, Arcem vero cum Galli oppugnare coepissent, multos illorum per Heluecios, in decursione vulneratos esse, Qua re exacerbatos Gallos, ad hospitalia versos, illos saucios omnes trucidasse. Ducem Mediolani, desperatis rebus, Arce demum cessisse, Et ita Regem Gallie', toto illo Ducatu potitum esse, Cui, et summum Pontificem territum eius potencia, iam adherere videri, Cæsarem nihilominus recolligere vires, et sperare posse restitutum iri à se Ducem ipsu.

De rebus aut nris ita scribit, q; eius Mtas absolnit Legatos Ducis Moscho- Moskal
vie', et misit cum eis suum alium, qui ageret, vt negocium, et arbitramentu concordie', committeretur Regi Dacie', Ad quem, vt et Regia Mtas, et Dux Moschouie' Nuncios cum plena potestate, mitterent, Qui quide' Rex Dacie', cum sit affinis Marchionis Brandeburgen, habet illum Mtas Regia suspectum, nec placet illi istud coeptum, Commendo me gracie' vestre Rcme Prti, Quam dns Deus diu sanam et foelicem conseruet.

Responsum a rege Sigismundo datu Legatis dnorum Comitum Scepusiensium Joannis et Georgii: qui erant fratres Regine Barbare.

Maluisset sacra Mtas Regia Egregij dni, vt aliqua alia causa, aduentus huc vrarum D. extitisset, q; iste tristis et acerbus euentus, Sed postq; diuie' volutati,

placuit, eius sacram Mtem, Regnumq ipsius vniuersum, hoc tanto luctu et moe-
rore imisere; gratissimum est eius sacrae Mti, q illtris dna Dux, simul ac Ma-
gnifici dni Comites, miserint huc vras D, ad impendendum supremum ho-
norem Sermae olim Reginali Mti, mutuumq dolorem suum testandum, et
consolandam suam Mtem. Quequidem, tametsi ozbata privata, amantissima et co-
cordissima, Coninge, non potest non plurimum dolere; tamen intelligens hac
esse humanam conditionem, et tacturam, quae nec vlla arte corrigi, nec luctu
et lachrymis aliquibus, restaurari potest, fert et ferre vult, sacra Mtas, hunc
casum eo animo, quo illam decet, et quo alias, alia fortunae iacula, ferre con-
suevit. Quod id idem, vt ipsa illtris dna Dux, et Magci dni Comites, faciat,
illos Mtas sua et rogat et hortatur. Siquidem sicut dno placuit, ita factu est:
cuius voluntati, nec licet, nec potis est resisti.

Et quia sacra eius Mtas, tam rarae et exoptatae Coniugis suae, indelebilem ha-
bitura est, apud se memoriam: polliceri dignatur, se non minori beneuolentia
et fauore, deinceps prosequuturam illius illtem, et Magcos dnos Comites,
non minusq omnes eorum res semper promoturam, q viuente et superste-
te illius Mte,

Postulat aut eius sacra Mtas, vt ipsi dnae Duci, simul ac dnis Comitibus, sa-
lutem dicant vrae D, eius Mtis nomine, et gratias illis agant pro eo officio,
quod sacrae eius, illiusq Mti defunctae, exhibuerunt, vicissimq illorum D.
consolentur.

Responsum a Sigismundo Rege Polonie datum Oratori Wladislai regis Vngarie

Sacra Mtás Regia, Bcnde dne Orator, Reuolutis in animo his, que Mti sue, vrá D. nomine illius frne Mtis, exposuit, Et imprimis cohortando eius Mtez, vt exuto moerore, conuerteret animum ad alteras nupcias, exigente id cum dignitate eius Mtis, tum re communi Dominiorum, et conseruatione amplitudinis familie earum Mtum, Deinde referendo ea, que per illius frnam Mtem acta et cõstituta sunt cum Oratore Thurcarum, qui nuper apud illam fuit:/ Mtás sua primum immensas agit gracias illius frne Mti. q, eorum, que ad dignitatem et foelice statum sue Mtis pertinere videntur, tantam, illius Mtás, curam et solicitudine habere dignatur, et pro suo pno amore illam ad ea commonere et cohortari dignatur. Fatetur quidem eius Mtás, se non parum locum dolori concessisse, sublata ex humanis charissima et concordissima sua Coniuge, Aequum omnino et humanũ censens, tam immaturo illius obitu indolere, quam dns Deus, illi arctissimo vinculo, et omnium iucundissima societate, coniunxerat. tamen nõ adeo se eidem dolori indulsisse, vt non memimisset, cum magnitudinis animi, qui Principes decet, tum humane mortalitatis, que omnibus est communis, Proinde tam his racionibus, q̃ eciam tempore, huiusce egritudinum domitore, fieri, vt Mtás sua, hunc ipsum dolorem et iacturam equiore indies magis ferat animo,

Ad alteras tamen nupcias, et Matrimonium iecundum, licet Mtás sua, satis supq intelligat, multum id expedire, non solum Regno, et Dominijs suis, sed eciã ad amplitudinem familie necessarium esse, Cuius conseruande et propagande, spes

nunc in paucis est sitta, tamen nullo modo potest aliquam ad presens cogitationē, vel animum inducere, tum ob recentem adhuc illius chārmē Sue Coniugis memoria, tum modernas suas difficultates, et tumultus bellicos, quibus Mtās Sua tota distinetur; Verum tamen cum in liberiorem illius mentem, hēc volūtas aliquādo subiyret, pollicetur eius Mtās. nihil se absq; sciencia et consilio illius frnē Mtis aggressuram, Prout ante hac semper, in omnibus Suis rebus id facere consuevit.

Quod vero ad ea, quē illius frna Mtās constituit de pace, cum Oratore Imperatoris Thurcarum, Mtās Sua non potest non plurimum laudare, q; illius Mtas has inducias pacis cum illo iniuit, Siquidem hactenus Mtās Sua, nullam vidit certam spem concordiē Principum Christianorum, et vniuersalis expeditionis adversus ipsum Imperatorem Thurcarum, Multoq; gratissimum id habet Mtās Sua, q; illius frna Mtās, dignata est rem eius Mtis et Dnīorum Suorum, coniungere cum Sua; tamen habens cum ipso illo Imperatore, adhuc vnius anni Inducias, consulere vult Mtās Sua cum Consiliarijs Regni Sui, per eundem ne Nunctium, quem missurus est Imperator ad illam Mtem, an per suum proprium producere debet vlterius Inducias ipsas, Et quicqd in hac re decreverit, non negliget illius Mtem reddere certiorem.

Responsum a rege Polōe Sigismundo 1° datum nuncio Jois de Zapola Comitis Scepusiensis Palatini Transiluanie: et matris eius

Mandata hēc, quē coram sacra Mte Regia, nomine Illme dnē Ducis, simul ac dni Voievode Transyluanie, exposuistis, eius sacra Mtās abunde intellexit,

et perpendit, ac agit imprimis gras ipsi dnē Duci, simul ac dño Vayuodē, q̄ corn nes D. inmisere volnerint per vos valetudinem eius sacrē Mtis, optatq; vt et ille bene valeant, et foelicibus succes sibus, semper fruantur.

Quod vero ad emulos dni Vayuode attinet, qui, vt prius, conati sunt eius D^m^, no: cere, ita nunc maxime nituntur, sublata ex humanis Serma olim dna Regina Coninge charma eius sacrē Mtis, cuius authoritas illos nonnihil retrahebat; Sacra Mtas Sua, indolet plurimum aduersis istis eius D^ns^. Nam nihilo se: cius isti Domui afficitur, et charam illam habet, q̄ superstite prefata Se: reniss̄ima Sua Coninge, Eundemq; animum et affectum semper est habitura, Et mittere quidem dignetur libenter eius Mtas, prout dna Dux optat, Nun; ctium Suum, in ea re, ad fraternam illam Mtem, et adesse dño Vayuodē, verum consulit Mtas Sua, et pro officio necessitudinis hortatur dnm Ducem, vt inducat, commoneatq; dnum Vayuodam, ad gerendum se, erga sacram illam Mtem, ita vt fidelem et obsequentem, erga dnm Suum, subditum decet. Multa enim Mtas Sua, cum nuper illic fuit, dici audiuit, quē dns Vayuoda in officio et Magratu Suo facere deberet, tum vsurpando sibi prouentus Regios, tū alia constringencia authoritatem illius Mtis, et ab officioso subdito longe aliena, exequendo, quē Mtas Sua, cum non mediocri dolore intellexit. Et proinde, ne, aliquē maiores difficultates, accidant dño Vayuodē, postulat Mtas Sua, vt dna Dux, pro authoritate Sua materna, et singulari prudencia, illum mo: deretur, Vtq; ipse dns Vayuoda, fidem poeius, et virtutem Suam, dutem, q̄ aliquam aliam existimationem, vel consilia sequatur. Sic em et actiones omnes eius Mtis, pro Sua D. efficatiores erunt, et illa dignitati, et rei Sue melius consulet, et facile emulos superabit.

Quod vt faciat, Mtas sua illam sedulo petit, et cohortatur, quē in omnibus succes-
sibus, et votis eius, vellet illi nunq̄ deesse,

Sigismundus .I. Rex Polonie Maximiliano Ro. Imperatori

SErme et Excellentissime Princeps, Admonent nos sepius, cum per lras,
tum Nuncios suos Consiliarij, tam Regni Hungarie, q̄ eciam Bohemie, vt age-
remus cum vra Mte, q̄ postq̄ longe iam terminus est elapsus, quo Illma dna
Anna Neptis nra, certum et firmum Conjugem habere debuit, et id hactenus
factum non est, paruaq̄ sit spes, vt ea res cum aliquo Nepotum Mtis vestre
effectū, sortiri possit, forte propter nonnulla alia pacta Matrimonialia, quibus vterq̄
fertur esse multifariam involutus, ipsa Mtas vra, cum eadem Illma domina
Anna, confirmare Matrimonium, iuxta pacta et conuictus, inter nos mutuo fa-
ctos, dignaretur, Vrgentq̄ nos eo acrius, quo nos soli, sine illis, cum Mte vra,
hoc negocium concluserimus, Vnde, si quid in ea, vt solet per tales dilationes,
multi intervenire casus, preter spem et sententiam (quod dns Deus auertat)
accideret, in nos omnis culpa derivaretur, Quare vram Mtem Sermam, omi
ni cura, et studio rogamus, et obtestamur, ne ducius hanc rem, in anicipiti esse
paciatur, sed vti est, inter nos conuentum, ipsam Illmam dnam Annam, in
Conjugem recipiat, Quo faustissimo Matrimonio, multo maior accedet bene-
volencie et conjunctionis mre, communisq̄ Regnorū et Dominiorū nrorū
cumulus, et proinde vniuerse Reipublice Christiane, commodum et orna-
mentum, Nobis vero singillatim, vra Mtas, qui nunc illius consilio et ar-
bitrio vxorem ducimus, meritam referet graciam, Cui vicissim interuetu

nro, tam egregium, et se dignum opus perficiet, Quo nos perpetuo faciet sibi de-
vinctissimos. Cupimus Cæsaream Mtem vram, ex animi sententia longe
et foelicissime valere, atq illi nos plurimu commendamus.

Sigismundus .I. Rex Poloniæ Friderico Duci Legnicen. genero.

Illtris Princeps, et dne affinis noster charme, Incredibili dolore nos affecit
obitus charmæ Sororis nræ, Coniugis vræ Illtis, tum quia vita ipsius, fuit
nobis, pro eo vt debuit, multum iucunda, tum etiam, q, nondum sanato bino
animi nri vulnere, quod non pridem ex defunctione aliorum carorum nrorum
accepimus, id aliud non postremum successit, Quando tamen diuine volun-
tati placuit, eam ad se aduocare, cui aduersari nec potis est, nec licet, ferimus
et hoc dispendium solacij nri, æquo animo, Et quod magis in rem illius es se
intelligimus, committimus illi per omnes Ecclesias et Monasteria, Regni
et Dominiorum nrorum, debita iusta persolui, Vra etiam Illtas, vt prudens
Princeps, itidem facere velit, ferendo hunc casum eo animo, quo et oportet,
et eius conditionem addecet, quandoquidem ea iactura, iam nullo luctu, vel do-
lore, potest recuperari. Bene valeat vra Illtas, et nos diligat.

Petrus Tomiczki epus: æt Viceancell Friderico Duci Legnicen.

Illme Princeps, et dne honoran, Non dubito vram Illtem, in maximo dolore
esse constitutam, immatura et intempestiua morte Illmæ olim dnæ Coniugis

ſuę, Cuius ſingularis virtus, et probitas, cum mihi abunde cognita fuit, facile mihi perſuadeo, vrám ſſltem hanc iacturam, eo grauius ferre, quo magnam ex illa capere debuit voluptatem, et ~~affectionem~~ ſolationem, tamen meminiſſe dignetur vra ſſltas fragilitatem humanę conditionis, vt tantillum vitę, quod nobis cocessum est, id oporteat ex preſcripto Dei immortalis, non nro traducere, cuius arbitrio et poteſtate itidem, vt folium quod à vento rapitur, omnes agitamur. Et proinde quod prudentem decet Principem, moderetur moerorem ſuum, nec ſe afflictet, sed potius id curet, quod et illius ſſltis animę, et ſuę dignitati expedire videtur. Commendo me, et mea propenſa obſequia vrę ſſltti, Quę ſit foelix et incolumis.

Responſum a Sigiſmundo Rege Polonę nunciis Friderici Ducis Legnicenſis

Memoria retinet sacra Mtas Regia, qualiter cum ſſltri dno Friderico, Duce Legnicenſi, de dote ſſltmę olim dnę Elizabethę, et Sororis ſuę deſyderatiſſimę, illi danda, conuenerat, Idq more et conſuetudine Regni ſui, vti eius Mti congruebat, quę aliens moribus non est aſtricta.

Sig dicta ſſltma olim dna Dux Elizabeth, vel eius proles superſtes es Jes, Mtas ſua alacri animo, et minimo granato, totum id adimpleret, et ſolueret, qd erat, cum eodem ſſltri dno Duce Friderico, conuentum et conſtitutum.

Verum cum eius Alt̃as, vna cum prole sua sublata sit ab humanis, et dotes dátur propter onera Matrimonij ferenda, non videtur Mti Suæ Regiæ, et vniuersis dñis Consiliarijs suis, vt secundum consuetudinem Regni sui, et meram iusti; ciam, id reliquum dotis dandum teneretur. Quin eciam id quod datum est, me: rito et legittime, ad se, et suam redire Mtem debere censet.

Meminit prćterea Mtás sua Serma, q̃ amplum et preciosum mundum, et suppel; lectilem in auro, argento, gemmis, margaritis, et vestibus preciosis, secú Alma Soror sua, ad eundem dnm Ducem Maritum suum, asportauerit, Neq; ignorat illam, eundem mundum, et suppellectilem suam, eciam de more, et Jure Maydenburgen, et Ducatus Slesiæ, alienare à propinquis testaméto non potuisse. Sed et ipse dns Dux Fridericus, circa donationem propter nupcias, consentire nullo modo voluit, vt illius Alt̃as aliquid pro arbitrio suo testari debuisset. Quare eundum mundum et suppellectilem, nó dubitat Mtás sua pleno iure ad se pertinere. De qua repetenda, sciet Mtás sua, qua; lem se, erga dnm Ducem, gerere debebit.

De censu vero, quem illius defuncta Alt̃as, in Salinis Mtis Suæ habuit, quia pro; ventus iste Salinarum, est merè Erarij publici Regni sui, nullo modo dni Consiliarij, et Prouinciales Regni Mtis Suæ censuerunt, vt Mtás sua illú ad externos vsus conuertendum admitteret.

Quod reliquum est, Mtás sua Serma, eodem loco et existimatione habere dignatur Alt̃rem dnm Ducem vrum, quo, superstite Sorore sua charma, illú merito habere debuisset. Quandoquidem eius Alt̃as, accepta deinde in Matrimonium Alma dna Nepte Mtis Suæ, eam affinitatẽ nó modo, non

amisit, sed etiam congeminauit, Lolliceturq; eius Mtās, illius ffiltem, omni fa-
vore, ope, et beneuolencia sua Regia, tanq; Affinem suum charum, semper
complecti, et fouere. Cui et firmam valetudinem, et optimos quosq; succes-
sus fauet, et ex animo videre semper exoptat.

Gesta in oriente inter Sophin, Imperatorem
Turcorum, et Soldanum. et quo modo Turcus
cepit Alepum. Damascum. et hierusalem.
Qui voluit audire Missam apud sepulcz
Jesu Christi

Vniuersis et singulis Christianorū Principibus ac dnis. Significans vo-
bis, quemadmodum die viij Junij, M. D. xvij. Solimus viij Imperator,
de Domo Ottomanorum, bello superatus, nobilem Anagoricē Ciuitatē ami-
sit: cum fidem non seruaz set cussō lambecho Soldano Cayri dno, qui
illatam sibi iniuriam vlciscī cupiens, iussit omnes dnos Duces ac Princi-
pes, ad Concilium vocatos, venire, Vocauitq; suum filium Abel, deditq;
illi Jus Regni, et Coronam, vt poz set omnia suo arbitrio agere, tanq; ver
Imperator ac dns. Qui quidem Solimus, magnum preparauit Exercitū
Equitum Peditumq; xl, et ipse totius Exercitus Dux, preter illū solū
Ducem Vallonē, qui ductabat Equitū ac peditum numero x. millia, absq;
bellicis tormentis, qui cum Principe restiterant, Quorum numerus, inter

magna ac parua, erat ccc, decreuerunt cum toto hoc Exercitu contra Soldanum, Et hoc gestum fuit die xx. Junij. Itinere itaq; xxx dierū peracto, peruenerunt ad quandam Vrbem ipsius Soldani, in confinijs maximi Turcorum, posuitq; Castra sub ipsa Vrbe. Expugnatam itaq; per triduum, eam Vrbem tandem vi cepit, omnesq; eius Vrbis Incolas, in ore gladij perens sit. Illinc postea digrediens Antiochiam versus iter faciens, eam cum omnibus circumstantibus comprehendit die viij Mensis Octobris. Deinde Alepum petens, vbi Soldanus, maximū preparauerat Exercitum Equitum, Peditumq; xxx millia, excogitauit inuestire magnū dmn Thurcarū, et profligauit prima presidia. Sed Soldani Milites, conatum fecere, vt Thurcarū gentes dirimerent, totoq; illuc aduenięte Exercitu, ac bellicis tormętis, vltio facto conatu, ꝑ̄ uerso, profligauit, quia sine ordine pugnabant. Soldan itaq; hac re male patrata consuluit fugę, cum multis ex suis Ducibus, sed paulò post, in eo conflictu, interemptus fuit, cum octo ex suis collateralibus. Hac itaq; re bene gesta, maximus Thurcarum Dux, triduo ibidē requieuit. Quarta aūt die Alepum profectus est, quam demū coepit, vbi maximam auri argentiq; copiam inuenit, ex qua totum Exercitum recreauit. Postridiuum vero Damascum petijt, ac eam vi coepit, Vbi xx diebus cōmoratus, peruenit Hierosolymā, coepitq; omnes circumstantes vrbes, et Opida, numero xxx. Accessitq; ad Sepulchrū Christi, ac totū illū parietem, quem Soldanus ibi fabricari iusserat, iussit dirui, vt clarius sepulchrum ipsum cerneretur, voluitq; ibi rem sacram fieri, hoc est audire ibi vnam missam, à fratribus sancti Francisci, quibus largitus est Decem Millia Asprorum, et simili modo eisdem fratribus duo Millia

Ducatorū annuatim ex censu, quo viuerent, elargitus est. Item edictū fecit ex suo iussu, vt omnes et singuli Christiani, qui Christi Sepulchrum adire vellent, essent liberi, et nihil aliud soluerent q̄ xy asperos absq; aliquo Incolarum timore. Vbi x. diebus requieuit. Deinde est Cayrum profectus. Est aut̄ nunc Cayras, quē olim Nemphis dicebatur. Discessit aut̄ Hierosolymis die xxiiij Januarij, M°. D°. xvj°. Et in eo itinere, inuisere voluit Corpus dnæ Catharinæ in monte Sinai, spacio iij. dierum à Hierosolymis. Iussit itaq; Dux ipse Thurcarū, aperiri ipsius dnæ Catharinæ sepulchrū, inspexitq; corpus illud, ita recens et integrum, tanq̄ si ea die ibi positum esset, et adorauit illud, peractaq; oratione, vocauit ad se Cairo, et donauit illis iiij millia Seratos aureos. Item dictus dux, præparato maximo, pro itinere, cōmeatu, propter longa itinera, asperaq; et arida, et harenosa, sitibundaq; et inculta loca, Oneranit vtribus aquarum plenis, et coeteris necessarijs rebus xiiij Millia Camellorū, et cc. curcurus, tormentorum bellicorum, mille munitionum plaustra, nr̄o more. Progressi itaq; die primo Februarij, In quoquidem itinere multi occubuerunt, tum propter itineris, ac solitudinis, magna incōmoda, peractisq; xvij diebus, hora xviij, die vero Jouis, vnde Mamaluchi inuestierunt D. Turcum, et qui cum essent fessi, et agitati laboribus, idem Dux fecit eos, regulari mil. xx. Videns itaq; D. Thurcus inanimatos, solicitabat omnes suos Duces, Item Armigeros, aliasq; gentes excitabat, nunq̄ Cæsar, bellum die nocteq; tale gessit, vnde vi bellica, moenia dirnerunt. Videns itaq; Soldanus hmōi infortunium, cum quatuor millibus Equorum, arripuit fugam, ne in hostium potestatem redigeretur, aut turpiter

Corp. S Catharinæ

ingularetur. Absoluto bello die Veneris, hora xxiij. dns Thur, requieuit di-
es iiij. Interim suorū omnium recensuit, vbi desyderata sunt xxxvj. millia.
suorum, Ethiopum aūt non erat numerus. Vnde existimatur ex vtraq
parte cecidisse supra centū Millia pugnatorum. Prnceps aūt ipse
Thurcarum, iam victor Vrbem Cayri, xx februarij die ingressus est.
In primo aūt ingressu, erant omnes Geniceri et Timerati, Secunda co-
hors erant omnes Asapi, et Prētoriani, In horum medio ipse Dux, sub
vexillo, et Cymphio, alboq villo, quod Zapoletum appellant, et is aurea
sagittam manu gerens, post eum vero sequebantur xiiij millia equorum, om-
nes quidem prēciosissimis stragulis, atq phaleris adoperti, Et in ipso Vr-
bis Cayri ingressu, omnes populi egressi extra Vrbem, vt cum honore, et
laudibus, nouum Principem exciperent, omnes eciam vociferātes, hūc ipsu
tocius Orbis futurum Imperatorem, liberaturumq Cayrum, ex diuturna
ac durissima seruitute, Et is maximo Comitatu stipatus vsq in Regia
sine Palacium principale, Vbi prēparatum erat aureum solium, in quo
collocatus fuit, Cui assignate sunt iiij. millia Clauium, tocius Cayri.
et xxij Cameli auro onusti at argento. Item ipse Thurcarū Prnceps,
edixit per Prēconem, sub capitis poena, vt nemo vexaret Christianos,
quos Francos appellant, neq Ethiopum mulieres infestarent, vnde maxi-
mo cum honore, ab ommibus excoeptus est. Ex rebus gestis non om-
nia, sed quēdam descripta sunt, quē minime silencio prētermittenda
erant, scripsimus, Sit foelix. B. V.

Copia brarum ex Neapolj

Nouiter, xxvij preteriti Mensis, Sophis erat distans itinere dierum trium, à Territorio D. Thurci, quottidie tamen eius acies Incursiones faciebant vsq; in Confinia D. Thurci, non sine maxima eius gentis iactura et incommodis, Propter quod. Cherses bassa, fuit creatus Belliarchus Natalie, tutandi confirmandiq; causa eius Territorij, lx, cum cerneret instare magnum periculum, oblatam prouinciam renuit, asseuerans se nolle, talia, et tam periculosa negocia gerere, Maximus itaq; Thurcus, sub rebellionis poena ei precepit, vt tali negocio et offitio fungi deberet, Coactus itaq; magno cum belli apparatu, ex numerosissimo Excercitu, trajciensq; eum per Natalia, sed inuitus, eaꝫ sumpsit prouinciam.

Recens vero Classis Thurc, Constantinopoli preparatur, que est triremium L, et pro maiore parte Triremes, et iiij nauilia, et vt in hac Epistola scripsi. paulo ante, se se preparat, et accingit se futuris bellis, per totum presentem Mensem. vt creditur, nauilibus soluet, expectanturq; indies nauigia Coppe, quibus certitudo huius rei intelligetur, et de singulis vos cerciores faciam, notificans vobis indies que acciderint.

Copia Marini ex Neapol

Die vero xxx. Julij, quidam noster Civis fuit in colloquio, cum Secretario fa-
bularij Peloponensi, qui appellatus est Cernota, sed Christianus, Est autem
Peloponesus, quē nunc Morea dicitur, Retuliteq ei qualiter die xxix eiusdem
Mensis venit ex porta quidam Curialis nomine Amelis ad eundem fabula-
rium, Qui fecit edictum ex iussione Maximi Thurcarum, vt prepararet om-
nes Remiretos et Thurcas, qui essent in Peloponeso, vt prepararent se, vt
secundo edicto, accincti essent ire contra Sophin, vt per Seruiam, Albaniam,
Bossinam, et eciam loca, ad quē Nuncij missi erant, vt ad hunc finem per-
venirent, et vnus ex filijs magni Dñi x. millia equorum miserat, vt oc-
curret disturbandi causa hmoi machinamenta, et singula supradicta x.mil-
lia Sophis coepit, ac viua interemit, et duo iussit decoriari, et singula
in matura morte iussit occidi, Qua itaq re intellecta D. Thurcus decre-
vit mittere suos Bassas contra Sophin, tanto Exercitu, quanto pro se
ipso prepararet, Subiungit eciam dictus Cernota euasisse è manibus So-
phis non amplius xxv Thurcis, cum nummis et muneribus multis, Iccirco in-
telligens Peloponesi fabularius, magnū periculum scripsit Suosnesso, qui est
valde vicinus portē sui corporis et satis necessarie, in illis partibus pro-
pter Hispaniam, de qua inquit se multum dubitare, rogans ne velit amouc-
re ex Peloponeso, neq ipsum, neq suam Curiam, sed residuum tocius al-
terius gentis, et si necessitas cōgerit, ipse eciam cum tota sua Curia,

se profecturum pollicetur ad hanc prouinciam, vt pareret magno Regi Thur-
co suo dño, Sed multo melius erat, ne cum loco amoueret propter supradi-
ctas causas.

582

586

591

276

Hungarus. Christofero Schidlouicio

De Statu Aulæ Vlad.slai Regis et Regni Hungarie

Magnifice domine fautor et amice mihi colendissime. Salutem et perpetuam felicitatem. Expetebant Magtiæ vestræ in me merita, et singularis eius humanitas, qua me eadem iampridem prosequitur: et nouissimè Nuncios meos et Tranciny et Cracouiæ, tempore nuptiarū Germi coniugis domini nostri Regis Poloniæ, abundè complexa fuit, vt frequentiores ad eandem dazem vrās, quæ et animi mei erga Magnificentiā vram propensissimi iugis testes essent, et saltem in agendis gratijs grati officio fungerentur. Sed quia Magtia vestra nonnulla mihi per Præpositum Colocensem ex Cracouia significauerat, cōmodum et dignitatem Germi Regis Poloniæ concernentia, ardua quidem, et quæ tractu temporis non modò ad efficiendum, verùm etiam ad rectè inuestigandū indigebāt, quandoquidem mali actionibus suis semper latebras quærūt, malui aliquantisper apud Magtiam vestrā vltemq; Regia, tarditatis vitio ꝑ modicæ diligentiæ et fidei, in rebus mihi comissis, notari, præsertim cùm indignum semper existimauerim ad aures illius vltrò minus explorata, sed ea duntaxat quæ maturiore inuestigatione vera ac indubitata comperi, afferre. Præterea nec inconsultū putaui, si proximè præteritum Conuentū, qui nobis ad festum beatorū Petri et Pauli Apłoꝝ Budæ indictus fuerat, expectassem, quo et aduersariorū machinationes faciliùs et apertiùs deprehenderem, clariùsq; ꝑ ex variorum relatibus eorum prauа desideria cognoscerem, et cum vltc Regia alijsq; bonis et rectè sentientibus, præcipuè verò cum Illustri domino Voiewoda Transyluano, ad obuiandum eorum conatibus coram agerem et tractarem. Sunt enim ipsi conatus noxij et periculosi, nisi ꝑ primùm reprimantur. licet quandam speciem probitatis præseferant, finis tamen eorū omnino metuendus est. Et vt Magnificentiā vra seriem rei cognoscat, Regiaq; ꝑ Maiestati illam apertiùs declarare possit

Imprimis sciat, dominos Palatinum et Epum Quinque Ecclesiensem con-

innctissimos esse, multis ipsos fidei ac fœderis vinculis colligantibus, et hoc quidem in finem eum, vt ipsi pari consilio et voluntate Regiam Mtem quoad vixerit vna cum Regno Hungariæ soli gubernet, et adhuc in vita Regis tantam sibi authoritatem conflent, vt summa gubernationis, et omniu rerum apud illos etiam Rege defuncto remaneat.

Machinantur etiam vt Regem Ludonicu ab Ill'ma sorore sua ad inhabitandum diuersa palatia disiungat, et hoc prætextu honoris et reuerentiæ Regiæ dignitatis se agere simulant, vt videlicet iam Germus Rex Ludonicus amplius non inter fœminarii gregem, sed inter viros educetur, et per se vt coronatu Regem decet Curiam suam habeat, quæ etiam ab ipsis dominis et præcipue filijs Baronum frequentetur. Multi tamen opinantur longe aliam causam subesse, vt ipsi sensim exclusis illis qui eum educauerint, ipsum in potestatem suam recipiant, eiq; pro arbitrio eorum Magistros et custodes deputet, qui ipsis per omnia morigeri sint, et pro arbitrio eorum omnia faciant.

Cuperent etiam summopere Castellanos modernos Castri Budensis immutare, nec desinent tentare, nisi eorum audaciæ tempestiue occurrat. credunt enim hoc solum summæ eorum felicitati deesse.

Præterea dnus Quinque Ecclien ordinauit officialatu Banatus Regnoy Slauoniæ et Croatiæ dno Palatino, vt quemadmodum dnus Voiewoda Transyluaniæ est præfectus, sic pari modo ipse istis duobus Regnis præsit et imperet, vt Magistratu eo non sit inferior, et quoties opus fuerit res nouas moliri queat. Quod quidem comodissime fieri poterit, si quid illæ duæ prouinciæ contiguæ sunt dominijs Germi dni Regis Rom; in quem ipsi totis viribus et affectibus incubuerut, vt scilicet eundem in Tutorem liberorum Regiæ Mtis et Regnorum suorum præficerent, et hoc non sine spe magnorum præmiorum agut. Nec solum à Rege Romanoy illa duntaxat expectando qui eis plurima et maxima est pollicitus, sed quod multi præsagiut, vt procul agente Rege Romanoy, et semper remotissimas prouincias, vt solet, lustrante, ipsi, et præcipue Palatinus,

gni inexplebilis cupiditatis omniumq; nostratiu homo ambitiosissimus
est, opportunius tutoris et gubernatoris officiu inuadere et usurpare posset.
cum alioquin eiusce modi officij vices à Rege Romanoru, sibi et nemini
alteri committi speret. Quibus acceptis, primum nomine officij, oppressisq;
potentioribus in Regno, deinde tractu temporis ob Regis Romanorum
absentiam, facilè illum, et propter innatum odium Hungaroru in Almanos,
et propter negligentiá illius principis quæ apud nos vulgatissima ha-
betur, quoties voluerit, à Regni gubernatione possit excludere. Quòd
si res eo ℂ quod DEVS auertat ↄ deueniret, certè non est dubium quin
protinus ad maiora aspiraret, ac firmu solidumq; principatu quæreret,
qua quidem re quid periculosius Germo Regi Lodouico accidere posset,
planè nescio. nec exempla longè petantur. proponamus nobis Regem
Ladislaum foelicis memoriæ auunculum principum nostroy, cùm per
gubernatorem regni Bohemiæ, in ipso flore ætatis, impellente nefanda
dominandi cupiditate, optimo quidem et innocentissimo iuueni, vita
erepta fuit. Sunt multi et varij casus et plurima pericula, quæ Regi
Lodouico, cùm ob multa, tum ob eius teneriorem ætatem, cauenda et for-
midanda esse debent. quibus nisi tempestiuè et celerrimè per fraternas
vtes, iunctis comunibus consilijs, diligentissimè obuietur, verendu est
ne acerbissimos casus et fortunæ varia ludibria experiatur.

Accedit ad hæc quòd paterna Regia vtas adeò magnis necessitatibus
ferè quottidiè vrgetur, vt quandoq; necessaria non modò curiæ tanti prin-
cipis sed etiam mensæ desint, et hoc quidem frequenter et adeò indecenter,
vt me pro honore vtis suæ et Regni pudeat scribere. Et forsan plures
et grauiores necessitates sunt, q; quòd omnes eas calamo comprehendere
possint, quas vtas sua adeò patienter tollerat, vt ratio etiam aliquod
displicentiæ signum ostendat, licet omnes vno ore eiusmodi vtis suæ
inauditam patientiam vehementer improbet, vtpotè quæ non tantum
vti suæ sed et Regno perniciosissima est. Sed illi mens immota manet
frustraq; à fidelioribus admonetur. Sed nisi alios mores vtas sua
induat, statumq; suum in meliores et principe dignas conditiones restituat

cunctos denq; improborū hominum errores emendet, certe non facile cogitare possum, qua spe et fiducia quoue ordine liberos suos, non modo ad imperandum sed etiam ad honeste viuendum relinquat, nempe iuxta dictū Saluatoris, si hoc est in viridi, quid erit in arido. Si accepta beneficia à Mte sua, ipsa adhuc viua et incolumi, ex animis hominū exciderunt, certe extincta ipsa ne vestigium quidem gratitudinis apparebit. Et vereor ne etiam amore remoto, odium in eius locum succedat. quod plerumq; fieri solet quando subditi in officio non continentur, sed eis omnia licere permittuntur. Nam qui assuetus est patrem decipere et contemnere, ille proculdubio filium longe magis aspernabitur et grauiore odio prosequetur.

Quae autem causa sit, cur Mtas sua ad tantam inopiam et indignitate deuenerit, certe praeter Mtis suae nimiam indulgentiam, et illorum quibus se totam credidit perfidiam et rapinam assiduam, nemo rationis compos inueniet. quoniam Mtas sua et subsidia à Regnicolis singulis annis accepit, et alios etiam redditus ordinarios ex fodinis auri et argenti et salium, item de Saxonibus et Tricesimis, et alijs locis et prouincijs habet, sed illa alij percipiunt, ipsa illis contentatur duntaxat quae ei voltro offeruntur. Nec in quenquā animaduertit aut punit, sed potius eos, qui ipsam non modo prouentibus depluman̄t, sed etiam ipsa authoritate spoliant, amat et obseruat, et absq; illorum consilio nihil prorsus agit, et signanter dñi Quinq; eccliē, penes quem est summa rerum omniū, et sine quo nihil factum est. Adeò nescio quibus incantationibus illam Mtem sibi conciliauit, vt neglectis omnibus alijs dnis, nisi quando de periculis, vel praestando auxilio agitur, solius ipsius consilio tanq; cuidam oraculo Apollinis innixa est. Quae quidem pericula et subsidia praestanda nobiscum lubens conicat, honores et commoda sibi seruat. ib tamen Palatinum solum in partem potestatis et commodorum acceptat. Habet et Mgrm Curiae, et Blasiū Raskay cum illis tamen non nisi vulgaria cōmunicat

Cpum etiam Varadiensem amplectitur, et eum in Thesaurarū creare

nititur, ex quo et affinis est, et vt ipse credit, sibi per omnia obediens. Preterea tot exploratores in Curia Regia vndiq; subordinauit, vt difficile quicq; dici possit, quin sciat resciat, et hoc ea ratione. Veretur enim ne quis fidelitate suam Regiæ Mti aliorsum interpretetur, q; ipsemet Mti sue de ea persuasit, homo bonæ et synceræ conscientiæ, qui sibi nihil confidit, sed omnia metuit.

Sed miror profectò Mtem Regiam, quæ prudentissima est, vt eadem per tot annos et cum tot iacturis, hominem cognoscere non potuit aut noluit. enimvero etiam perditis consilijs ad presentes miserias et calamitates, iam ingravescente etate, prolapsa sit, dico autem eius consilijs, nam ipsis potissimè Mtas semper vsa est, et alijs posthabitis illum penes se in summa gratia, authoritate, et officio Cancellariatus retinuit, priuata et publica omnia illius arbitrio moderans. Qui vt oblata fortuna diutius potiretur, id sigñanter apud Mtem Regiam semper egit, et exclusis reliquis omnibus solus authoritatem omniū rerum transigendarū vsurparet: officia quaq; et beneficia suo et nō Regio cōmodo distribueret, reliquaq; omnia in rem suam magis q; in principis vel patriæ referret. Quo factum est, vt homo ipse humili genere natus, breui tempore diuitias Regales et penè infinitū thesaurum accumulauerit, Rege et Regno non solum egentibus, sed iam etiam in periculo ob inopiam versantibus. qui denig; tantis thesauris fretus, non de præsidio et conservatione Regni, quod probum prælatum et gratū hominem deceret, sed vt fama est, de quiete et fuga meditatur.

Qui insuper non contentus Epali dignitate, quæ in Ecclesia dei primaria est, Galerum rubrū insigne Cardinalicium sibi dari deposcit. quod si assequetur, licet arrogantissimus sit, longè tamen insolentior reddetur, et non solum alijs, sed etiam Regi difficilem et inexorabilem se præstabit. Quæ res ne ad votum sibi succedat, vtriusq; Mtis opera et authoritas interponenda est. longè enim maiora animo concipiet et audebit, si ea dignitate potietur, in externis q; Regnis fidentius beneficia ambire, ac maiora tradimenta agitare incipiet, ex quo Cardinalibus plura beneficia vbi; cunq; locorum tenere permittuntur.

Habet etiam in animo vnà cum Palatino fixum, vt si Sermus Rex Polonie tutoris officium, et curam Nepotis, defuncto Rege, armis quærere et

obtinere moliretur, vt Valachos Moldauum videlicet et Transalpinum, contra Vtem suam concitaret, quorũ hostilitate eius vtas distracta et impedita, huic negotio intendere nequeat. Et hoc ipse dnus Palatinus se facturũ cuidam mihi fidelissimo dixit. ipse autem totus ex lima et imperio Quingꝫ Ecclesien pendet. nam is sibi gratiam Regis et concilianit et conseruat. ipse autem inter populares et aliàs vbicungꝫ opus est, ea quae proposito eorum inseruiunt, et seminare et agere non desistit. magnamq; partem Nobilitatis sibi in clientelam asciuit, quorũ auxilio faciliùs populariũ animos ad se alliceret.

Miserũt etiam ad Regem Romanorũ dominũ Miedzirzeski, qui totus illuc pendet, et iam nonnullas Arces à Rege Romanorũ habuit in facto Nuptiarum sororis vtrinq; Regis. Quod quidem laudabile foret, si ad effectum deduceretur, et etiam pro desponsatione filiae Regiae Vtis, et sponsae Regis Ludouici: qui me apud Regem existente nondum redierat. Tamen ego credo non Nuptias illos quarere, sed viam qua Regiae vti persuadere possent, vt Regi Romanorũ, et nemini alteri, se liberosq; suos ac Regna sua committat. Asserũt enim Vtem Regis Poloniae multis et grauibus negotijs implicitam esse, assiduecq; Regna sua Tartarorũ et Moscorum incursionibus premi et vastari, nec posse libere defensioni huius Regni vacare. quod quidem Regnum assiduo et vigilantissimo propugnatore indiget. Haec vulgò spargunt, sed et alia secretiùs causantur.

De nuptijs tamen Germi dni Regis Lodouici, pro certo ex dno Vesprimien qui ad conuentũ nostrum à Rege Romanorũ redierat, ita intellexi, quòd Neptis Regis Romanorũ sibi data sponsa esset, nomine Maria. Et licet Jusiurandum non interuenerit, tamen Rex Romanorũ hoc publicari fecit. emitq; munera quae dnus Vesprimiensis nomine Regis Ludouici, inscio Rege nostro illi offerret. et rursum misit etiam Regi Ludouico nomine illius puellae quoddam monile paruum, quod solet in pectore geri, iudicio meo parui valoris habita ratione dignitatis mittentis.

De Nuptijs tamen conficiendis filiae Regis distulit negotiũ, dicens se operam daturũ, vt illam maiori natu ex Nepotibus suis collocaret, qui esset nunc Rex Castellae, et successurus esset etiam Regi Hispaniae in reliquis quoq;

561
281

Regnib. Se tamen pro nuc hoc facere non posse dixit, quonia dedisset spem Regi Anglie, vt sororem suam eidem Nepoti suo in coniugem acciperet, que puella eodem Nepote Regis Romanorū natu longe maior esset. Et quia nuc eius opera contra Regem Francie plurimū his temporibus indiget, non esset sibi integrū ac securū pronuc eam spem tollere et nouum matrimonium publicare.

per Cesarem Elisabeta

De ducenda autem sorore vtriusq; mtis sibi in coniugem, negotium ad deliberandum distulit. Has autem Nuptias liberorū Regie mtis, dnus Strigonien', medio huius domini Vesprimiensis Regio ac suo nomine sol: licitauit, et vt publicarentur multum institit, et instat assidue.

Ipsum autem dnum Strigoniensem fama est suminū Pontificatū ambire, nec reditus eius pro certo apud nos expectatur, licet multa fingat et signi: ficet de celeriori suo reditu, ipse tamen iam omnes Hungaros, qui eum comi: tati sunt, dimisit, et Italos in clientelam accepit, ac eorū ministerio et opera instar aliorū Cardinaliū, victu et alijs omnibus se illis conformans, vitur, Nec miror si in senectute vitam tranquilliorem tutioremq; delegerit, cum hic frequenter non paruis molestijs et periculis exagitatus fuerit.

Ex hac itaq; serie rerum prescriptarum Magtia vra cum ate Regia facile considerare poterit, quorsum Palatinus et Quinq; Ecclesien tendat, et quomodo sint in mtem non modo Germi domini Regis Polonie, sed etiam in ipsorum principem liberosq; eius animati qui nihil aliud preter eorum comoda presentia et futura respiciunt. Certe mtas sua ab illis preter hostilitatem sibi et suis Regnis nihil prorsus expectet, quod etia aliàs sepe experta precipue in Quinq; Eccles' est. Et nisi opportune proniderit, cum maiori damno propediem experietur, quoniam neq; ab inceptis desistent, sed illa quoad celerius fieri poterit perficere tentabunt, et indies maiora iactis fundamentis conabuntur. Nam aliquod magnum sacerdotium à Rege Romanorū expectare dicitur, et ipse male libenter Hungaris confidit, metuitq; ne detectis artibus suis, dedecus ab eisdem et alia grauiora patiatur. Spem tamen totam in Palatino fixit, credens ipsum ab impetu populari eum tueri et preuenire posse.

Ipse autem Palatinus magno apparatu et sumptibus vadit illas pro:

vincias occupare, vt vel ex hoc elici et metiri possit, q̃ magna spe illum vngratum inierit licet prouincia periculosissima sit, et præcipue terræ illæ ab Croatia desolatæ maxime, et Turcorum incursionibus infestæ habeantur. Alacri tamen animo ad hoc opus accingitur, speransq̃ hinc facilem et certum gradum esse ad altiora. Quæ vt magis ex sententia illi accidat, dñus Quinq̃ecclesien' illi omnes facultates et vires suas obtulit, vt quotiescunq̃ pecuniæ sibi deficerẽt, ad eundem tanq̃ ad seipsum fiducialiter recurreret.

Castra etiam nonnulla Illmi domini Marchionis collata insimul pecunia emere voluit, nulla habita ratione quod ea castra ad Regem Lodouicum dominum eorũ denolui optimo Jure debeant.

Sunt plurima quæ de illis scribi possent, sed non pauciora credo restare quæ inclusa in pectoribus gestant et nondum detecta sunt. Quamobrem curandum esset summopere et elaborandum Sermo domino Regi Poloniæ, ne à talibus hominibus tam insigni iniuria afficeretur. Quid enim indignius et minus ferendum vti sue accidere posset? q̃ quod hi externi quempiam in manifestum dedecus et præiudicium vtris suæ tutelæ Nepotis sui præficeret, vtemq̃ ipsius, ad quam eiusmodi tutela Jure sanguinis et gentium pertinet, ab eadem depellerent atq̃ excluderent. Qui si hoc efficere possent, minime his finibus et ea duntaxat iniuria contenti essent, sed semper contra vtrem suam et Regna eius totis viribus aduersa quæq̃ molirentur, ne scilicet vnq̃ vti suæ sumendæ vindictæ occasio aut facultas superesse possit.

Præterea nonne hæc Regna Hungariæ et Poloniæ adeò coniuncta et vicina, totaq̃ communibus hostibus vndiq̃ circumfusa sunt, vt nisi mutua charitate et intelligentia interueniente, iunctis consilijs et viribus sese defendat, necesse est altero periclitante alterum concidere. Quod equidẽ necessario euenire debet, q̃ primum post obitũ Regiæ vtris ipsa Regna à pluribus inter se dissentientibus gubernari contigerit.

Nuper cum Calendis Julij accersitus ad vtrem Regiam accessissem. Serenitatem suam super his omnibus prolixiori sermone alloquutus fui,

præsentem statum suum, quotidianas necessitates, perfidiam et inobedientiam nonnullorum subditorū suorū, pericula liberorū et Regni, quæ illis domi foribꝫ plurima imminerēt, ante oculos ipsi proponens. Nouitercꝫ designatum Cæsarem Turcorū, quem virū acrem ac vehementem in agendis rebus, ac Christiani sanguinis percupidum ferunt. Hortando vltem suā vt sibi, liberis, Regno tandem consuleret, seꝫ in authoritatem Regiam vendicaret, denicꝫ inter bonos et malos discrimen faceret, enumerans ꝗꝫ plurimas rationes, quibus vti sua id factu facillimum ostenderem, omnesꝫ bonos hoc votis exoptare, paucos, immo duos vel tres ad summum, aliud desiderare, nec tamen illos audere aut posse resistere, si vtus sua serio et constanter rem aggredi dignabitur. Nihil tamen præter quietā audientiam et signa nonnulla gratiosi animi elicere potui, existimo vereri eum illos quibus ipse terrori esse deberet.

Porrò de tutore liberis constituendo pluribus verbis egi, incertū vitæ mortalium eidem proponens, desiderium et practicā aduersariorū amplo sermone declarās. Regis Romanorū in rebus etiam propriis vulgatissimam negligentiā, animi mutationē frequentissimā, maximā patrimonij et dominij sui prodigalitate, assiduam inopiam, continuū suum per remotissimas Imperij prouincias discursum, cui primꝫ etiam refertū necessitates ac pericula Regni possent, ob vicinitatem Turcorum, iam actū de nobis esset.

Dicci etiam hoc quas practicas cū Stephano Voiewoda Moldauien contra vltem suam habuerit, quæ contra fraternas vires apud Moscouitas machinatus fuerit, semperꝫ hanc familiam persecutus sit. denicꝫ me etiam titulo Regni Hungariæ vitiue, Jusꝫ se in illo successionis habere pretendit. Insuper immortale Hungarorū odium in Almanos, quorū iugum nunꝫ subirent, quapropter haud securum et conueniens esset agnū lupo committere. Contrà de Germo Rege polonie, qꝫ esset frater et obedientissimus quidem. Quis autem fidelior ꝗꝫ frater fratri fidelior esse potest? cui etiam Jure sanguinis et naturæ absꝫ insigni iniuria nemo ea mitre anteponi posset, cum etiam id à populariibus

id obſeruetur, vt ad eum potiſſimè qui proximior genere eſt, cura pupillorum deuoluatur. Item quòd Rex eſt et vicinus quidem, ac adeò contiguus vt penè omnia pericula vtriuſq; Regni ſint cómunia, quæ etiá cómunibus cónſilijs et viribus ſubmoueri decet. Res enim tua tunc agitur paries cùm proximus ardet. præterea beneficio Mtis ſuæ in Regem creatus, quod equidem maximú grati animi et inuiolatæ fidei perpetuum vinculum eſſe poteſt.

Ode virtutes Principis illius, iuſtitiæ amorem præcipuú, pietatem in ſuos maximá, cónſilium in rebus agendis admirabilem, ſingulare prudentiam, promptiſſimá induſtriam perpetuá conſtantiá, et fidei inuiolabilem obſeruationem, fortunã fauſtam et foelicem, in defenſione ſubditorú ſuorum aſſiduam vigilantiá, et frequentem de hoſtibus triumphum. Sed quòd prouinciæ Valachiæ vtriusq; abq; eiuſdem auxilio, neq; à Turcis defendi, neq; in officio contineri poſſunt, quæ res q̃ neceſſaria etiam in præſentiarũ ſit, vtriuſq; Valachi perfidia facilè declarat, quorú fides à fortuna Imperatoris Turcorú pendet, ſemperq; nõ iuſtiores ſed potentiores partes ſequitur.

Si autem Regia Mtas duos in tuborem conſtituere vellet, nulla re q̃ hac Regno deterius conſuleret. neceſſario enim diuerſæ in Regno factiones in Regno orirentur. Alij Regem Romanorú, alij Sermú Regem Poloniæ ſequentes, et quod vnus iſtorú faceret, alter abrogaret. quæ res ſola euertere Regnum ſufficeret.

Fui itaq; in ea re prolixior, et libero ſermone vſus, iuſtitia et veritate fretus. Alij enim qui contrariú ſentiunt, neq; Regi et liberis eius, neq; Regno, ſed priuatis ſuis cómodis conſulút, quos deus vnà cum perniciosis factionibus ſuis perdat.

Viſa fuit admonitio mea Regi non ingrata eſſe, et præſertim de diuobus non cõſtituendis comprobauit meam ſententiam, libenterq; frna Maieſtatis mentionem audit.

Proinde Magnifice dne, ego quod potui egi, non ſolùm cũ ſumma fidelitate ſed etiam cum periculo perſonæ meæ. Nam quòd aliquoties cum Mte Regia remotis arbitris longiore ſermone locutus ſum, adeò magna

suspitionem de me conceperũt vt dñus Quinq; Ecclesien̄ mihi significare non dubitauerit minime à me expectasse, vt contra honorem suum pro Sigillo laborassem, cuius ego nec mentionem hoc tempore feci. Scio etiam quod Regiam vram aggressus fuerit scisscitandi gratia ab eadem, quae locutus fuerim. Spero tamen me hoc preuenisse. Sunt igitur mihi hostes acerrimi, nec ignorat q̄ multũ Ger^mo Regi poloniae debeam, quantumuis cupiam, vt illius vtis consilio reb et negocia Regis nostri deinceps transigantur, eorumq; imprudens temeritas retundatur. Et reuera nemo est praeter dnum Voiewodam et me, qui illos etiam in minimo aperte vel verbo offendere audeat.

Quare vram Magtiam vestram oro et obsecro, vt has lras praeter vram Regiã et vrãm Magtiam nemo videat, nam ipsos vbiq; habere exploratores certum est. maximũ enim exinde mihi periculum immineret. sufficit vt Magtia vestra illas et vtras Regia perlegat. Sed nec sciant alij vel hominem vel lras illuc misisse. vtras autem Regia pro sua altissima prudentia facilè per se et lras meas intelligere, et quibus remedijs succurrendum sit prospicere poterit. Lrae etiam postq; lectae fuerint q̄ primùm comburantur, ne per errorem et incuriã in manus cuius piam alterius incidat, etiam atq; etiam rogo et obtestor.

Dominus etiam plebanus Budensis nihil de his intelligat. Poterit tamen in generali vtras sua me sibi commendare, ex quo est continuus apud Regiam vram, et alia etiam negotia Ger^mi Regis Poloniae apud illam agit, et eidem cõmittat ne se ab Epo Quinque Ecclesiensi decipi patiatur: quoniã vtras sua intellexisset illũ blandiri sibi coepisse.

Scripsissem etiam vti sue, sed quia non vtras sua, sed duntaxat vra Magtia de his mihi per Praepositum Colocensem nunciauerat, ad eam rescribere volui, et haec omnia melius, ipsius Regiae vti nota fieri, quia, doquidem Magtia vestra et gratiae illius principis mihi conciliandae conseruandaq; author extitit, et eandem vti Regiae fidelissimam semper cognouerim. Credo igitur me in hoc nihil errasse.

Quibus aũt artibus, quoue ingenio excitanda nobis esset vtras Regia Ger^mi Regis Hungariae, vt rebus suis satis superq; afflictis, et liberos

securitati, fraternæq; illius Mtem dignitati consulat, præter vnicũ remediũ non inuenio, adeo enim à Quinq; Ecclesiẽ obseruatur et custoditur, vt ne alloqui quempiam alium ꝑ ipsum longiori sermone, aut sẽ aperire alicui audeat. Est hoc tale, vt Germ^us Rex Poloniæ, postpositis omnibus alijs curis et negotijs, cum Mte sua quanto celeriùs fieri poterit, personaliter conueniat. Pro qua re conficienda, mittenda esset, indicio meo, Magnificentia vra, et celeriter et abq; magna comitiua, quò celeriùs proficisci et redire posset. Bonum esset tunc ibi et dnum Palatinũ Transsiluaniæ constitui, cum quo simul Mag^tia vra pro Conuentu fraternarum Mtum ꝑ primium concludendo totis viribus instaret.

Causæ autem congressus multæ possent allegari. Electio noui Cæsaris Turcorum, qui cham Tartaris affinitate coniunctus est. Vtriusq; Valachi ad ipsum Cæsarem vehemens inclinatio. Pericula comunia Regnorũ. In Regno Hungariæ Mtis suæ status debilior ꝑ par esset, et ꝑ ex illo vel Mtas Regia, vel liberi eius, se et Regna sua manu tenere valeant. et alia plura quæ Mtas Regia cum suo prudentissimo consilio copiosè inueniet.

Locus autem Conuentionis in Regno Hungariæ, contemplatione Mtis Regiæ quæ podagra vexatur, indicio meo constituatur. Nec opus est magnis vtriq; apparatibus, cum fratres sint, et reb mor̃a non patiat̃, nempe et aduersarij magnopere vigilant, et Mtas Regia senio ac morbo grauatur. Non est autem dubium, q; si Mtas sua hunc parum labor̃ suscipiet, et cum Mte fraterna constituetur, vt omnia negotia ad vota sua transiget, et non solùm Regnorum suorum statum firmabit, sed etiam in Regno Hungariæ ea quæ facere voluerit, facultatem faciendi nanciscetur. tantumq; rebus et cõmodis suis per hoc adijcet quantum pronunc vix cogitari possit.

Hortetur itaq; pro DEO Magtia vra Mtem suam, vt in hoc laboret, et hoc omnino facere non negligat. Sit etiam certa Mtas sua, quòd hæc nunq; absq; præsentia Mtis suæ, etiam si continuos Oratores apud Regem nostrum habebit, efficiet.

Esset autem hoc

Esset autem hoc in negotio maturandum vt ante dietam, quam ~tas Regia in Regno Hungarie celebratura est, fraterne ~tes conueniret, vereor enim ne in dieta aliquid tale aduersarij moliantur et efficiant, quod postea non erit integrū Regi nostro retractare, et cum fraterna ~te conuenire aut aliud quicquā constituere. nam nihil magis aduersa pars metuit, q̄ conuentum istarum ~tum, cui totis viribus resistunt, et resistent. Conventus autem apud nos circa festum sancti ~martini celebrabitur, licet adhuc certa illi dies non sit constituta. differri tamen propter varias necessitates in longius non poterit. ib autem Conuentus omnino antecipandus est.

Certa autem sit ~tas Regia, quod omnia cum fraterna ~te efficiet quecunq̄ desiderabit, et aduersarios suos facilè remouere à gratia Regia poterit. Sunt enim multe cause et rationes, quæ non solùm ~tem Regiam, sed totum etiam Regnū concernūt, quibus eos pro arbitrio suo offendere et damnare, animūq̄ Regis in suam sententiā trahere remota omni dubitatione poterit, quas longū et periculosū est in præsentiarū prosequi. sufficit quod ~tas Regia dum modò cum fraterna ~te conueniat, tempestiuè oia resciet et intelliget.

Certè si haberem vnum bonū socium, egomet haberem spem posse illos ex loco quem nūc obtinent, depellere. Nam et ~tas Regia plus eos metuit q̄ amat. sed solus sum, nec in Curia diu perseuerare cum honesta occasione hactenus potui, cùm nec officium habeam, cuius gratia illic comorari debeam, nec Regia ~tas me saltem verbo retinere curauit, vt penes ~tem suam manerem. Quod ego etiam absq̄ officio, vt Ser^mo Regi Polonie inseruire commodiùs potuissem, libens pronūc fecissem. Coactus itaq̄ fui discedere, quandoquidem iuxta illius sententiam. Frustra niti, et nihil aliud q̄ odium quærere extreme dementie est.

Cum dno Voiewoda magnam familiaritatem habui, cui me quo ad negotia Ser^mi Regis Polonie, fretus affinitatis vinculo, ingenuè aperui, et ipse testis locuples mihi esse potest, me diligentiā exactam in rebus illius ~tis habuisse et fecisse. Sed cuperem vt

Dominatio etiam sua in maiori authoritate esset, nam nisi priuatam intelligentiã cum Regia ~te habeat, quae me latet, multum illis defert, et illorum opera in negotijs suis vtitur, quorũ ipse negotia tractare deberet, licet ab illis dissentiat; Ger^mo q̃ Regi Polonie fidelissimus sit, atq̃ optime intelligat istam fabam in caput etiam suum endi.

Habet praeterea quosdam seruitores corruptos homines, qui partibus illoz fauent, et ad illos secreta quae scire possint deferũt. sed spero illum de hac re praemonitum esse et sibi cauere. Hortandus igitur et ipse est nomine Regiae Maiestatis, vt in officio perseueret, et cum illis nullam synceram amicitiam, praeter simulatam, habeat, et eorum artibus et conatibus vbiq̃ se opponat et resistat, curetq̃ ac totis viribus sollicitet, fraternarum ~tum conuentum fieri, et quod tam ex dnis q̃ ex nobilitate, quanto plures allicere ad se poterint, alliciat et attrahat, et fauorem omnium sibi conciliet, non quod negotia Ger^mi Regis Polonie cum Regnicolis prorsus essent communicanda. Sed si Conuentus differri istarum ~tum, quod absit, debebit, et illi inter regnicolas aliquid moliri in contrariũ vellent, habeamus et nos partes contra quas illi praeualere nõ possint, conatusq̃ eorum irriti fiant. Ego nusq̃ deero, quantum vires ingeny et omnium facultatum mearũ valere poterunt.

Forsan non esset inutile etiam dnõ Voiewodae nomine Regiae Maiestatis significare, quo animo ~tas sua in me sit, et quòd hoc negotium ~tis suae comunibus consilijs deinceps curaremus, q̃uis ille vltro supra omnes alios me certè et amore et honore prosequitur, et nuper cum redirem ex Buda, per longũ spatium conduxit. Plus tamen poterimus et magis proficiemus, pluresq̃ in partes nostras attrahemus. Hostibus denique formidabiliores erimus quanto communiores nos esse cognouerint. Optarem tamẽ q̃ haec vltro ~tas Regia, non declarata mei instantia et petitione sibi significaret.

Non dubitet autem vtas Regia, ꝙ paucos aduersarij habent, qui eis ex animo faueret, gratia tamen vtis Regis nostri, quae sine ipsis nihil agit, se tuentur, quam si vtas sua paululum ab ipsis retraheret, soli et amicorū inopes remanerent. metuentes enim ipsa natura sunt, nec congressū tanti principis expectare audebunt.

Domini quoꝙ Bohemi, iudicio meo, sollicitandi essent vt Regi Romanorū non faueren, qui nunc diuisi sunt, et dnus Leo ac Rozenbergk, idem cum Palatino et Quinqꝙ Ecclesiensi sentit. Dnus vero Perstinsti et Cancellarius cum sua factione contrariū cupiut. Essent igitur illi hortādi et sollicitandi, vt animū Regis sui à Rege Romanorū in hac negotio alienaret. Dominus vero Casimirus ad agendum hoc forsan non foret ineptus. Hoc tamen prudentia vtis suae relinquo. Curet tamē meliori via qua poterit vtas sua dnus Bohemos sibi conciliare, vel saltem saniorem eorū partem. Nescio enim quo pacto Regia vtas plus illis ꝙ etiam Hungaris fauere et confidere videtur.

Reliquum est, oro Magnificentiā vestrā diligentissimē, velit mihi ad haec per aliquem fidum et sub sigillo confessionis rescribi facere, si per se scribere non potest, et dare abundē intelligere, si vtas regia vult hoc negotiū totis viribus prosequi, et in omnē euentū ad finem deducere. Et quid mihi deinceps agendum sit, et quae spes habenda tam de aduentu Magtis vrae in Hungaria, ꝙ etiam de conuentu fraternarū Mtum, et si qua bona fundamenta Maiestas Germi domini Regis Poloniae iam eū vtre fraterna super his rebus iecerit, nec ne, vt me ad reliquas res obeundas dirigere sciam. Vel si opus mea opera non esset, imprudens nullo impellente praecipitiū mihi parem, neue in apertū periculum frustra incurram, Cui me tamē exponere semper paratus sum, dum modō videam vtem illam cupere et optare seruitia mea, et velle in rebus suprascriptis pro honore et dignitate sua Regia tuenda, proꝙ fraterno et Nepotis beneficio viriliter ac animosē rem aggredi, ac constanter prosequi. Quod vt faciat vtem suam supplex oro. Nam certē si secus acciderit, nunqꝙ rebus suis et Regnorum suorum magis officere poterit.

Quicquid igitur animi illius Vtri in ca re est, cupio q̄p primū intelligere tenebo autem in sepulto neq̄quisquā mortaliū à me resciet, nisi is cui permittente illa Vtre communicanda erit. Spero autem Vtrem illam de mea in eam fide et obseruantia non dubitare, alioqui frustra et imprudenter hoc quod egi et scripsi attentassem. si fides mihi non haberetur.

Reuerendis dnis Posnanienſi et Premisliensi, cognomento Drzewiczki, scribere prorsus consulto prætermisi, vt quanto hoc negotiū pauciorib⁹ notum fuerit, tanto secretius remanere possit. Ego autem in præsentiarū non mea sed Regiæ Vtris causam, quā si Vtra sua recte secum eiusmodi momenti reputare voluerit, non erit opus multis admonitoribus. Res enim ipsa pro se loquitur, et non mediocrem vtilitatem pollicetur. Experta enim optime Vtra sua est, eo tempore quo in Hungaria versabatur, quos fructus illa patria habeat, quoties debito ordine gubernatur.

Expecto à Magtia vestra simulq̄ à Regia Vtre celerem et expectatam relationem. Spero enim Vtrem suam, virtutem suam eaq̄ in re demonstraturā, quemadmodū in reliquis suis actionibus famam et gloriam sempiternā sibi comparauit. In hoc autem nō minus Regiæ Vtri et liberis eius Regnoq̄ Hungariæ, q̄ sibi et dominijs suis præstabit. Magtia vra valeat felicissime.

983
45

575

287

Petrus Tomiczki
Dño Ceppell

Venblis dñe, frater et amice charme, Fuit hic Comissarius fratrũ scti Francisci, petens reserari eorum Ecclesiam, et referens se missum Ministrum ad ordinem bonum restituendum. Mtás Regia intelligens iniquum et indecens esse, vindicare facimus comissum, in cultu diuino, et in alijs qui sunt innocentes, neq id se facere posse, absq admissione Summi Pontificis, relaxari fecit illis Ecclesiam. Ego vero exemplo dñi Ducis Ratbiborien, nolui Mtem suam ad hoc inducere, vt de facto aliquid tale facere deberet, contra auctoritatem Aplicam, posset em deinde et in alios status Ecclesiasticos similiter manus suas injicere. Non bene est eciam contenta Mtás sua p jj, qui noxij sunt, ita leniter et negligenter sunt puniti. Scripsi vrę D. prius me non potuisse vllo modo efficere apud Mtem suam, vt census pro hospitali sancte Gertrudis, ex integro solueretur, quandoquidem Mtás sua putet se satis gracie fecisse, quod dimidium solui fecerit, non existente consensu Regio super inscriptione, et opus esset, vt Ciuibus asscriberet maiorem summam in molendino, vel eis resarciret, si plus soluere deberent, quod Mtás sua nullo modo facere vult, et pariter de domo Luban, non vult ipse committere, vt alienum venderetur, stag opus erit, vt iure id efficere curet vra D. Quam cupio, vt ex animo bene et foeliciter valeat. Datum Vilnę.

Sigismundus I. Rex Polonie Bernardino Archiepo Leopolen

Rex. RMe, etc. Adorti sunt nos iterum precibus Consiliarij, et Proceres huius Dominij, pro Ruthenis, qui queruntur, q. vra Rtas, iterum se ingerat in rittum eorum, cum nos in Regno nro habeamus, Judeos, Thartaros, & Armenos, quos tamen libere vti eorum norma et consuetudine religionis permittimus. Ad eorum itaq; interces Jionem, et quia nobis res iusta videtur, vt vnum quemq; in suo rittu et consuetudine conseruemus, contulimus Vicariatum eorum, Basilio Rlettenski, quem nobis illi Methropolites commendarunt. Itaq; hortamur R.vram, ne illos impediat, Et cum in Regno foeliciter constituemur, visis lris illius, et eius Ecclesiæ, id faciemus, quod iustum et equum videbitur.

Eidem Archiepo

RMe in Christo Later. Non potuimus aliter sistere querelas subditorū nrorum rittus Greci, q. q. illis promisimus ipsi, nos Vicarium seu Locum tenentem statuere. Seruabimus tamen hac moderatione, vt no alium, nisi que R. vra nobis comendauerit, eligens, verū id secretū habeat, saltem dum res nre sūt cū eiusmodi gete difficiles et turbulente, ne ystis irritamētis nobis maiores difficultates accrescāt. Bene valeat.

Sigismundus I. Rex Polonie Ministro generali fratrum Conuentualium S. Francisci.

VEnblis et Religiose, deuote nobis dilecte. Egimus antehac sepe cũ Rte tua, per lras nostras, de varijs et magnis excessibus fratrum eius, in Regno nro, vt insolenciam eorum coercuisset, ipsosq sub norma debita Regule sue viuere coegisset; verum id, non modo non executum est hactenus ab illa, quod postulauimus, sed videbatur eciam ipsorum insolencium fratrum delationibus, maiorem, q nobis, et Epis Regni nri, fidem adhibere, hisq sepius corrigendorum morum curam committere, qui ipsi sceleriores alijs fuerunt, Quo factum est demq vt frater Fantinus Ministeri, qui adductis secum ex Italia bonis fratribus, voluit ita vt de eo sperabamus, eciam inter nostrates hos fratres, bonum ordinem restituere, Et quem nos in ipso Ministeriatu libenter hac causa vidimus, cum nemo indigena fuerit ad hanc prouinciam obeundam eque idoneus compertus, sit noctu a nonnullis ipsorum, in nra Regia Ciuitate Crac, immaniter tortus, et occisus. Quod facinus vt insolitum et nefarium, nullo modo tollerare voluimus. Scribimusq ad Scimum dnm nrum, vt comittat de eis dignum sumi supplicium. Rtam eciam Rtem, vt superiorem ipsorum hortamur, quo absq mora huc mittat aliquos bonos viros, cum auctoritate dicti Sanctissimi dni nri, ad puniendum tam atrox facinus, et reliquos comunes tam fratrũ q Monialium excessus corrigendum, que eciam sub sacra sua professione, et multa sce-

lera publica admittunt, et huius facinoris Stimulatrices fuerũt, Alioquin, si efficere Ꝑtas tua nolucrit, oportebit nos ipsos hanc labem, eciam si tales omnes fratres pelli è Regno nro deberent, penitus abolere, Nullo modo enim dicimus tantam religionis indignitatem, et mendicitatis insolenciam, ferre potuerimus. Cupimus bene valere tuam Ꝑtem, quẽ nos in suis, et fratrum suorum orationibus habeat commẽdatos. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Leoni Papæ Xmo

Sanctiss̃ime ẽtc. Accidit his diebus, in Regno meo, casus insolitus et nephandus, à nonnullis fratribus Conuentualibus sancti Francisci, qui scelerib̃ suis inducti, fratrem Albertum Fantinum Bononiẽn, quem pridem Sctitati vrę commendaueram, et prouectum ad eorum Ministeriatũ, cordi habũ, sperans doctrina et regimine ipsius, eorum Ordinem, longi temporis licencia depranatum, ad debitam viuendi normam, reductum iri. dum hui ic expectationi meę, subditorumq meorũ satisfacere curaret, adorti sunt noctu in Cubiculo iacentem, et primum varijs tormẽtis et supplicijs affectu, demum laqueo ingularunt, Quod facinus in loco insigniori Regni mei, ab insolentibus fraterculis, aduersus superiorem suum, causa ipsius boni cepti perpetratum, cum summa religionis indignitate et scandalo, adeò me et vniuersum Regnum meum permouit, vt nisi tunc rationem habuissem professionis meę Christianę, et auctoritatis Sctitatis vrę, quam singulari reuę-

rencia ſemper obſeruare conſueui, feciſſem extemplo ipſos nepharios parrici-
das, debito modo plecti, et reliquos, quorum magna pars, ad hoc facinus co-
niuebat, de Regno meo excludi; quando quidem inter omnes, admodum pau-
ci ſint, qui frugi alicuius eſſe videantur. Quare deferendum hunc cau-
ſum ad Sctitatem vram putaui, quam enixius oro, committere dignetur,
primum dictos parricidas, qui capti, apud Rcndum dnm Epum Cracomen,
aſſeruatur, degradari, et digno affici ſupplicio, ſimul cum aliquibus eorum
Monialibus, quæ ſuis eciam moribus timetes, huius ſceleris conſcie, et Sti-
mulatrices extiterunt, Deinde mitti huc, per generalem eorum, viros ali-
quos probos et eruditos, mandet vra Sctitas, qui Ordinem corũ rediguant
in diſciplinam, et debitum modum viuendi; Idq cum Rcndis dnis Epis
Regni mei, qui fratrum iſtorum mendicancium, varios et enormes ex-
ceſſus, abunde cognitos habent, et illos ob eorum exempcões, coërcere non
audent, Alioquin, niſi Sctitas vra, huic religionis peſti conſulere digna-
bitur, et non admittere Epis, in talium Exemptorum facinora aliqua ex
parte poſſe animaduertere, negnq tanta eorum inſolencia à me, et ſub-
ditis meis, diucius tollerari poterit, Commendo eciam atq eciam me cum
Regno, et Dominijs meis, clemencie et tuitioni vre Sctitatis, Qua pro
incolumitate ſancte fidei Catholice, et ſingulari mea voluptate, longe et foe-
liciſſime valere deſydero.

Sigismundus primus Rex Polomę Joanni Conarski Epo Cracouiensi

Bnde etc. Libenter audiuimus allatam eę Se Rti vrę potestatem à Su; mo Pontifice, illos fratres Parricidas degradandi, et Seculari potestati tradendi, Esset eim res valde indigna apud Deum et homines, si tantum facinus impunitum, relinqui deberet. Volumus aut omnino, vt Prtas vra nō permittat aperiri Conuentum illum et Ecclesiam, vbi hoc insigne scelus cōmissum est, donec illi primum, et demum nobis constiterit, alios fratres probos, et reformatos, et qui ab eo facinore, longè voluntate et scientia abfuissent, introduci debere, Nam esset nobis valde ingratum, et minime ferendum, si isthic similes prioribus indigni et malefici homines habitare deberent, Bene valeat Prtas vra.

Sigismundus. i. Rex Polomę Generali Franciscanorum.

Venblis et Religiose, deuote nobis dilecte, Venientes ad hanc Vrbem mram Crac, offendimus fratres vros in solito suo malo Ordine, et inquietudine constitutos, Ille eim Comissarius Prtis tuę, frater Franciscus, quem ad restituendum ipsū Ordinem miserat, infectis rebus diem obijt, et postea nemo ab eadem P. tua, qui munus hoc exequeretur, apparuit, Accedit ad hunc malum Ordinem tumultuatio et dissensio tam fratrum q̄ sororum,

fB

481
291

intestina, propter quam visum nobis fuit, vt frater Jacobus Piscatoris secederet, ne iterum hic aliquod facinus cõmitteretur, et tuam P. hortamur, vt cõsulat tempori, de reformando suo Ordine in Regno nro, et mittat huc aliũ Cõmissarium, virum doctum, maturum, et probum, Quiq sit ad tantos, tamq inveteratos errores tollendos sufficiens, et idoneus, Nos em̃ continemus potestatem nram, nolentes sæuerius aliquid statuere, et fidem de P. tua habẽtes. q officium et debitum sum aliquando faciet, Alioquin, talis indignitas tolerari à nobis non poterit. Bene valeat Pnitas tua, et nostri in Oracionibus suis sit memor.

Sigismundus. I. Rex Polom̃.
Generaly Franciscanorum

RXnde pr, deuote nobis dilecte, Jam tuæ Pnti satis constare potest, quantum ab institutione, et norma Regulari, Ordo vester, in Regno nro declinauerit, quæ in illo scelera et facinora patrata fuerint, ita vt Regnicolæ nri, et nos huius indignitatis pertesi, iam omnem Ordinem penitus aboliri, et eliminari feciSSemus, nisi ad corrigendam hanc labem, cum tuam P. tum eciam eius Prædecessorem cognouiSSemus, nihil reliquum feciSSe, Et præsertim misso huc Ventili fratre Marco à Turri Veneto, Qui vt homo est multa doctrina, et singulari prudencia, ac virtute præditus: ita nullus magis idoneus, magisq accommodatus mitti potuit, qui nobis æquè cordi, et ex sententia esSet futurus. Et proinde cum de electione noui Prouincialis agerent,

curauimus, vti in eum omnes conuenirent, Sperantes illum, Ordine ipsu
breui ad debitum viuendi modum, et statum ipsius reparaturum, neq no-
stra nos fefellit opinio, Jam em, hac eius Lrefectura, cum multi sunt in-
ter fratres, et Moniales vras, errores correcti, tum manifeste apparet, re-
liqua posse facile corrigi, et que necessaria sunt, ad honorem Dei, et bo-
num statum Ordinis vri reduci. Quia vero intellexim̃us eundem
patrem Lrouincialem discedere ad tuam L. voluisse, conseruande huius
Lrefecture sue gracia, et causa Capituli vri, et non ambigimus eo ab-
sente, omnia in pristinos errores relapsum, continuimus illu, et L. tua
hortamur, vt id boni consulat, et ne hinc illum euocet, donec hunc bonum
Ordinem, quem instituere coepit, bene firmet, Alioquin ibit hec omnis
res in preceps, Et nos, cui non minus cordi est bonus ordo et status ta
spualis q secularis, vt qui ab illo institui, et exemplum bene viuedi ca-
pere debet, nullo modo fratres vros, si demo corrumpi deberent, tolle-
rare in Regno nro possemus, Focliciter valeat vra L. et pro nobis ac
successoribus nris Deum oret. Datum.

Sigismundus I. Rex Polonie
Cardinali Protectori

Rme etc. Intellexim̃us futurum isthic breui Capitulum generale fra-
trum Conuentualium Ordinis sancti Francisci, et ad id cum alios Sem-
ores ex omnibus Lrouincijs, tum et Venblem ac Religiosum prem

fratrem Marcum à Turri Venetu, Commissarium et Ministrú Prouincie Regni nri esse accersitum, qui vt est singulari doctrina, virtute, prudencia, et vite innocencia preditus, vt suo labore, sua industria et exemplo, Monasteria ipsius Ordinis sui, iam penè collapsa, et ab omni disciplia sua declinata, mirum in modum, breui tempore, ad normá debitam, ac bonum ordinem reduxit, et restauranit, indiesq melius restaurare nó cessat, Ita et nobis, et vniuersis Regnicolis nris, se reddidit apprime gratum, et acceptum, presertim vero Serme dne Regine Coniugi nre, adeo vt illum et à Consilijs, et à Confessionibus suis peculiarem habeat. Et proinde, cum ad ipsum Capitulum profectionem pararet, continuimus illu è vestigio, q, neq illo Serma Coniux nra, sine molestia, neq Monasteria sua, et religio Prouincie, sine iactura, careret, si vel latum digittum hic abesset. Et proinde rogamus vram Rcmam P. declarare eas rationes nras, Patri Vicario generali, et ipsi Capitulo, et eundem frem Marcu excusare dignetur: quandoquidem nos illum inuitum hic retinuimus, Nihil dubitantes, q, illi hanc veniam impetrabimus, que non solum grata sit futura nobis, et Serme Coniugi nre, sed eciam religioni nuc circumquaq vacilanti nó mediocriter códucet, Foelicissime valeat vra Prtas Rma, et nos diligat.

Sigismundus I. Rex Polonie
Epo Vilnensi.
Palato vilnensi

RVnde in Chro pater, sincere nobis dilecte. Certo edocti sumus, q3 fratres Ordinis sancti Francisci, de obseruancia Monasterij Carunen, sermonis Lithuanici, abstraberent se ab obediencia Ministri sui generalis, et aliorū Maiorum suorum, visitationemq3, quam ipse Minister, ex offitio suo facere illic tenebatur, illum eam facere, non permiserunt, in scandalum non mediocre Christifidelium plurimorum, et aliorum prędicti Ordinis fratrum, et eciam illius Monasterij Carunen detrimętum; Quod ipse Minister propter eorum contumaciam et inobedienciam, accidere posse, eidē Monasterio plurimum veretur. Quę res, q3 indecens et indigna sit, fratres videlicet ipsos religioni, et Regulari obseruancię addictos, iugum obediencię excutere, et Maioribus suis subesse nolle, nemo est qui non perpendat. Et proinde hortamur vram L. vt simul cum Magco Palatino Vilnen, prędictos fratres Monasterij Carunensis admoneat, illisq3 auctoritate nra, districte prącipiat, qd erga patrem Ministrum, et alios Maiores suos obedienter et reuerenter, in omnibus se gerant, et secundum Ordinis, et Regulę suę, quam professi sunt, instituta, viuant, et in omnibus ipsms Ministri, et Maiorum suorum prąceptis, honestis et licitis pareant. vsq3 ad aliam patris Commissarij, qui ex Vrbe Romana mitti debet, ordinationem, quam firmissime, et inuiolabiliter, ac ad vnguem, posteaq3 facta fuerit, obseruent, et contrauenire, quouis modo et pretextu, illi

in aliquo non audeant, In quo vra Rtas, nullum fauorem aut Patrocinium, eisdem fratribus Cawnen prestet, sed eciam auctoritate sua, quantu in se est, et ad officium eius pertinet, illorum inobedienciam et temeritatem, omni no coerceat. Factum vra Rtas, pro offitio suo, et gracia nra, Que bene valeat. Crac Sabbato proximo ante Dnicam Oculi M. D. xxvij. 1517

Sigismundus .I. Rex Polonie .
Epo Vilnensi .

Rnde in Christo pater. sincere nobis dilecte, Concordia quam fecit isthic Rtas vra, ad sopiendam et restringendam, discordiam, et inobedieciam fratrum minorum de observacia, bene nobis placet, volumusq vt illam vra R. tum nra, tum sua auctoritate confirmet, et exequatur, et fratribus Conuentus Cawnen inhibeat, vt à talibus dissidijs et tumultibus, qui religiosos minime decent, abstineant. Eorum em imitatione, cocteri quoq commonerentur. atq hinc non parvum oriretur scandalum, Quod em exemplo fit, id Jure homines fieri putat, Quamobre nolentes eosde fres, sine lege et obediencia Regulari vivere, committimus vre Rti, vt illos concordiam à se factam observare compellat, vsq ad aduentu Commissarij eorum, et vt interim obedientes sint Prelatis et Superioribus sue Prouincie, ac Religioso fratri Raphaeli Gwardiano Vilnen. Jdq iuxta Constitucoes Ordinis sui, tam gnales, q Provinciales, quadoqde obediecia eoru, nullu preiudiciu est illis, et eoru quevelis, allatura, Et aliter no faciat vra R, Que bene valeat,

Sigismundus .i. Rex Polonie Guardiano Et Monachis Cauenen[sibus]

Venerabilis, et Religiosi, deuote nobis dilecti, Graui ac molesto animo ferius, discordiam et inobedienciam vram, Cuius dulcedine capti, iugum omnis obediencie et disciplinę Regularis, excutere cotenditis, et subesse recusatis, tum Ministro vro Prouinciali, aliisq Prelatis inferioribus, tum fratri Raphaëli Gwardiano Vilnen, Quod q indignum, q q mali exempli sit, nemo est qui no animaduertat, Nolentes igr, vt vos, qui religiosi estis, et qui in humilitate et obediccia Regulari viuere debetis, subtrahere vos audeatis ab obediccia Superiorū vrorum, mandamus vobis, vt eisdem superioribus vris, ac eciá fratri Raphaëli Gwardiano Vilnen, obediatis, secundum Constitucoes Ordinis vri tam Generales q Prouinciales, concordiaq Rndi patris dni Joannis Electi et Confirmati Vilnen, inter vos, et frem Raphaëlem Gwardianu Vilnen, eiusq Conuentum factam, in oibus obseruetis, obseruariq curetis, vsq ad aduentu Comissarij vri, que breui ad vos venturu speramus, sub poena perpetui exilij, et proscripcois de Magno Ducatu nro Lithuanie, Ferre em no possumus, nec volumus, vt exemplo vro, alij subditi nri Superioribus suis, se opponere, et ab illorū obediencia subtrahere se deberent, Fieri em id no posset absq magno scandalo, et perturbacoe Reipublice, Vt aut sciatis qualē concordiā fecerit, inter vos, et frem Raphaëlē predictum, ac Conuentu Vilnen, Rndus d. Joānes Electus cofirmatus Vilnen predict. que sub eiꝰ sigillo cora nobis est producta, illā putibꝰ inscribi madamus, Quāgde Concordiā, in oibus eius punctis et articulis, volumus, et mandamus vobis, vt obseruetis sub pena producta, et graui indignacoe mra, et alr no faciatis,

Rme, etc', Exorte sunt magne controuersie, inter fratres Ptis vre Mi-
nores de Obseruancia sancti Francisci Regni mri Polonie, et Magni Duca-
tus Lithuanie, que maximo sunt, his presertim temporibus, scandalo, et
religionis detrimento, Postulamus à vra Pte, vt aliquem virum, doctri-
na, prudencia, et vite integritate preditum, huc mittat, qui easdem cotro-
versias et scandala tollere, et Monasteria eorum fratrum, in bono regi-
mine et ordine constituere possit, Nam nisi nos, in eam spem, subditos
nros contineremus, iam aliquod inde grauissimu malum, et incendiu exsus-
citatum fuisset, Res agitur religionis, et Ordinis Ptis vre, Proinde
vra Ptas, et rem apprime necessariam, et nobis non vulgariter gratam,
faciet, Que bene valeat, et pro nobis dnm Deum oret.

Sigismundus Rex Polonie Monachis Clari montis in Czastochowa.

VEnblis, et Religiosi, deuote nobis dilecti. Accepimus multis documetis,
vos eas elemosinas, que per confluentes vndiq populos, vobis, in honore
Genitricis Dei, et dne nre, ac istius loci vri, quem ipsa sibi, in sua sacra
imagine delegit, vtilitatem ac incremetum, largè offeruntur, distrahere,
ac in alia Regna, pro vsu et libito Superiorum vrorum, asportare, ac

interim, vt apparet, ſuum iſtum locum negligere, vnde alias fuit ipſa ſacra imago, per nepharios homines rapta, et violata, quod tamen minime cõtigiſſet, vbi locus ipſe veſter, diligencius per vos, ac Prédeceſſores vros, curatus ac promiſus fuiſſet. Igitur, nolentes nos hãc indignitatem, quæ apud omes homines male audit, amplius in Regno nro ferre, ac iſtud coeleſte donum, diligencius à vobis conſeruatum iri, tibi imprimis Prouinciali, ac reliquis Officialibus vris, edicto et auctoritate nra Regia mãdamus, ne vel minimum q̃q̃ rerum, aut pecuniarum, quæ in ipſo loco et Monaſterio vro largiuntur et offeruntur, ex Regno nro, quacumq̃ ex cauſa vel pretextu, efferre deinceps audeatis, ſed ea omnia ad vſum et cõmodum Monaſterij et Eccleſiæ vræ conſeruetis, et diſtribuatis. Deinde vobis omnibus Monachis, et reliquis fratribus, in commune, ſimiliter mandamus et præcipimus, ne cuiq̃ externo Præfecto, aut Superiori vro, præterq̃ Prouinciali Regni nri pareatis, ne ipſe Prouincialis, aliquid tale cauſari poſſet, quominus mandatum hoc noſtrum exequeretur. Quod ſi tam ille q̃ vos, hæc ipſa mandata nra ſeruare nolueritis, et cognoſcemus vos illis aliqua in parte contrauenire, et præſertim in exportandis in alias Regiones oblationibus ac elemoſinis veſtris, nos in eo loco vos minime patiemur. ſed illum alijs vel Monachis, vel fratribus, qui meliorem illius curam agent, cõferemus. Igitur ſub gratiæ nræ, et loci ipſius vri priuatione non ſecus facturi. Datum in Arce nra Rabſtin, die Dominico proximo poſt feſtum ſancti Marci. M°. D°. xxiij°. Regni nri anno xvij°.

Sigismundus primus Rex Polonie Achili de Grassis Carli Bononien

Rme. Inter alia sacra loca Regni nri, duo precipue, magna deuocõe, et frequencia coluntur, et visitantur, alter Clarus mons nomine, imagine vetustissima, diue virginis sacer, et insignis: alter Cracouie Rupella dictus, vbi divus Stamislaus Pontifex, Patronus Regni nri, fuit interemptus. Que loca Maiores nostri, fratribus sancti Pauli, primi heremite, de Hungaria vocatis, tradiderunt. et dotarunt, Qui fratres hactenus Prefectis et Prouincialibꝫ in Hungaria existentibus, parere et subesse consueuerunt, Sed quia successu temporis, et beneficencia Predecessorum nrorum, et elemosinis hominum, aucta sunt nõ mediocriter ipsa Monasteria in Regno nro, et plura alia constructa, Quia item Prefecti eorum ex Hungaria, cum eadem hic Monasteria visitant, statuendo et destituendo pro libitu suo superiores, et Ministros omne eorum ordinem turbare, et confundere solent, Et preterea que ab hominibus ad decorem Dei, dictis duobus locis in auro, argento, et gemmis cõferãtur, asportare solent in Hungariam, his Monachis et fratribus nris, ne hiscere quidem audentibus, dignum videtur Regnicolis nris, vt cum alia Monasteria nra suos ~~hinc~~ hic habeant cum Abbates, tum Prepositos, et alios Prefectos et seniores, ipsi soli ex alterius Regni superioribus dependere deberet, Egeruntq nobiscum, vt huic indignitati et detrimẽto Regni nri prouideremus, Itaq rogamus Prtem vram Rmam, impetrare dignetur nro nomine apud Sanctmum dnm nrum, vt eosdem fratres et Monachos scti Pauli

heremite, in Monasterio dicto, Claro monte existentes, et eius membra omnia, in Regno nro consistencia, et que in futurum esse poterint, necno loca, fratres, personas, res, et bona quecumq, et ab omni Jurisditione, visitatione, correctione, et superioritate Monasterij de Hungaria, ac Generalis et Prouincialis illius, et quorumcumq aliorum Officialium, eximere et liberare dignaretur, Ipsisq ommibus et singulis predictis, Sub sentencijs, censuris, et penis, ipso facto, non obstante, q illi sint excepti, et Sedi Aplice immediate subiecti, incurrendis, et per Executorem, in lris nominandum, declarandis, inhibere, seu inhiberi mandare, nec illi de his fratribus, et Monachis nostris, se vlterius intromittant, Et si quos propterea excomunicauerint, illos idem Executor, auctoritate Aplica, absoluere valeat, et possit, tociens quociens opus fuerit, Quodq prefati fratres, intra Regnum nostrum existentes, sibi patrem proprium, gentis sue duntaxat, in Priorem Generale seu Prouincialem, aut eciam Preposituм, secundum formam et Regulam Ordinis ipsorum, deinceps inter se eligere possint; Qui per Loci ordinarium Vngarie dum Crac, confirmari, et visitari debeat, et eidem cum omnibus membris, locis, personis, rebus, et bonis, immediate subijciatur, Necno, vt predictus eorum Prior, cum ipsis fratribus suis, Ordinationes et Statuta, eis necessaria, et oportuna, licita, et honesta, ac sacris Canonibus non contraria, condere, ac alios Preposituм, ad nutum suum ammouibiles, creare, et constituere, ac ab ommibus et singulis, Priuilegijs, facultatibus, Indultis, gracijs, immunitatibus, eidem Ordini, ac Membris ipsius, per Summos Pontifices, vel eorum Legatos, in genere

vel specie, concessis, vel concedendis, exempta sola exemptione, vt alij fratres eiusdem Ordinis, in dicto Regno Hungariæ existentes, habitis publicis illorum, seu authenticis transumptis, vti, frui, potiri, et gaudere, valeant, et possint, absq; quauis contradictione et impedimento, Referremus hác operam vrę Rmę D. pari studio, et gratificatione nra. Quę valeat felicissime, et nos diligat. Piothrcouię xv. Decębris.

Anno domini M°. D°. xvi°.

Sigismundus Rex Polonię, sepulta Regina Barbara, et data in Matrimonium sorore sua Elizabetha Friderico Duci Legnicensi;

8 Nouembris, exiuit ex Cracouia ad Lithuaniam.

15 Nouembris, Rex venit Sandomiriam.

v. Decębris, Rex venit ad Bresczie in Lithuaniam.

Sigismundus .i. Rex Polonie Consiliariis Regni Polonie

eodem exemplo singulis scriptū

RXme in Chro pater, et dne, sincere nobis dilecte, Fuit non pridem apud nos Orator Sermi olim dni Regis Hungarie, fratris Germani nri incomparabilis, qui nobis inter alia, nomine illius Mtis retulerat, Imperatorem Thurcorum, misisse ad eam Nunctium suum, postulatum Inducias ad tres annos; et illius Mtem, nullam habentem spem, in aliqua publica Christianorū Principum expeditione, ad easdem triennales Inducias consensisse, atq eciam rationem habendo Confoederacois Regni sui cum nro, adiunxisse in responso, ac suo Oratori, qui illic apud Thurcum iam à biennio agit, significasse, vt hoc foedus, et Inducie triennales, vna nobiscum, et Dominijs nris inirentur, vnoq ipsius Imperatoris Nunctio, qui illuc in Hungariam mitteretur, mutuo firmaretur. Ita q, idem Nunctius haberet plenariam potestatem, producendi nobiscum inducias, tamdiu, quoad cum Regno Hungarie durarent, Proinde voluisse illius Mtem, scire animum et sententiam nram in hac re, Nos qui meminimus extare nobis cum eodem Thurcorum Imperatore adhuc supra vnū annū Inducias nolentesq inconsulte rem aggredi, respondimus nos delaturos id, ad Consiliarios Regni nri, et postea voluntatem nram per lras, vel nuncium nrum declaraturos. Quare significandum id duximus D. vre, postulamusq ab ea, vt nobis sententiam suam perscribat, quid nobis faciendum censeat in ea re, pro maiori tranquillitate et comodo Reipce,

Et si nunc vna cum Regno illo Hungarie, easdem Inducias conficere, et prorogare debeamus, vel aliàs seorsum, quando nre expirabut, Et si honestius, vtilius q videtur Rti vre, mittere posthac seorsum petitum pacem, et inducias, q nunc mutuo cum Regno Hungarie illas prorogare, Quia in xta Confoederationem nram, cum ipso Regno Hungarie, non liceret posthac ho: giores petere, q essent illius

297

Hactenus nullam habemus difficultatem cum hoste nro Duce Moschorum, omnia sunt quieta in finibus, idq vt putamus non minori angustia & lassitudine hostili q nra, fiunt tamen à nobis illuc crebre Incursiones. et gracia Dei cum victoria semper et preda nrorum. Nos, vtcumq fessi sunt iam, et pene exhausti homines Dominij istius: tame dirigimus et statuimus ita res nostras, cum his Consiliarijs et subditis, qui soli facultatibus, et sanguine suo sustinent, vna nobiscum, hoc onus, vt nos hostis noster, aliq quo modo aggredi, aut circumuenire non possit, Expectamusq quorsu hec alea conuertetur,

Interea vero iniuimus foedus, cum nouo Imperatore Thartarorū, et speramus q id erit firmum, Pro maiori tamen securitate Regni, conduci fecimus, Milites Mercenarios in fines Russie, et ita non veremur periculum aliq quod illinc imminere, . Bene valere vram Rtem optamus.

Wladislaus 3. Rex Poloniæ
Joannes Albertus Archie

ANNO DOMINI, M°. D°. XVII°.

Die xiiii Mensis Marcij.

SErenissimus dominus Wladislaus,
Rex Hungariæ mortuus,
Apud quem erat tunc Joannes Carnkowski,
Secretarius Regius, & morti eius interfuit.

Sigismundus .I. Rex Polonie, Joanni Laski Archiepo Gnesnen

RXme in Chro Later, et dne sincere nobis dilecte, Hodie redditę sunt no; .I.
bis lrę, Venblis Joannis Garnkowski etc, Secretarij nri, ex Buda, tri;
stissimum nunctium continentes, q videlicet Sermus et amantis sim Ger;
manus noster dns Wladislaus Hungarie Rex, feria sexta ante Dnicam
Lalmarum concesserit ab humanis, Quoquidem Nunctio, quantum moero;
ris acceperimus, qui alioquin adhuc, ex obitu charmę Coningis nrę, vul;
nus animi recens habeamus, nullis verbis dici potest. Tamen partim co;
sideratione necessitatis et conditionis humanę, partim assuetudine tot
funestorum casuum, tam Larentum q fratrum, aliorumq carorū nrorū,
ferimus vt equiore animo possumus, hanc acerbam et incomparabilem
nram iacturam, Cum aut hec alea aliter cecidit, q instituerams, no vi;
detur nobis prosequenda expeditio vre L. illuc in Hungariam, sed ex;
pectandum adhuc, vt intelligamus, quorsum res inclinabunt. vel quid nos
facere oportebit, pro firmo et incolumi statu Nepotis nri amantissimi,
Sermi dni Regis Ludouici, et illius Regni. Quare interim Lrtas
vra nihil agat pro ipso itinere faciendo, et prestoletur aliud documen;
tum nostrum, quando illinc facti erimus certiores.

Ceterum, postulamus eandem Lrtem vram, vt ipsa tanti Regis et Ger;
mani nri mortem denunctiari faciat in omnibus Ecclesijs Dioecesis sue,

Vt pulsu Campanarum, et Orationibus tam Cleri, q3 populi, debitu officij et pietatis nre munus illi exhibeatur. Que valeat feliciter,

Sigismundus .I. Rex Polonie
Episcopis in Polonia

2a RVnde in Chro pater, sincere nobis dilecte, Nunctiatum est nobis, Sermum dnum Hungarie, et Bohemie Regem, fratrem Germanum nostrū amantissimum, feria sexta ante Dominicam Palmarum, vita functum es Se. Que tam infelix et acerba nouitas, quantum nobis cumulum doloris addiderit, ad recentem adhuc, ex obitu charme Coniugis nre, moerorem, exprimi non potest, Quare postulamus à vra Re, vt euentum istum, et iacturam uram incomparabilem, denunctiari faciat, in omnibus Ecclesijs Dioceſis sue, vt tam à Clero, q3 populo vniuerso, pro tanto Rege, et eo fratre nro, quem Patris loco supremum iam habuimus, dns Deus diligenter exoretur. Factura nobis vra R. rem multo gratissima. Quam bene valere optamus.

Sigismundus .I. Rex Polonie
Heleuigi Duci Tessmensi Comiti
Sceptusiensi, Matri regine Barbare

3o Illtris Princeps, et dna Mater mra charma. Anteq3 venis set Nunctius Illtis vre ad nos, preces erat hec tristis et acerba nouitas, de obitu Serm

olim dñi Regis Hungarie, Germani nri amantiſsimi: tamē gratis ſium nobis fuit officium veſtre Alte, et habemus illi gracias, q nos granata non ſit inuiſere, et ſolari.

Nepotem noſtrum ſuauiſsimum dñm Ludouicum Regem, ac ipſius Regna, tanto ſtudio et beneuolencia nra complectimur, vt noſtra propria, Illiq pro debito nro, mullis modis vnq deerimus. Vram eciam Alte, et filios eius ſolito fauore et tuitione nra libenter proſequemur, et eorum commodis et amplitudini fauebimus, et promouere illos ſtudebimus. Verum Altas vra, ipſos filios ſuos inducat, vt ſe ita conſeruent, erga prefatum Sermum dñm Ludouicum Regem, vt fideles ſubditos erga dñm ſuum condecet, Sic eum et nos ſibi magis deuincient, Et facilius erit nobis illis adeſſe, et omnes eorum res promouere. Cupimus Altem vram, vnacum filijs eius optime valere. Dat.

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie Sigiſmundo prmo regi polonie: patruo

.7.

Nihil dubitamus Mtem vram, prius q hec lre nre ad eam peruenirent, de obitu quondam Sermi dñi Genitoris nri charmi, pie recordationis, cum ab alijs, tum à Mtis vre miſſo proxime ad prnam ipſam Mtem Oratore, qui eam et expirantem vidit, et funebribus officijs, vsq ad ſepulchrum interfuit, redditam es ſe certiorem, Debebat (fatemur ingemie) id à nobis

ante alios fieri, Et fuis set factum, nisi dilationi, grauis sima Regnorũ nrorum negocia, causam prebuissent, Quam si Mtas vra, vt credimus, expendet, nihil ambigimus, quin excusationi nre iuste, locum sit datura.

Incumbunt Confimibus nris, et presertim Jayeze, grauissima pericula, et quidem tanta, quanta nunq̃ antea, His cm̃ paucis ante diebus, commeatus, qui ad ipsam inferebantur, ab hostibus intercepti fuerũt, his qui inferebant, partim captis, partim cesis, Nec erat amplius spes vlla Jayeze retinendæ, nisi noui cõmeatus, et noua presidia, maiori, q̃ alias, manu, et copia, q̃ citis sime imponerentur.

Cuius rei gracia Lrna Mtas, paulo ante mortem suam, dnos Lrimates huius Regni, vocari ad se iusserat, de his auertendis periculis cõsulturos. Quæ res, licet tunc agi, et solicite tractari coepta fuerit: prius tamẽ q̃ absolueretur, Laterna Mtas, cura tam ardui negocij nobis relicta, vivendi finem fecit.

Quàmq̃ aũt hæc res, per nos (: Deo adiumãte :) consilio pariter et subsidio dnorum Consiliariorum nrorum, nobiscum existencium eò deducta sit, vt et presidia, et victualia, non sine magnis laboribus et curis comparata, in itinere iam sit: non possumus tamen vehementer Jayeze nõ timere, tum propter inediam maximam qua laborat, qui eam tenẽt, si modo teneant. Nam non satis nobis est exploratum, in nra ne, an in hostiũ potestate sit Jayeze constituta, tum eciam q, sciamus hæc presidia, et cõmeatus, sine cõflictu, cuius exitus dubius est, imponi non pos se.

Dum igitur cum prefatis dnis Consiliarijs nris, circa huius rei expeditionem, accuracius occupamur, dumq; charissimorum parentum nrorum tumulatioi sedulo vacamus, facere commode non potuimus, vt Mti vre, Genitoris nri amantissimi, obitum tempestiue significaremus. De quo Mti vre, per Oratorem suum prefatum, ab ipso remissum funere, nunctiamus, Rati Mtem vram, pro sua innata benignitate, non iniquo laturam animo, si per suum prius q; per nostrum Nunctium, hec eidem significarentur.

Per quemquidem Oratorem, illud quoq; declaranimus, quid nos futuri Conventus Regnicolarum nrorum celebrationem, ab instituto termino, ad festum beati Georgij Martyris nunc venturum, coegerit reuocare,

Sed iam, quod nostri est propositi, Primum scilicet obitum, et quomodo contigerit, quidue postea, ad hunc luctum nostrum aduersi acces serit, q; fieri potest, breuius perstringam?

Tristia sunt Serme Rex, que scribimus, et non nisi acerbo moerore prosequenda, atq; adeo tristia, vt nec nos sine lachrymis ea scribere, nec Mtas vra, sine ingenti dolore, vel legere, vel audire queat, Que licet iam et legerit et audierit: dolorem tamen Mtis vre, id quod no libenter facimus, coginur vel lris nris refricare, Orbati sumus ambo, nos patre pientissimo, Mtas vra fratre suo charmo, et illo quide vnico, Cuius defunctio, etsi nostrum vtriq; sit acerba; nobis tamen tanto acerbior, quanto magis eius presencia, eius ope, eius tutela indigere,

videamur. Reliquit ẽm nos in hac tenera, et puerili ætate nra, ad talia Regna gubernanda, quæ eciam ab adultis, et bello exercitatis Regibus, ob hostes quibus penè circumdantur ferocissimos, non sine difficultate magna, sunt gubernata. In quo moerore si est, aut esse potest aliquid, quod faciat ad nostrum dolorem leuandum, illud vnum est, q. pna Mtas, vt in vita sæpe ante ea fecerat, eciam in extremis, dum iam animam ageret, præsente Mtis vræ Oratore cuius supra meminimus, astantibus huius Regni vtriusq. Ordinis Primatibus, expressa voce, sanaq. mente, inter salutares actus suos, inter pias lachrymas, Mti vræ, et eius curæ, atq. tutelæ commendauit, et per manus tradidit, vt pote illi fratri suo, quo nihil in vita charius habuerit, et cui orphanitatem nram, fortunasq. nras omnes, committere nunq. dubitauerit. Quæ cum paulo ante mortem, consilia de auertendis, vt præmissum est, periculis, quæ Confinibus huius Regni impendebant, agere cum dnis coepisset, Pedagricis primum fuit correpta doloribus, deinde febri accedente, adeò vis morbi sensim innaluit, vt nulla ope seruari potuerit, quin diem obiret.

Tulit aut et egritudinem suam, et mortem ipsam eadem paciencia, qua vitæ molestias, et quæq. incommoda ferre consueuerat, et priusq. ad extrema perueniret, integris sensibus, sano et vegeto mentis intellecto, vt pium et Catholicum, vt religiosum decebat Principem, confessionem absoluit, Eucharistiæ Sacramentum, reuerenter et deuotissime suscepit, permisit se vngi, orauit dum potuit continuè, cessante linguæ vsu audiuit orantes, et ita se ad exitum præparauit, ita armauit, ita saluti cõsuluit in oĩbus

vt mori, q̃ vincere, malle videretur, vt exemplum cum subditis, tum Prin-
cipibus relinqueret bene moriendi.

Decessit aũt vitam feliciter iij Idus Martij preteriti, ad horam post me-
ridiem septimam, Cuius corpus merito feretro compositũ, et Regali
habitu, vt mos huius est, primo decoratum, insigni ac memorabili pompa,
vna cum ossibus Sermę dnę Annę Reginę, Genitricis nrę charmę,
piè memoriæ, ad Albam Regalem, locum scilicet et Coronacõis et Se-
pulturę Regum Hungariæ, comitantibus omnibus dnis et Prouocatibus,
honorificentissimè est perductũ, Budę tamen prius iustis, quę vtriq
debebantur, ritè persolutis. Conditaq eorum corpora in Alba Re-
gali xiiij Calendę Aprilis, eodem sepulchro, dignis exequijs, q̃bus eciã
præfatus Mtis vrę Orator interfuit, ibidem celebratis.

Hęc sunt Sermę Rex, quę nobis de obitu Prnę Mtis scribenda vide-
bantur, Quibus ita peractis dum Consiliarij nri, ex Alba huc Bu-
dam ad nos redierunt, tum et nos consolarentur, tum et ea, quę ad
Status nri honorem, ac dignitatem, regnorumq nrorum defensionẽ per-
tinent, ordinarẽt. Cumq expeditis his, quę ad Jayczę succursum
pertinebant, de aliorum quoq Confinium prouisione, cum eis agere
cœpissemus, superuenerunt ad nos, cum ex vicinis nris, nobis fauen-
tibus, tum ex Subditis ac Exploratoribus nris, aduersis Simę atq for-
midolosissimę nouitates, Imperatorem scilicet Thurcarum, finitis bel-
lis Asiaticis, res suas Maritimas ita composuisse, vt nihil ei timoris

aut cure illic amplius impendeat. Illam vero Expeditione, qua in Zo-
phi parare predicabatur, non in ipsum Zophi, sed in nos esse paratam.
Vsum aut astutum Tyrannum, ea fictione, vt conatus in nos sui, hostis no-
mine simulato, magis occultaretur, et ipse hoc pacto paracior, nos incautos,
atq; imparatos, facilius ac minori negocio aggrederetur,

Colligis se aut eum ferunt validissimum exercitum, et iuxta Andrino-
polin Castrametatum, Eleuasse eciam multitudinem popularem, nó par-
cialiter, vt alias, sed viritim, cum securibus, ligonibus, fossoryis, terebris,
et aliis id genus rusticanis armamentis, que vel ad construendum, vel ad
destruendum apta esse videntur. Et ita secum certa mente constituisse,
vt omnes vires suas vndiq; contractas, in nos conuertat, et Regna nra
primum adoriatur, non ad faciendum leuem aliquem excursum, non
ad rapinas, non ad obsidenda Castra, sed ad occupandum Regnú, instru-
ctus et accinctus, Et imprimis, misi consilium ad alia Confinia nostra
inuadenda postea immutauerit, duas Valachie Prouincias inuadat, Mol-
daniam scilicet, et Transalpinum, Eo consilio, vt deturbatis Vayuo-
dis, Prouincias ipsas, more Thurcorum, ad officia et Prefecturas par-
ciatur, Et quo facilius votis potiri queat, artem et dolum viribus op-
posuit, Proclamari eim, vt nobis dicitur, fecit, se popularibus Voie-
vodarum subditis, dimidium debiti census et cuiusuis oneris partem,
si sibi, Voievodis relictis, adheserint, condonaturum. Ratus calli-
dus Imperator, hoc astu, populares illos, dulcedine promissionis suc
allectos, ad seditionem contra eorum dnos, atq; rebellionem pos se

concitari. Quod si fieret, quid esset Voievodis difficilius, q̃ vt foris contra Thurcos, domi vero contra suos Valachos dimicarentur? Quá posset eciam, et nobis, et Mti vrę, periculosius contingere, q̃ si Provincię illę, quę vtriusq̃ nostrũ Regnis, veluti quedam antemuralia, proposita sunt, perderentur. Ex quibus tam ad Mtis vrę, q̃ ad nra Regna, facillime possent hostes ipsi semper insultare.

Præsencientes itaq̃ Voievodę, tam diros Imperatoris conatus, nobis supplicarunt, vt eos in his periculis constitutos non deseramus. Promittentes se viriliter, et constanter, fideliterq̃ contra ipsos Infideles, pugnaturos, si auxilio nro non fuerint destituti, Quibus nos omnem succursum polliciti sumus, et rę vera, atq̃ in effectu, eis succurrere volumus, pro viribus nris.

Sed Mtas vra consideret, quantulę sint vires nrę, prę potencia tanti, et tam crudelis Tyranni, Cuius vis et potencia eo creuit, vt nisi Deus illũ conterat, totus Orbis christianus, de illo reprimendo sit laboraturus, Quapropter, moti periculorum, quę Regnis nris, et consequenter toti christianitati, certissima imminent, magnitudine: misimus ad Pontificę Nuncios, misimus ad Cæsarcam Mtem, ad Imperiũ, ad Regnum nostrũ Bohemię, ad Moraviam, et Slesiam, quibus omnibus hanc Thurcorum voluntatem significavimus, implorantes auxilium, quo tam nephandi, et perfidissimi hostis conatus, vel debilitari, vel frangi possint.

Quoniam aũt, nemo est mortalium, in quo plus, q̃ in Mtę vrą confidimus, eam non solum vt Patruum, sed vt Patrem alterum, plurimum rogamus, velit, q̃ fieri potest cicius, res suas Lithuanicas componere, et maturare

reditum ad Loloniam, rebus nris ita laborantibus, et in his periculis constitutis intendere, atq; inuigilare, et ante omnia mittere Voiewode Moldauie presidium, quo Prouinciam suam retineat, Cuius amissio, certissimum periculum Regnis Mtis vre, non minus q; nris est allatura,. Cui nos quoq; vt prediximus, suppecias quascumq; poterimus ferens, Et illius Dominium, haud secus ac Regni nri porcionem, quantum in nobis erit, defendendum curabimus, Sed cum iste succursus celeritatem desyderet (nam quicquid Turcus facturus est, in vno, aut in duobus ad summum Mensibus experietur.) propterea Mtem vram, iterum atq; iterum rogamus, quicquid et ipsa circa succursum ipsius Voiewode Moldauie factura est, faciat preter moram, que in rebus tam arduis sine periculo, comittti non consueuerit,

Quod reliquum est, optamus, vt Deus opt. Max. Mtem vram, ad destructionem hostium suorum, nostrorumq;, foelicissime et quàm diutissime conseruet, Datum Bude x. Aprilis. Anno Domini M.° D.° xvj.° Regnorum nrorum Hungarie, nono. Bohemie similiter nono.

Sigismundus. I. Rex Polonie
Joanni Boner Zuppario et mag.°
Procuratoj ac Burgrabio Crac.

.6.to Generose fidelis dilecte, Quantum cumulum doloris, Serenissimi et amantissimi Germani nri dni Hungarie et Bohemie etc Regis, mors, addiderit nobis, ad recentem adhuc, ex obitu Serme Coniugis nre, moerore,

dici verbis nó potest, ferimus tamen hanc acerbam, et incomparabilé nostram iacturam animo vt æquiore possimus. partim consideratione necessitatis, et conditionis humanæ, partim assuetudine tot funestorú casuum, tam Parentum q3 fratrum, aliorumq3 charorum nrorum.

Scripsimus Cæsareæ Mti, significantes illi hanc tristem nouitatem, tametsi non ignoremus Mtem suam, de illa, factam iam esse certiorem; nos tamen officio et debito nro satis facere voluimus, et mandamus tibi, vt lras nras, quas cum præsentibus mittimus, ad eius Mtem Cæsaream, per proprium Nunctium Equestrem, et celerem, q3 primum perferri facias. Scripsimus et Summo Pontifici, de hoc ipso tristi et lugubri casu. Ad cuius Sctitatem oportuno tempore, et cum se obtulerit tibi fidus Nuncius Romam iturus, lras nras transmittas.

Quia aut Venbilis Joannes Garnkowski Secretarius noster, scripsit nobis locutum esse secum Rmum dnm Cardinalem Strigoniен, vt inde nó discederet, donec corpus frnæ Mtis terræ mandaretur, nos illum quid in ea re facere deberet, per lras nras edocere voluimus. Quas similiter ad eum in Hungariam, sine mora transmittas.

Res omnes et pecuniam Cluczewski, qui isthic mortuus est, volumus vt reddas eius filio, siquidem docuerit se esse illius verum hæredem.

Scribimus Magco Nicolao Jordan, Castellano Voynicen, vt prouideat Castra nra, in finibus Regni nri sitta. Veremur em, ne sub hac mutacoe

in Hungaria, alique hostilitates emergant. Tu eciam ipsum, et alios Capitaneos admoneas, vt Castra, fidei illorum credita, bene custodiant.

Edificium in Castro Czaf Coguinarum, ita erigi et fieri iubeas, prout isthinc discedentes designauimus, et prout vobis melius videbitur. Nunc cm in his turbationibus et mocroribus nostris, parum de hoc cogitare poss̄umus.

Lras, quas Illri dño Casimiro Duci Thes̄inen scripsimus, volumus vt per proprium Nunctium, q̄ celerrime Wratislauiam mittas, Ita vt ad eu aliquot dies ante Dnicam Jubilate perueniant, et aliter non facias.

Cocterum, gratum est nobis, q̄ Salem in Masouiam demitti per fluuiu procurasti, Nam subditi illi nri querebantur se magna salis penuria laborare, et nos accusabant, q̄ illis vsum externi salis prohibuim̄us. Datum.

Sigismundus Rex Polonie Cesari Maximiliano

4ta

Serme et Excellentis̄sime Lnceps, et dne frater et consanguinee nr charme, et honoran. Intellexim̄us ex lris Oratoris nri, qui nunc Bnde agit, Sermum dnm Wladislaum Hungarie et Bohemie Regem, fratre Germanum nostrum amantissimum, die Veneris proxime ante Palmas, ab humanis concess̄isse. Quod triste et acerbum Nunctium, eo nos maiori dolore affecit, quo et vnicum iam illum fratrem eciam Laretis loco

habuimus, et vulnus hoc animi, alio nondum coalito, recepimus. Et licet vi-
sis tot tristissimis, parentum, fratrū, et aliorum carorum nrorum funeri-
bus, mens iam occalluisse deberet: incredibile tamen dictu est, quanto in
moerore simus constituti, Idq; partim iactura coniunctionis et amoris
nri fraterni, partim Infancia dulcissimi Nepotis nri, dni Regis
Ludouici, qui adhuc longiorem illius vitam maxime requirebat. Proin-
de, vtcumq; non dubitamus vre Cæsaree Mti, iam mortem ipsam co-
cordissimi fratris nri innotuisse, tamen illi pro nra obseruancia, et
spe singulari, quam de illa concepimus, huc acerbum euentum, et dolo-
rem nostrum significandum duximus. Rogantes plurimum sacram
Mtem vram, velit vna nobiscum, vbi opus esset, eidem suauissimo
Nepoti nro, Regnisq; ipsius adesse, patrocinio et fauore suo. Ipsumq;
loco filij habere, et gracia ac amore suo complecti dignetur. Quod
nos vnacum eo, Regnisq; nris communibus, vre Celsitudini, omni offi-
cio et studio nro demerebimur. Quam valere felicissime desyderā-
mus, eidemq; nos q diligentissime comendamus. Datum Vilne die
xxvij Mensis Marcij. M°. D°. xvj°.

Sigismundus .1. Rex Polonie
Georgio Epo Quinqueecclesiensi
Regni Vngarie Cancellario

RX nde in Chro pater, et dne amice noster charme, Redeuns isthinc ex . 10 .
Hungaria Venblis Ioannes Garnkowski, Secretarius nr, retulit nobis,

quo studio et affectu, vrá Rnda Rtas incumbat bono statui, et dignitati Sermi dni Regis Ludouici, et Domus nre, Que beniuolencia illius licet nobis semper cognita fuerit: tamen eo nunc clarior est, et magis nos delectat, quo maior sit oportunitas et locus illius declarande. Agimus igr vre Rnde Rti immensas gracias, et rogamus illam, vt commendatam habeat dignitatem et statum ipsius dni Ludouici Regis, et Domus nos tre. suggeratq isthic Oratoribus nris, ea omnia, que intelligit illos agere oportere, pro commodo et honore illius Mtis et nro. Commisimus enim illis, vt nihil absq speciali consilio, et sentencia vre Rnde Rtis faciat. Nos vero vicissim, quicquid ad eiusdem Rnde Rtis vre placitum, et rerum eius commodum, et honorem facere vnq poterimus, id semper et gratissimo animo faciemus, Que valeat foeliter et nos diligat. Datu Vilne quarta die May.

Sigismundus i Rex Polonie Emerico de Peren Palatino regni Vngarie

.11.

Spectabilis et Magce dne, amice noster dilecte, Cognouimus semper singularem affectum et propensionem vre Magcie erga nos, et Domu nostram, nec vnq in ea dubitauimus, verum ea tanto nobis nunc gracior est, quo magis temporis huius oportunitas illam exigit. Prout de illa et studio erga bonum Statum Sermi dni Regis Ludouici, Nepotis nostri charmi, abunde intellexim̃us, tam ex lris Magcie vre, q ecia relacoe Oratoris nri, qui nuper isthinc rediit vare

agimus plurimas gracias vrē Magcie, et rogamus illam, vt commenda-
tum habeat eundem Statum Sermi dñi Regis Ludouici, Illmq; pro
virtute et debito suo complectatur auctoritate et consilio suo. Quod nos
rursum Magcie vrē, omni beniuolencia et fauore nro Regio, volumus
referre. Quē valeat foeliciter, et nos dilgat.

Sigismundus. I. Rex Polonie Carolo Duci Minsterbergensi

Illris Princeps, et dñe affims, et amice nr charme. Habemus vestre . 5.
Illti gracias, q; nobis per lras suas declarauit ea, quē circa obitū frīe
Mtis sunt gesta, et presertim quē res Sermi dñi Ludouici Regis
attinēt, de quibus, vtcumq; hic magnis difficultatibus et curis distine-
mur, habemus magnam solicitudinem. Et proinde mittimus in Hun-
gariam Oratores nostros insignes, qui vna cum illis dnis consulant, et
agant, nro nomine, id omne, quod expedire videbitur, bono Statui, et
Ordini illius Mtis.

Ad Conuentum vero Regni Bohemie, non visum nobis fuit ad preses
mittere; Propterea, q; compertum nobis no sit, quando idem Conuentus
illic agi debeat. Et scriptum est nobis ex Ciracouia illum ia preteri-
isse. Tamen commisimus ipsis Oratoribus nris, vt quodcumq; illinc
intelligerent adhuc necessarium, vt faceremus tam in Regno Hungarie
q; etiam Bohemie, pro eodem bono statu ac educatione eius Mtis
id nobis declararent, nihil em pretermittemus debiti nri, nec vllo modo

eius Mti decesse volumus Rogamus aut vram Illtem, vt et deinceps
quæ illic fiunt, quæq; putabit opus esse, nos certiores reddat, consulatq;
et curam habeat de illius Mtis commodis, et bono regimine, quantum po-
test, et facere semper consuevit, et nos vicissim vre Illti res et nego-
cia omnia, facere et promovere semper pollicemur. Quæ valeat foe-
liciter et nos diligat.

Sigismundus · I· Rex Polonie
Cazimiro Ducj Tessinensi.

12. Illtris Princeps, et dne amice, et Affinis nr charissime, Fecit nobis Illt
vra rem valde gratam, q, nos lris et Nuncio suo inuiserit, Sumus hic
quidem in magnis difficultatibus et curis: tamen gracia Dei bene va-
lemus, Bellum nostrum quod nunc gerimus, nescimus adhuc quorsum
declinabit, Hostis noster continet se intra Dominia sua, nihilominus
nos, non solum, vt nos circumuenire nõ possit, curamus; sed eciam cũ
vrgere non desistimus. Nostri cm Milites, qui sunt in Confinibus
crebras illuc ad terras ipsius faciunt Incursiones, Et benignitate Dei,
semper incolumes, et preda onusti, reuertuntur.

Dux eciam Constantinus his transactis diebus, non parvam Thartaro-
rum manum profligavit, et vtcumq; pacatus sit nonnullum in suis dis-
pendium, vt in tali ludo fieri oportet, tamen victor evasit, predamq;
omnem ab illis abegit,

In istis inquietudinibus nostris, multum nobis doloris attulit mors fraterne Mtis, simul et solicitudinis de rebus Sermi dni Regis Ludouici, propter quas mitti-mus ad Conuentum generalem in Hungariam Oratores nros insignes, qui omnia quecumq; expedire videbuntur illius Mtis bono statui et regimini, agant et consulant nro nomine, Rogamus Illtem vram, vt eciam pro debito suo faciat omnem suam operam, vt ipse status et regimen illius Mtis tam in Regno Hungarie, q; eciam in Slesia in bono ordine constituatur,

Non libenter videmus, q; filius olim dni Ducis Zathorien, impedit Illtem vram, et eius subditos, Scripseramus nos ad eum, vt se ab hoc contineret, Interim donec hinc ad Regnum rediremus, Sed postq; nobis in ea re pa-rere noluit, comisimus Magco Christophoro de Schidlowiecz, Palatio et Capitaneo Crac, Regnq; nri Cancellario, vt eum ad se aduocaret, Et si ex terris nris inferat istas molestias et difficultates Illti vestre, et eius subditis, illum cohiberet et retraheret, Sin vero ex alicuius al-terius terra id faceret, ageret et constitueret secum ita, vt prestolaretur aduentum nostrum, et interim nihil persequeretur. Tamen si adhuc Illtas vra intelliget aliquid aliud, quod in hac re pro illa facere debere-mus, declaret nobis, Libenter cm id omne, quod nos decebit faciemus. Que valeat felicissime. Datum Vilne die sancti Georgij Anno Domini M°. D°. xvj°.

Sigismundus I. Rex Polonie Maximiliano Ro. Imperatori

.14.

Serme et Inuictissime Princeps, et dne frater, et Consanguinee mr charme, ac maior honorañ. Accepimus binas lras vre Cesaree Mtis, quibus nos cerciores facere dignata est, de faustissimis succesSibus, et clarissimis rebus ~~rebus~~ suis gestis in Italia, Quibus intellectis, tanta voluptate et leticia affecti sumus, vt in rebus nris quibuSuis prosperrimis, maiori affici non potuerimus. Agimus igitur vre Celsitudini immesas gratias, q nos impartiri dignata est, tam iucundo rerum et coeptorū suorū Nunctio, hocq solatio nos in modernis inquietudinibus nris, reficere faciat, immortalis Deus. Id quod nos magnopere optamus, vt adhuc Mtas vestra ad extremum vsq hostes suos deuincat, triumphoq amplissimo, et his omnibus, que illi, et sacro Romano Imperio, debenter, pro voto et desyderio suo pociatur.

Coeterum, defuncto iam pridem Sermo olim dño Wladislao Hungarie et Bohemie Rege, fratre germano nro desyderatissimo, misimus illuc in Hungariam Oratores nros, viros primarios, et nihil ambigentes, quin et vra Cesarea Mtas, mittere suos deberet, Commissimusq illis, vt cum dnis illis sedulo id omne, quod ad bonum statum Sermi dni Ludouici pertinere videretur, agerent mutuis consilijs, et vnanimi studio cum Oratoribus vre Mtis, nec minimum quicq ab illis dissentirent, hactenus tamen nihil, intelleximus quid illic sit actum, et non dubitamus omnia prius vre Mti

cognita futura q nobis, q nc foelicis sime viuat et valeat, nosq frno suo amore, et beniuolencia, qua coepit amplectatur, et habeat sibi ingiter com: médatos. Datum Vilnę,

Sigismundus primus Rex Polonię
Joanni Lascii Archiépo Gnesnensi
Chrófero de Schidlovec Palatino
et Capito Crac: R. P. Cancell.o

. 8.

RXme in Chro pater, et Magce sincere nobis dilecte, Reduens ex Buda ve: nerabilis Joannes Carnkowski etę. Secretarius noster, scripsit nobis, q, in expeditióne sua, post sepultura Sermi olim dni Regis Hungarię fratris nri amantissimi, postulauerint illi dni, vt nos pro debito nro, et confidecia, ac commendatione illius fraterne Mtis defuncte, haberemus curam Nepo: tis nri, Sermi dni Ludouici Regis, et Regnorum ipsius, vtq compositis rebus nris Lithuanicis q celerius, illis in ista moderna rerum mutatioe adessemus, vel saltem ad Cracouiam vsq approping uaremus. Interea vero temporis, ad Conuentum generalem proximum, mitteremus Oratores nros insignes, qui vna cum eis consulerent, de bono statu dni Regis Ludo: vici, et Regnorum eius, et illi nomine nro adessent. Nos vero licet adhuc animos eorum plane ignoremus: tamen ne quid officij nri erga ipsu dnum Ludouicum Regem, et Regna ipsius pretermittere videamur: quando in: telligimus ita ab illis dnis postulari, et nos hinc discedere nequaq possius absq magno periculo et discrimine huius Dominij, vras Sinceritates, quas dndum illuc in Oratores designaueramus, mittendos duximus. volumusq

Vt quanto cicius fieri potest, se itineri accingant, quo pro eodem Conuentu, qui erit ad festum sancti Georgij proximum Budam applicare pos sint. Commissimus vero Joanni Boner, vt Viaticum vobis, et pannum pro familia subministret.

Hec aũt, quæ S^tes vrę imprimis prefari debebunt, et causam aduentus sui dicere, tam ad personam dñi Regis Ludouici, q̃ eciam Dnorum, mittimus illis summariam Instructionem, quam S. vrę, pro prudencia et eloquẽcia sua, extendent, et ampliabunt, prout videbitur, seruata debita modestia, et temporis congruitate,

Reliqua, quæ Sinceritates vrę, illic agere debebunt, tametsi instruere, nec opus esse putamus, nec recte scire possumus, Compertum non habẽtes, qualiter res illiusce intendantur: tamẽ quantum intelleximus ex lris prefati Joannis Karnkowski, verentur illi dñi, ne qui tumultus et seditiões fiant, de eligendo Gubernatore, timeturq vnus ab omnibus, ne officiũ hoc, vi sibi vendicet, Volumus igr vt imprimis curent vrę S. ne in consultatione, et Conuentu illo fiãt aliquid, per tumultum et seditionem, ac vt inducerent illos dnos ad bonam concordiam et mutuum consensum, in dirigendis rebus, et stabiliendo statu dñi Regis Ludouici, et eius Regni. Quod pro sua prudencia, et consiliõ illorum dnorum, quos semper nobis, et Domui nrę affectos intellexerũt, agent S. vrę, q̃ melius fieri poterit.

Ceterum licet nobis idem Karnkowski scribit, illam Mtem frnam, cui in extremis constituta esset, super omni nobis tutelam et gubernatione

ac Jus Superioritatis filij Sui, et Regnorū eius cōmisisse, et ad hoc ipsū animos
Dnorum esse propensos: tamen quia nos nihil adhuc certi ab illis habemus,
nolumus S. vras quicq3 de eadem gubernatione, seu tutela expresse agi nro
nomine, tum quia nobis nō licet, vltro nos in illam ingerere, tum eciam quia nol-
lemus, ne Cæsarea Mtas siniſtrum animum aduersum nos conciperet, quādo co-
gnosceret nos hoc munus absq3 illa Suscipere, vel ambire velle, Scit em S. tua
dne Palatine, quomodo de hac re inter nos, et eius Cæsaream Mtem, quando
vna fuimus, erat constitutum, Proinde censemus et volumus, vt si eo ventuz
erit, q, nobis de communi consilio, et consensu ipsa gubernatio deferri debe-
ret, agent S. vre, q3 maxime fieri potest, quo eadem gubernatio, nobis simul
cum Cæsarea Mte committeretur, Esset em hoc tam ad firmitudine Status
dni Regis Ludouici, et defensionem Regnorum ipsius, q eciam coserna-
tionem amicicie, et coniunctionis nre, cum eius Cæsarea Mte, valde vti-
le et necessarium, Idq3 S. vre declarent Oratoribus ipsius Cæsaree M.
Quos non dubitamus illic futuros, se in mandatis habere, vt mutuis consi-
lijs et intelligencia, agerent cum eis omnia, que pertinerent ad bonū et tra-
quillum Statum domini Ludouici Regis, et coniunctionem mutuam cum
Cæsarea Mte conservandam, Et q, nos nollemus quicq3 contra voluntatem
Cæsaree Mtis facere, Idq3 simul declarent vre S. et dnis Hungaris, cū
quibus mutuam intelligenciam haberent, Sin vero vellent dni Hungari, et
ab ea sentencia dimoueri non possent, vt nos soli hanc gubernationem ha-
beremus, et Cæsaream Mtem admittere nollent, contra desyderium nostrū,
et maiorem dni Regis Ludouici, ac Regnorum eius stabilitate, Et timere-
tur inde tumultus aliquis, aut difficultas suboriri, vre S. id non renuant,

Nos cm̃ declarata Cæsareæ Mti sinceritate animi nri erga illam, ita nos in omnibus exhiberemus, vt nullam iustam causam habere possit nos incusandi. Et quia fieri nõ potest, eciam quocumq modo munus Gubernacois decernetur, siue Cæsareæ Mti nobiscum simul, seu eciam nobis solis, vt necessarium non sit, esse aliquos isthic in Regno pntes, qui officium hoc administrarẽt, et difficile fore, vt ad vnũ, aut paucos eligendos vnanimis consensus fieri debet, cum inter pares nemo est, qui non preesse velit, videretur nobis, quod eciam prius in Conuentu Posonien declaramus, prout vobis dne Latine constat, vt sex ex primoribus dnis, qui res omnes administrarent eligerentur. tres spuales, et tres Seculares, vezt Rcmus dnus Cardinalis Strigonien, dns Archiepus Colocen, dns Epus Quinq ecclesien; Item Spectabiles et Magci dni, Latinus Regni Voiuoda Transyluanie, Petrus Comes als Gross Peter, aut dns Moyses Magister Curie. Putamus em, q prepositis simul istis Maioribus ad hanc administrationem, nemo erit, qui se posthabitum existimabit, et difficultas omnis tolletur. Attamen nolumus, vt S. vre eam sentenciam et voluntatem nram exprimant prius, donec vel non conuenire possent ad vnam sentenciam in hac re, vel à S. vris, eandem sentenciam et voluntatem nram exquirerent. Hec sunt que ad presens, iuxta id quod intelligere possumus S. vris declarare voluimus, Cætera committimus prudencie et virtuti S. vestrarum. Postulantes ab eis, vt pro temporis et rerum omniũ conditione, ac eciam consilio eorum, quos nobis et Domui nre fidos et affectos norunt, agant et curent omnia, prout honestius et vtilius, tam nobis q Sermo dno

Ludouico Regi, et cõibus Regnis, subditisq nostris, ac eciam dignitati Domus nrẽ videbitur expedire. Supra omnia vero, quod iterũ atq iterũ re; petimus, vt ita res dirigant S. vrẽ, quo hẽc coniunctio inter nos et Cæsa; ream Mtẽm inita, et amor fraternus, aliquo modo non offendatur.

De his eciam, quẽ illa Mtãs fraterna designauit, et quasi testameto cõsti; tuit, in tutelam et curam corporis Sẽrmi dñi Ludouici Regis, desyde; rium et voluntas nra est, Idq S. vrẽ pro viribus agant, vt ita fiat, prout illius Mtãs defuncta voluit.

Insuper, mittimus S. vris credencias, singillatim ad vnum quemq dñorum, quorum benenolenciam maxime captandam putamus, vt seorsum cum vnoquoq loquantur id, quod intelligent Sẽrmo dño Ludouico Regi et nobis expedire, et secundum quod nouerint vniuscuiusq erga ipsum dñm Ludouicum Regem, ac nos, Domumq nram, affectum et propensionem.

Reliquum est, quia intelligimus S. vras, illuc tempestiue pro designata die Conuentus, venire non posse, propter angustiam temporis, censemus, vt prẽmittant illuc celerem Nunctium, quo aduentum suum declarent, vt interim isthic, absq S. vris, nihil in rebus istis arduis constitueret.

Petrus Tomicz̄ki Cp̄s Premisliēn
Joanni Lubranski Cpō Posnanien

15.

Rme in Chro Pater, et dne dne colendissime, Quando mihi reddide-
rat lras, vre Rme D. dns Nicolaus frater meus, egi cum Mte Regia
de his, que in captione beneficiorum, nunc Rome agantur, et de huius
indigne et perniciose rei suggestoribus, Euis Mtas fecit scribi lras ad
Summum Pontificem, et dnm Cardinalem Scte Crucis, vt voluit vestra
Rma D. Quas illi iamdudum mississem, nisi Czisch Juuenis dni Castellai
Posnan, per quem illas mittere volui, esset hic egritudine correptus. Et quia
adhuc languet, mitto eas per Valkier, simul et earum exempla.

Profectus dns Archiepus, cum dno Palatino Crac in Hungariam, vt
adesset in illo Conuentu, Ordinationi de Statu Serimi dni Ludouici Regis,
et facta est cercior Mtas Regia, nihil ibi neq tumulti, neq dissensionis
alicuius esse, Proindeq spes bona est, et ego nihil dubito, q ita componen-
tur omnia, vt melior ordo fiat, q viuente illius Mtis Parente.

Hic apud nos, nihil vsq huc noui est, quod scribam, Continet se hostis intra
fines suos nihil inceptans, Nos eciam expectantes illinc Nunctium Cesaris,
qui gracia tractande pacis illuc est missus, nihil prorsus agimus. nihil
hactenus de eo compertum habemus, nec quid noui afferret, scire possumus.
Itaq difficillimum est iudicare, quorsum res declinabit. Et omnino prius

finis aliquis fiat cum ipso hoste, nihil poterit determinari, de rebus Regni et Matrimonio: quamuis scribat mihi Rcmus dns Carlis Gurcen, venire huc brem debere Nunctiu, ad Mtem Regiam in eo negocio, Et ita spero q, hic tractari res poterit.

Ceterum scribit eciam mihi secreto ipse dns Cardinalis, quod ecia Rcma D. vra secretum habere dignetur, egisse diligenter apud Cæsarem, dnam Ducē Masouiē, vt scriberet Mti Regiē, suadendo illi, quo duceret eius filiam in vxorem, Et Cæsarem quidem, pro coniunctione sua cum illis Ducibus, no potuisse se, honeste excusare, verum se hoc contra sentenciam suam scribere, et ob hoc non debere Mtem Regiam, aliquid inde aliud existimare, de illius Cæsarea Mte, q, q, cupiat vt Neptem suam ducat dnam Honoram, et voluit ipse dns Cardinalis, vt id prēdicerem Mti Regiē, quē et miratur, et egre fert, tantam importunitatem, et impudenciam istius Ducis, quasi Mtas sua cogi deberet ab aliquo ad Matrimonium prēter suam voluntatem. Hēc omnes sunt artes illius omnifarij artificis, qui humana et diuina omnia permiscet, Laski Archiepi

Scripserat ante dns Epus Varmien, vtrumq Mgrum, Prus siē et Liuoniē, delectum gencium suarum fecisse, et parasse se, vt pro concilianda gracia Ducis Moschouiē, vel irruptionem facerent ad terram Samogithiē, vel Ciuitatem Elbingen obsiderent, verum scripsit deinde alias lras, quarum copiam mittere volui vrē Rcmē D. vt ex eis intelligeret, quid cum Cæsarea Mte agatur, et qualiter illa erga nos sit animata, quē deinde spes sit ex Moschouia et Matrimonio, Liquet em Cæsarem iam no dissimulare

de ipso Matrimonio, quod nõ solum debilitabit animos et spes inimicorũ, sed eciã conatus improborum confundet.

In negocio dñi Swidwe fratris mei, feci diligenciam apud Mtem Regiã, vt fieret satis voluntati illius, verum Mtãs sua respondit se iuste id facere nõ posse, vt deberet processum cause alicuius in iure te, vel continere, vel retrahere ad se, aut Conuẽtum generalem, sine prouocatione partis alicuius, nec licere sibi facere alicui preiudicium, Itaq obtinui lrãs ad dñm Palatinum Lublinen, vt ille dñm Szienjenski, per amicam operam quoquo modo induceret, ad id, vt contineret se à processu litis et suspenderet omnẽ causam ad Conuẽtum generalem. Quod itidem vra Rcma D. illi scribere dignetur. Scio em ipsum dñm Palatinum Lublinen, libenter illi seruire, et morem gerere. Aliud profecto obtinere nõ potui, Mte Regia se iustis et decentibus rationibus excusante. Alia pro quibus scripsit vra Rcma D. in rebus dñi Swidwe, rescribo illi.

Petrus Tomicius Epus Premisliẽn. Vicecancellus Luce de Gorca Castellus Posnanien: et Maioris polonie Capitus generalis.

Magce dne, dne et fautor colendissime. Czisch vre Magcie adhuc laguet, meliuscule iam tamẽ valet, et spero, q, propediem discedere poterit Jam Mtãs Regia subscripsit sẽ lris vre Magcie, quas ego tantisper apud me tenebo, donec aliquis se offeret, per quem illas commode mittere possem,

623

621

311

Ex Prussia scriptum fuit nobis, paulo ante, vtrumq; Mgrum, Prussiæ et Liuoniæ, parasse se, vt in graciam Ducis Moschomiæ facerent irruptionem ad terram Samogitiæ, vel Ciuitatem Elbingen obsiderent, Sed rursum nunc scribitur, eos in spe multum decidisse, et minores esse factos, eo q; intellexerint foelices successus Cæsaris, et optimum animum erga nos, Quodq; idem Cæsar, velit nuptum dare Mti Regiæ Neptem suam dnam Leonoram virginem, ducem Burgundiæ, Deinde q; Dux Moschomiæ committere velit Arbitrio Cæsaris causam suam cu Mte Regia, et consentire ad Inducias, Hæc nos adhuc aliunde no intelleximus, verum quando de hijs facti fuerimus certiores, no negligam vre Magcie perscribere, Nam quotidie expectamus Nunctium Cæsaris ex Moschomia, Commendo me vre Magcie, qua foelicissime valere desydero.

Sigismundus Primus Rex Polonie Chrōstero de Sidlowiec Palatino Et Capitaneo Cracouien. Regni Polonie Cancellario.

.13.

Magce etc. Intelleximus dnm Archiepum, secum in Hungariam Cikowski et Volski recepisse, ea ratione, vt eos ad custodiam Sermi dni Ludouici Regis collocaret. Scripserat quidem nobis Joannes Garnkowski videri quibusdam dominis, vt aliqui ex Polonis ad eandem custodiam statuerentur. Tamen nos consulte id vobis demandare nolumus, donec intellexis sens ex vobis, quomodo res isthic omnes procederent, Volumus igr, vt S. tua si ipse dns Archiepus, vellet eos ad hoc officium ingerere, id prohibeat, et agat ita, vt cum ad hoc ventum esset, vt vellent dni illi, Polonos aliquot habere ad dictam Custodiam, reijcerent res ad arbitrium nostrum, vt nos illos, quos ad id idoneos arbitraremur isthic mitteremus.

Preterea volumus, vt S. tua diligenter aduertat, ne quid contra dignitatem, et sententiam nram committatur à vobis, prout illi in schedula scripsimus. et faciat omnia S. tua, cum consilio, et mutua intelligencia Quinq ecclesiensis Episcopi. In cuius integritate, et affectu in nos, singularem habemus fiduciam, Scribimusq ad eius Prtem. Rogan illam, vt suggereret S. tue ea omnia, que in actionibus vris profutura existimabit.

9

Sigismundus Rex Polonie &c misit cu pleno mandato ad Conuentum Vngaricum pro die S. Georgij agendum. Oratores suos Jo.em Laski. Archiepm. et Chróferum de Schidlowecz.

SIgismundus étc. Manifestum facimus vniuersis, Quia intelligentes officij et debiti nri esse, vt tam pro necessitudine, et vinculo sanguinis, quod nobis est cum Sermo Principe et dño Ludouico, Dei gracia Hungarie et Bohemie Rege étc Nepote nro charissimo, q̃ etiam coniunctione et foederibus, inter se cómunium Regnorum nostrorum, illius Mti ac Regnis eius, consilio et auxilio nro oportuno, semper adsimus, & p̃sertim nunc in tam lugubri euentu, et cómuni moerore nro ex obitu Parentis illius Mtis, et fratris Germani nostri desyderatissimi, dñi olim Wladislai Regis, constituimus et deputauimus Oratores nros ad Conuentum generalem in Regno Hungarie, pro festo sancti Georgij proximo, videlicet Rcmum in Christo patrem, et dñm Joañem Archiepúm Gnesnén, et Primatem, sanctæq̃ Sedis Aplicæ Legatú natu, ac Magcum Christophorú de Schidlowiecz, Palatinú et Capitaneu Crác, Regniq̃ nostri Cancellarium, Consiliarios nros, sincere dilectos, Quibus plenariam auctoritatem et potestatem dedimus, clausq̃ harum serie trárum, agendi, consulendi, et determinádi isthic nro nomie, omnia et singula, cum p̃fato Sermo dño Ludouico Rege, et Consiliarijs eius Mtis, status vtriusq̃ Promittentes verbo nro Regio,

ꝑ. gindgd per eos actum, constitutum, et determinatum fuerit, pro bono et tranquillo statu ipsius Sermi Ludouici Regis, ac Regnorū eius, id nos eqùe gratum et firmum habituros, ac quemuis actum nrum ꝑpriū. In cuius rei testimonium, presens mandatum fieri, et sigillum nostrū appendi fecimus. Datum Vilnē.

Sigismundus .I. Rex Polonē
Joanni Laski Archiepo Gnesnensi
Chrōfero a Widlowicz Palatō et
Capitō Crac. Cancellō. Oratoribus
ad Comicium Vngaricū missis.

16

Rme in Christo Pater, et Magce, sincere nobis dilecti, Significauit nobis Illtris dns Georgius Marchio Brandemburgē Nepos noster charmꝰ non esse in hanc diem concordiē satis factum, quam inter se, et Spectabilem. ac Magcum dnm Joannem de Zapola, Comitem perpetuum Scepusien, et Vaynodam Transyluanie, Affinem nostrum charmum. pro Arcibus Sulmoß et Lipa, Posonij constitueramus, Nos vero, cum ab illo tempore à neutra parcium, quicq eiusce rei commoniti fuerimus, existimabamus dictos dnos, nrē inter se conuentionis legibus, omni simultatum causa sublata, in graciam rediisse, Cum tamen secus acciderit, ac rebus Sermi dni Regis Ludouici, Nepotis nri charmi, expedire videatur, ne hoc Procerum dißidio, illius Mtis tenero adhuc regimini, aliquid dispendij afferatur, Committimus S. vris, vt adiunctis sibi nonnullis dnis Regni Hungarie Consiliarijs, pacem, authoritate et

diligenti opera nra, inter dictos dnos, fundata, firmare studeat, Et in suma, nobis perspecta eorum prudencia, ita agere, ne quid detrimenti tumultusue, hoc negocio illi Regno oboriatur, Facient S. vre ea opera, nobis re ac-ceptissimam, Quas bene valere optamus, Vilne die S. Georgij.

Sigismundus .I. Rex Polonie Ludouico regi Vngarie et Bohemie nepoti suo.

Serme Prceps, et dne Nepos noster charme, Cum redijssent ad nos Consiliarij et Oratores nri, quos anno superiore ad Mtem vram, pro festo sancti Georgij miseramus, retulerunt inter coetera nobis, venisse isthuc Nunctium Imperatoris Thurcarum, quo significasset ille, se cum Mte vra et alijs Christianis Regibus et Principibus, inducias accipere velle, his conditionibus, que fuerant illi per Serenum olim parentem Mtis vre proposite, Sed vt ij, qui in illis includi deberent, mitterent, ad confirmandum eas intra annum singillatim ad se, suos Nunctios, et no alios ter, Cum vero quesiissent à Consiliarijs Mtis vre, qualiter eum absoluere statuissent, responderunt sibi non esse integrum, absq; cõsilio Summi Pontificis eum expedire, sed mittere velle se ad illius Scitatez celerem Nunctium in hac re, et quod deinde ab illa relatum es set, nos è vestigio fieri à se certiores, tamen hactenus, vti et de alijs, que circa Mtem vram aguntur, nihil prorsus accepimus, De quo valde miramur. Cum aũt ipse Imperator misit nunc ad nos Oratorem sum,

Nunctiatum imprimis victorias et ſucceſſus ſuos, et deinde confirmatum
prędictas Inducias, vt vra Mtas clarius ex eius lris, quarum exemplum illi
mittimus, cognoſcet, Addens eciam, vt ſi placeret nobis, eaſdem Inducias
longiores fieri, q ſint deſignatę, ſe libenter ad omne arbitriu nrum con-
ſenſurum; noluimus illi quicq respondere, donec cum Mte vra rem com-
municaremus, habentes rationem foederum, quę inter nos et Regna nra
intercedunt, Et vt intelligeremus, quomodo Mtas vra conſtituerit, cum
Summo Pontifice, et Conſiliarijs ſuis, de eiſdem Inducijs agendu,
Quare rogamus Mtem vram, vt nos q celerius de omnibus edoceat,
vt ſcire poſſimus, qualiter nos in ipsa re gerere debeamus, Nam nolle-
mus aliquid facere, quod poſtea vel Statui Mtis vrę, vel mutuis foede-
ribus Regnorum noſtrorum, officere deberet,

Videtur aut nobis nunc, et Mti vrę, et nobis multum expedire, vt has In-
ducias cum illo ineamus, propter multa incomoda, quę vtriq noſtrum inci-
dere poſſent, quę tamen non poterint longiores eſſe anno ſeſquialtero,
elapſo iam vno integro à prefinito tempore, et medio adhuc haud
dubie elapſuro antequ res conficietur, Et interim commodius poſſet
fieri à nobis oportuna preparatio, ad reſiſtendum tanto periculo
imminenti, Quicquid tamen Mtas vra decreuerit, nos ocuis cer-
ciores facere dignetur. Quę foeliciſſime valeat, et nos vti facit, et
debet mutuum amet,

Sigismundus I. Rex Polomę Georgio Epō Quinquecclien regni Vngarię Cancellario

RNde in Chro Later, et dne amice charme, Afficimur magno tedio, q iam à longo tempore, nihil prorsus accepimus de statu Sermi dni Regis Ludouici, Nepotis nri charmi, Miramurq; eius Mtas, nihil hactenus de rebus suis, et Regnorum suorum significauerit, Mittimus vero hunc Nunctium nostrum ad eius Mtem, vt faceremus illā certiorem de his, quę apud nos Orator Imperatoris Thurcarum egit, Et quia sumus adhuc hoc tempore adeo graui bello, cum hoste nro impliciti, vt expedire videatur nobis, cum alijs ad prēsens inducias inire, nec minus isti Mti, saltem donec aliquid tandem statuatur à Christianis Principibus eorum, quę ad resistendum tantę, tamq; indies magis impendenti calamitati, parturiunt, Rogatus vram D. efficere velit, vt ipse Nunctius noster, q; celerius cum responso ad nos remittatur. Et perscribat nobis statum valetudinis, et rerum, eiusdem Sermi domini Nepotis nri, De quo sumus non minus soliciti, q; nro proprio. Rem nobis multo gratissimam faciet vra D. Quam longè foelicem et incolumem esse cupimus. Vilnę.

Legatio ad Vngariam a Sigismundo primo Rege Polonie data Mathie Drzewicki epo Wladislauiensi

Post dictam Salutem, referendum imprimis, & licet Sermus dominus Rex Ludouicus, nos serius de Conuetu Regni sui cerciores fecerit, et simus ad presens, alijs nris summis curis, et occupationibus distenti; ne tamen illius Mtis rebus et postulationibus, quoquomodo decs se videamur, curauimus vram L. q̃ celerius in ista longinquitate nra fieri potuit, ad illam expedire, que et nomine nro, vnacum Oratoribus Cesaree Mtis interesset Conuetui illius, consiliumq̃ et studium oportunum, pro bono et tranquillo eius Mtis, Regnorumq̃ ipsius statu, in commune conferret.

Quodq̃ pro debito necessitudinis nre, et tutele, nobis cum Cesarea Mte mutuo delate, quam libenter suscepimus, proq̃ summa solicitudine, quam de rebus illius Mtis habemus, venissemus ipsi libenter ad illam, aut saltem nos Regno illius Mtis, propius admouueremus, nisi in hoc Dominio, tum expeditione bellica, tum alijs impedimentis adeo distineremur, vt no sine graui discrimine subditorum nostrorum hinc vel latum digitum discedere possemus.

Postea dicenda omnia, que dns Epus Quinq̃ eccleslien, et alij fautores.

et benevoli nri, censuerint expedire, Nam ita ipse dns Quinq ecclesien/ significauit, non opus esse Nuncio, nisi credencias mittere, p illic de omnibus, que agenda per eum essent, instrueretur, tame volumus vt L vra nihil neq loquatur, neq agat, nisi mutuo consensu et consilio cu Oratoribus Cesaree Mtis, hocq commissum nostru illis declaret.

SIgnificauimus paulo ante, ipsi Sermo dno Regi Hungarie ea, in quibus missus sit ad nos Orator Imperatoris Thurcarum, et suggessius sue Mti sententiam mram de suscipiendis Inducijs, quas ille vltro postulat, cum adhuc nullum indicium sit firmu expedicois generalis cotra illum, vt intra ipsas Inducias possemus agere de eadem communi expeditione, et consulere tranquillo statui communium Regnorum nostrorum, quibus propinquius periculum imminet. Et proinde vra Lras ide sua debit, quandoquidem et Consiliarij omnes in Conuentu preterito ita facere censuerunt, prout ipsa non ignorat, vt et nos eciam interim poterimus fortasse hijs difficultatibus, quibus ad presens distinemur, nos explicare.

Ad persuadendum vero, quo ipse Inducie alacrius suscipiantur, referet Lras vra, in secreto tamen, nam ita est opus facto, nos per Exploratores nros fidos, quos in Curia illius Imperatoris habemus, factos esse clam certiores, eundem Imperatorem, compositis et confectis rebus, quas gerit in Syria et Asia, totam belli molem conuertere destinasse, ad Regnum Hungarie occupandum, et interim aliud propositum pre se ferre, vt isperato

accessu, facilius votis suis (quod dñs Deus auertat) pociatur, quę præcipua habet, vt denicto ipso Regno Hungariæ, viam sibi per illud ad invadenda reliqua Christiana Regna et Dominia compararet.

Cæterum quia Cæsarea Mtás nobis significauit se per Oratores suos illic in Hungaria egisse, vt circa Sérmum dñm Regem Ludouicũ, essẽt duo Consiliarij suæ Mtis, et itidem nri duo continui, qui cõmunibus consilijs, cum Consiliarijs Regni Hungariæ, de rebus necessarijs, ad Statum et Regnum ipsius Sérmi dñi Regis Ludouici consultarent, et hãc rem fuisse suæ Cæsareæ Mti recusatam, Postulauitq; à nobis, vt pro ea ageremus, ne vano duntaxat tutoriæ nomine, vterq; nostrum cẽseretur, L. vra et id curæ habebit, habito prius mutuo consilio de hac re, vti alijs omnibus cum Nunctijs Cæsareæ Mtis, et si eciam ipsi, idem in commissis habebunt.

Terrum Colomien, licet Prædecessores nri, et nos in possessioẽ habemus: nolentes tamen de ea in suspenso essẽ, aget L. vra, quo, vti cõuenitum erat, mitterentur ad fines Nunctij ex Regno Hungariæ, et terra Moldauien, qui vna cum nris hanc rem discernerent, et vt tempus missionis ipsius designaret, et Voiuoda Moldauiæ certior fieret.

Constituerunt anno præterito Oratores nri, cum dñis Hungariæ, vt missi fuissent illinc aliqui Nunctij ad fines Regni vtriusq; et tẽpus Cõuẽtus

Ad quem eciam nos mittere nros Nunctios debuimus, vti misimus, erat designatum, in quo fuissent iniurie et differencie communium subditorū nostrorū componende. Quia vero nō miserunt dñi Hungari, quem admodū erat comentum, aget vra R. quo denq mittant, et diem certam statuant.

Reliqua cōmittimus fidei et prudencie vre R. vt quicquid intelliget ad dignitatem nram, et cōmodum Sermi dñi Regis Ludouici pertinere, et quod eciam dns Epus Quinqecclesien, et alij benevoli nri suggerent, id sedulo exequatur. Nihil tamen, vt prius diximus, et nunc repetimus, absq mutua intelligencia, et consensu Oratorum Cæsaree Mtis factura.

Responsum a Sygismundo. I. Rege Polonie datum Oratori Cesaris Maximiliano, ad Mosconiam euntj.

Legatio vre D. quam nomine Cæsaree amplitudinis egit cora Sacra Mte Regia, hec summatim cōtinebat, Retulit primum se missum esse, ab eius Cæsarea Celsitudine, ad tractandam et conficiendam pacem et concordiam inter suam Regiam Mtem, et Ducem Moschonie, et conditiones modosq. quibus id agere debeat, declarauit.

Similiter habere se dixit in mandatis, de re Ruthenica perquirere et tractare, Quodq Cæsarea Mtas, intellecta negocij ratione, haberet certa quedā media, dissensionem inter eius Mtem et d. Mgrū tollēdi et negociū cōponēdi.

Cæterum retulit dnos Hungarie recusare, vt Consiliarij vtriusq; Mtis, necno et Regni Bohemie, apud Sermum dnm Regem Ludouicum, psentes adessent, De quorum mutuo consilio Status et negocia illius Mtis, comodius dirigerentur, sed solis sibi omnem gubernacois potestatem vendicare.

Postulauit deinde, nomine illius Cæsaree Mtis, vt sacra Mtas sua ordinari faceret celeres postas hinc vsq; Wratislauiam, et q; idem illius Cæsarea Mtas, à se facere vellet, quo absq; mora lre, vltro citroq; inter vtramq; Mtem perferri possent.

Postulauit eciam, vt sua sacra Mtas, Dantiscum Nunctium suum apud illius Cæsaream Mtem, longius manere permitteret, nec illi imputaret, q; tantisper apud eam sit immoratus.

Retulit preterea vra D. quendam Moschum Juden, qui cum Lanthalcoe proficisci debuit, egritudine suis se in terra dni Mori Prussie correptum, et dum in Moschouiam rediret, in securitate salui conductus esse à subditis Mtis sue captum.

Postremo pecijt vra D. vt Mtas sua Regia ocius illam expedire dignaretur, vel si id fieri comode non posset, Nunctius Ducis Moschouie, qui cu illa vadit, celerius precedere permitteretur, et conduceretur secure per Dominiu sue Mtis, Et hec summa fuit eorum, que egit vra D. Quibus sacra Mtas sua dignata est mihi comittere, ita illi suo nomine respondere.

Imprimis vero sua Mtas Regia, agit et habet summas et immortales gracias.

Sérmé Cæsareé Celsitudini, de hac illius Mtis, tanta in se benevolencia, et amore, q; nó granatur tot Nunctijs, et tractatibus agere, et contendere, quo Mtás sua in pace et tranquillitate, Regno et Dominijs suis fruatur, et difficultatibus, quibus distinetur, honestis medijs exoluatur. Quam curam et solicitudinem, vult et pollicetur Mtás sua, illius Celsitudini vicissim omni benevolencia, studio, et facultate sua, quoad vixerit, semper referre, neq; vllq; alig̃d prætermittere, quod róibus et gloriæ illius Cæsareé Mtis sua opera et cura conducere posse putabit.

Et probat quidem Mtás sua, suntq; satis ex eius sentencia condicóes et media hée, quibus illius Celsitudo edocuit vrám D. rem cum Duce Moschoviæ aggredi et agere, verum id non videtur rei et dignitati Mtis sue congruere, vt mittere Nunctios suos ad hostem deberet, qui contra omne fas et Jus iurandum Mti sue bellum intulit, et multa damna perpetrauit, ne Mtás sua censeretur ab illo iam eo loci esse redacta, vt pacem ab eo petere cogeretur, cum ad id nulla necessitate stringatur.

Contenta est tamen Mtás sua, mittere Nunctios, cum sufficienti Instructióe et potestate, vel ad Ciuitatem Rigensem, vt illic vna cum Nunctijs illius conuenirent, vel ad fines separatim in locum aliqué commodum sue cuiusq; Ditionis, inter quos vra D. cómcando, tentaret rem aliquo honesto et æquo modo, nomine illius Cæsareé Mtis, componere et determinare.

Quod si Dux Moschoviæ, vtrumq; facere recusaret, Mtás sua consentit, vt vra D. agat, quo fiat Compromissio in Cæsaream Mtem, et mittantur

ad illam à singula parte tres Nuncij, qui facto Jureiurando ẽqui et iusti consilij, rem inter se tractarent et expenderent, Quam vbi diffinire et coẽgnare non possent, illius Mtas, in quam compromissum esset, diceret, et pronũciaret id, quod ei instum et congruum videretur, et vt interim Inducie aliquẽ firmẽ et conuenientes statuerentur.

Hec, vtcumq; vrã D. cum ipso dño Duce Moschouiẽ, constituet, postulat M. sua Regia, vt eam q̃ celerius cerciorem faciat, missis ad fines aliquo cito modo lris, quẽ vt inde huc absq; mora perferatur, à Mte sua prouidebitur, ne Mtas sua per longam expectationem, tempus et occasionem rebus suis consulendi prẽtermittat.

Quod vero ad rem Pruthenicam attinet, causa vna est duntaxat, et ea quidẽ nõ difficilis, huius omnis dissensionis, videlicet Juramẽtum: quod dominus Mgr Mti suẽ prẽstare debet, Quod quare hactenus facere recuset, Mtas sua satis mirari non potest. et prẽsertim, q, ad euadendum hoc suum debitum, implet querimonys vniuersum terrarũ orbem, cum magna iniuria Mtis suẽ, Et multas ac varias difficultates, etiam suẽ professioni, et necessitudini non congruas, Mti suẽ, et Dominys eius ingerit. Tamẽ quia hoc negocium, non adeo est vrgens, vt id quod furore bellico æstuat, et vrã D. duo simul obire non potest, censet Mtas sua, vt prius rei Moschouiticẽ toto studio incumbat, Et nihilominus optat Mtas sua, vt ei referat hos modos et conditiones, quibus Cæsarea Mtas differenciã ipsam, inter eius Mtem, et dnm Mgrum tollere vellet, vt interim, priq;

id agatur, pos Sit Mtás Sua illas Secum perpendere, vtrum ex vSu Suo, et Regni Sui forent, nec ne,

De voluntate dnorum Hungarorum, in gubernatione Status Sermi domi Regis Ludouici, iampridem eciam Mtás Sua intellexit, et multũ indigne tulit, Putat em itidem, vt Cæsarea Mtás authoritati vtriusq; nõ mo; dicum detrabi, Et proinde vult de hac re, cum illius Cæsarea Mte, oportunum capere consilium,

Postas celeres hinc vsq; Wratislauiam, ita vt illius Celsitudo postulat, Mtás Sua disponi mandabit;

Dantiscum eciam Mtás Sua, tamdiu relinquere dignetur, apud illius Cæsaream Mtem, q; diu illi libuerit, Et gratum est Sue Mti, q; eius Seruicia placeãt, et Sint ex sentencia illius Cæsaree Mtis,

De Moscho aũt Iuden, q; in Securitate prestita capi debuerit, non constat Mti Regie, Meminit quidem datum à Se fuisse Nuncio Ducis Moschouie Basilio Teterin, qui cum Panthaleone profectus fuit, et eius familie euntj cum eo et redeuntj Salvum Conductum, Deinde vero captũ fuisse à Speculatoribus Mtis Sue, et Custodibus finium Moschum quendam habitu Germanico, clam, terram Mtis Sue, penetrare volente, qui tamen eo ipso die, quo ad eam pductus fuit, ferro Sibi mortem consciuit, Et hec res non aliter Se habuit,

Expedire vero hinc vrã D. quis tam cito non placuerit Mti Sue Regie

Vt que honoris gracia Sermē Cæsareę Mtis, habet eius preſenciam apd se multo gratissimam: tamen quia et vra D, id optauit, et Mtās sua intelligit celeritatem, tam negocijs suis, q̄ itineri vrē D. expedire, nolu: it illam diucius remorari, et cupit vt rursum ad se salua et incolumis reuertatur.

Instructio a Sigismundo .i. Rege Polonie Data Oratoribus Cesaris Maximiliani ad Ducem Moscouie euntibus.

Quod Mtās Regia non dubitat id, quod ad exordium tractatuum cōficiendē pacis inter Mtēm suam, et Ducem Moschouie attinet: D. vestras abunde esse à Mtē Cæsarea edoctas, vt pote de expeditione generali, quam Summus Pontifex, et illius Cæsarea Mtās parant, aduersus Imperatorem Thurcarum, et iam magna ex parte constituerunt, Ad quam, tanti momenti esse ducētes Mtēm Regiam, et Ducem Moschouie accedere, vt sine illis nequāq̄ res bene geri posse videatur: aucta adeò potencia ipsius Thurcē, et indies magis inualescente, vt nisi maturius huic malo prouideatur, frustra deinde, neglecta occasione, esset aliquid faciēdū: Maxime cordi habere ipsum Summum Pontificem, et Cæsaream Mtēm, compoīi discordiam, et bellum, inter Mtēm suam et Ducem Moschouie Nam inter Christianos Principes, solos iam duos hos restare, qui inter se adhuc digladiantur, finisq̄ maiores causas bellorum inter alios Reges et Principes Christianos, q̄ sit hēc inter Mtēm suam, et ipsū Ducē.

tamen propter hanc Summè neceßariam expeditionè, et bonũ Reipub^ce Christianè, dimißis omnibus, cunctos se iam concordari et reconciliari permisisse, Et propterea postulandus et hortandus erit ipse Dux ad pacem, æquam et decentem ineundam, Et q; Cæsarea Mtás habeat hanc spem, Mtém Regiam venire ad æquam pacem nó recusaturam.

Quod Cæsarea Mtás intellexit plene ex Oratore suo dño Sigismundo de Herberstayn, in quibus Consiliarij Mtis Regiè culparunt Ducè Moschoviè, de transgreßione et violatione fœderum, commemorantes ipsa fœdera, et ea producentes, quæ erant facta, inter fœlicis memoriè Serẽmum dñm Casimirum Regem, Patrem Mtis suè, et Baßilium aui Baßilij moderni, Ducis Moschoviè, et deinde quæ erant inter Serẽmum olim Alexandrũ Regem, fratrem germanum Mtis suè, et Joannem Baßilij patrem eiusdè Ducis moderni, Et postremo, quæ inter Mtém suam, et ipßum Ducè facta, et Juramentis ac lris, vtring firmata fuerunt. Volentesq vt pax, iuxta prima fœdera, conficeretur, et vt inter tractandum, deinde ad secunda descendentes, in conditionibus demũ vltimorum fœderum constitißent, Econtrario vero quid responderint Consiliarij Ducis Moschoviè, et in quibus Mtém Regiam culparint, eciam id abunde Cæsareá Mtém, ex dicto dño Sigismundo Oratore suo cognouit se.

Intelligente itaq Cæsarea Mtè, ex rebus prædictis, venire ad concordiam inter se Mtém Regiam, et Ducem Moschoviè non posse, mißisse illius Mtém vrás D. qui id nomine suo conficere curarent, iuxta

Conditiones foederū, quē prius inter Mtem Regiam, et ipsū Ducē Moscho-
viē fuerunt facta, Ex quibus, vt aliquid dimittere Mtas sua deberet, et
pr̄sertim de restitutione Arcis Smolensko, ad hoc nullo modo induci po-
terit.

Et certo sciant vr̄ē D. non aliter Mtem Regiam pacem cum Duce illo
inituram, q̄ q; ipsa Arx Smolensis restituatur, et q; ea quē facit, vt per-
mittat tractari, inter se, et illum de concordia, facit causa et confidencia Cæ-
sareē Mtis, et pro bono Reipublicē Christianē.

Quod si dictus Dux inire pacem nollet, nisi ad se Nunctij à Mtē Regia
mitterentur, sciant D. vr̄ē, id Mtem suam, nullo modo facturam, Et pro-
inde ita agent, vt ipsē solē authoritate Cæsareē Mtis faciant ipsam pacē
absq; eo, q; Nunctios illuc Mtas Regia, vel ille Dux ad ea huc mittat,

Vbi vero Dux Moschouiē, conditionibus prēdictis pacem facere recusaret,
hoc est, vel q; nollet restituere Arcem Smolensem, vel tractare de cōcordia,
nisi Nunctij Mtis sue ad eum mitterētur, accipient inde D. vr̄ē, occasio-
nem tractandi de Inducijs, eo videlicet modo, vt illas solē illic faceret autho-
ritate Cæsarea, sine eo, q; Mtas Regia in Moschoniam, vel dux ille huc
mittere deberet, Nam Mtas sua, nullo modo amplius ad eum mittere
vult, Ad quas tamen Inducias Mtem suam non declarabunt vr̄ē D. pe-
nitus adesse, sed sperare se illas Mtez sua, causa Ces. Mtis et Reipublicē
Christianē inituram.

Si pax confici poterit modis et conditionibus prędictis, agendum erit de restitutione cāptiuorū, et eorū quos Mtās Regia, multo plures et insigniores habet, et quos ipse quoq; et nunc, et ante inita foedera detinuit, et iuxta conuenta facta nō restituit, Quorū nomina, vbi opus eſſet, vris p, postea daventur, aut mitterentur. Si vero talis pax confici nō posſet, nihil fiat, neq; tentetur, de restitutione captiuorum.

Inducię aūt si fieri debebunt, firmabunt illas vrę D. Juramēto et lris Ducis illius, sine eo, q; Mtās Regia illuc mittat, Quas deinde cum Mti suę vel afferent, vel mittent, Mtās sua, pariter lrās suas dabit, et iuramento confirmabit, Quę tamen Inducię, non fiant ab aliquibus alijs rebus, q; à bello, vt duntaxat cessatio eſſet belli ad quinq; vel sex annos, ratioe huius necessitatis rei communis Christianę, Absq; eo, q; commercium aliquod fieri deberet, inter Mtis suę, et illius subditos et Mercatores.

Ordinabuntur vero postę, per omnia Dominia Mtis Regię, quibus D. vrę, lrās suas ad Mtem eius mittere celeriter, et rursum per Mtem suam in oib; cerciores fieri de voluntate suę Mtis poterunt.

Reliqua cōmittit Mtās Regia, industrię, prudęcię, et fidei D. vrarū, vt qd vtile et honestū Mti suę putabūt, id agāt, tractēt, et exequātur.

Et quia vadunt ad homines longe ab omni humanitate et moribus Ciuilibus alienos; ita insistāt, vt nihil illis cōstare posſit, vrās D. aliqd agere de snija et volūtate Mtis Regię, sed de solo Cæs. Mtis studio et obseruācia.

643

641
521

Sigismundus 1. Rex Polonie Cesari Maximiliano.

SErme et excellentissime Princeps, et dne frater, et consanguinee nr charme, et maior honoran. Fuit apud nos Lanthaleo Nunctius vre Mtis, ex Moscouia rediens, et retulit nobis ea omnia, que cum illo Duce, nomine vre Mtis egit in rebus nris, et quod ei datum sit responsum, Agimusq; immensas gracias vre Celsitudini, pro ea opera et cura, de ipsis negocijs nostris, quam vicissim vre Mti omni studio et offitio nro rependere curabimus. Verum noluit idem Dux, prout vra Celsitudo clarius ex ipso Lanthaleone intelliget, ad aliquid eorum consentire, que Mtas vra ab eo postulauit. Que res, non parum difficultatis nobis inges sit, nos enim id existimates, q; stare debuisset admonitioni et arbitrio vre Mtis, non ita nos, aduersus eum accinximus, vt opus fore videbatur, Vtcumq; est, quando ea temeritate fertur, nos incumbemus defensioni nre, et Dominiorum nrorum, et speramus in diuina clemencia et iusticia nra, q; vt ante hac consueuimus, sic et nunc perfidiam, et temerarios cuis conatus, reprimemus. Quamq; nescij no sumus, q; molesta et perniciosa sint bella, cum omnibus alijs Principibus, tum nobis maxime, qui preter istum Scismaticu, et Thurcos, et Thartaros, perpetuos hostes habeamus.

Accedit ad hoc, q; Nepos nr charmus dns Rex Ludouicus, sit relictus in Regnis, cum debito ordine carentibus, tum graui periculo expositis

Intellexim⁹ ẽm ex eiꝰ Mtis lris, Thurcorum Imperatorem, accingere se magno apparatu, aduersus eum et Dominia ipsius. Proinde vt illius Mti, vna cum vra Celsitudine commodius pro debito et desyderio nro adesse possimus, et alijs rebus nris liberius intendere; rogamus vram Cæsarea Mtez dignetur operam facere, ita vt incepit, et nobis pollicita est, quo fine aliquem bonum capiamus, cum dicto hoste nro, et interim Inducias habeamus, ita vt à tempore, quo inciperent, durarent ad biennium. Intra ẽm hoc tempus possemus cum vra Mte, tam Nepotis nri bono statui consulere, q3 eciam magis necessaria negocia nra, et pacem deinde cũ illo conficere, Idq3 vt vra Mtas facere velit q3 celerius fieri potest. et ceu non postulata à nobis, sed de mera sua in nos beninolencia, et motu suo proprio, vt et hostis noster, et alij omnes aliter existimarent, habeatq3 Mtas vra in pectore secretum.

Ceterum Inuictissime Cæsar, ad postulationem vre Celsitudinis, nihil egimus cum dño Mgro Prussie de iure et debito nro, verum compertum habemus illum vna cum Mgro Liuonie, delectum facere gencium suarum. Arces munire, pontes versus Dominia nra struere, Sicq3 vtrumq3 es3 se animatum, vt cum Dux Moschorum Castra, aduersum nos moueret, ipsi eciam in has terras nras, irruptionem facerent. Rogamus igitur vram Cæsaream Mtem, vt cum nos nihil, aduersus ipsum Mgrum Prus3ie, causa Mtis vestre egimus. abstinuimusq3 huc vsq3 ab vllo hostili cum eo incoepto; retrahere ipsum, simul ac Mgrum Liuonie dignetur, à ta indigno

et illicito facinore, Nam si illi bellum nobis vltro inferent, nobis nõ licebit nisi armis arma repellere, Et quantum inde detrimentum illis, et incẽdium in re Christiana accidere possit, vra Mtas, vt sapientissimus Pnceps, facile perpendere potest.

Quia vero ignoramus, cum quibus mandatis mittat, ad vram Celsitudinẽ, Dux Moschouiæ Oratores suos: Rogamus illam plurimũ, significare nobis, q̃ primum fieri poterit, dignetur. Et quid ab eis accipiet, et quomodo rem nram aggredi cum illis instituerit, vt intelligamus, quomodo res nras statuere et dirigere debeamus, et diucius in ancipiti non pendeamus. Cupimus vestram Cæsaream Mtem et optime valere, et foelicissime de hostibus suis triumphare, Cuius fauori, et frnæ beneuolẽciæ nos cõmendamus.

Sygismundus .I. Rex Polonie Cesari Maximiliano

Serme, et Excellentissime Princeps, et dne fr et consanguinee nr charme et maior honoran. Fuit apud nos Spectabilis Bretislaus Swÿhowski de Ris Semborgk, Sermi dni Ludouici Regis Nepotis nri amantissimi, Mgr Curiæ, qui nobis nomine vræ Cæsareæ Mtis tum lras aliquot obtulit, tum etiam egit verbis nonulla, ad mutuam beniuolenciam, et coniunctionem nram pertinencia, quæ nos magnopere delectarunt, et quibus itidem nos ipsi verbis respondimus, Verum quod ad ea attinet, quæ in lris

continebantur, fuimus quidem nó parvo tedio affecti, nihil à longo tempore intelligentes, quid egerint Nuncij vré Mtis apud hostem nostrum Ducem Moschovié, et item eius, apud vram Mtem, Tamen quando Lanthaleon illíc rediés apud nos fuit, et responsum, quod ab eodem hoste nro accepit, nobis declaravit, scripsimus per eum vré Celsitudini, id, quod tum ex re nra censuimus faciendum. Cum vero, anteq̃ ille ad vram Mtem perueniſſet, dignata sit Oratorem suũ insignem, Rndum dnm Epum Laibacen, Principem et Consiliarium suum, forte cum alijs nonnullis, ad nos, et dictum Moschovié Ducem, gracia pacandarum rerum nrarum designare, est id nobis multo gratiſſimum, ac vré Celsitudini pro hac solicitudine, et benigno fraternoq̃ officio, plurimas agimus gracias. Quando vero idé Orator ad nos applicuerit, instituemus cum eo modum, quo idipsum munus obire debebit, quantum rebus et dignitati nré expedire videbitur.

Coeterum, quod ad statum Regni Bohemié attinet, plurimas eciam grás habemus vré Cæsareé Mti, q, mittens ad idem Regnum Oratores suos, commiserit illis partes nras, vna cum suis simul agere, Quam beniuolenciam et fauorem vré Mti, pari, et omni alio gratitudinis et integritatis officio rependere curabimus, Et miſiſſemus quidem nos eciam illuc proprios Oratores, ſi de Conuentu statim ipſius Regni, quicq̃ compertí habuiſſemus; sumus tamen nó pridem edocti, peractum eſſe iam illic Conventum ipsum, vrámq̃ Mtem, et nos vna, in tutores Sérmi dni Regis Ludouici, et eiusdem Regni ipsius susceptos eſſe, deputatosq̃ singillatim ad vtrumq̃ nostrum Oratores insignes, qui id denunctiáret, peteretq̃

hanc prouinciá à nobis ſuſcipi, non dubitamusq; illos apud vrám Mtez vel ſuis ſe iam, vel breui futuros. Nos eciam eos, qui ad nos deſignati ſunt, in horas expectamus. Qui cum primum ad nos venient, tractabiús cum eis ea omnia, quæ ad officium noſtrum mutuú, et bonum foelicemq; ſtatum préfati Sérmi dni Regis Ludouici, pertinere arbitrabimur. Id quod et vra Celſitudo p ſe facere, et nó deeſſe illuis cómodis dignetur.

De rebus ſuis Italicis, et vrbe Brixia intercepta, quod nobis Mtás vra declarare voluit, id nos tanto dolore affecit, vt eam iacturam iuxta atq; nrám propriam eſtimemus. Tamen perpendentes nobiſcum, prudenciam et dexteritatem vré Celſitudinis, necnon rerum omnium, preſertim belli; carum, vicisſitudinem, facile speramus illam, et eam vrbem et reliqua quæ illi debentur, breui, cum ampliſſima ſua gloria, et dignitate Reipæ Chriſtiane, vindicaturam, Idq; vti spem habemus, indies audire pro sú; ma conſolatione nra vehemeter optamus. Valeat et ſit foelix vra Mtás Cæſarea, Cuius fauori et fraternæ, indiuiduæq; beninolencie nos pluri; mum commendamus.

Responsum a Ludouico Rege Vngarie' datum Oratori Cesaris Maximiliani: et Mathie' Drzewiczki epo Cuiauien' Oratori Sigismundi Regis Polo'

Georgius Eps Quinqueclesien' respondit

Quoniam circa postulata, et expeditionem D. vrarum, satis abunde per hos dies, cum D. vris, medio dnorum Consiliariorum, iussu et comissione sacre' Regie' Mtis, actum et tractatum est, non putat Mtas sua opus esse, vt multis et prolixioribus verbis nunc agatur. Quam breuius igitur potero iussa Mtis sue' absoluam.

In primis itaq; Mtas sua agit et habet immensas gracias, illis Sacratissime' Cesaree', et Serme' Regie', Mtibus. tanq; fratribus, et Latribus, atq; Co: sanguineis suis charmis, q; Mtes ipsarum, inter tot et tantas ipsaru' curas et occupacões, dignate' sunt eciam, de sua Mte, et rebus, ac Statu suo, cura singularem gerere, et ipsas D. vras, ad suam Mtem, et Conuentum iam exactum mittere, quo D. vre', omne bonum, commodum, Mtis sue', ac co: seruationem, quietem, et tranquillitatem, et defensionem omnium subdito: rum sue' Mtis procurarent, tanq; pro propriis Mtibus suis, ac Domi: nijs suis Latrimonialibus etc'. Profecto si Deus vitam Mti sue' pro: rogauerit, peruenietq; Deo ipso iuuante, ad eam etatem, et vires, ac inge: nium, magis ei opitulabuntur

beneficio certasse nunq; peniteat, atq; eiuscemodi amoris, ac prne' solicitudis

fraternéq̃ beneuolencié, nunq̃ est immemor futura, Studebitq̃ eisdé Mtibus non modo gracias habere, verum nacta oportunitate, et habita facultate, cumulatissime eciam referre.

Deinde exposuerunt D. vré, nomine illarum Mtúm, optantes, vt pro execucóe tutelé ac protectionis, et pro satisfactione, dicti Lrni et frni amoris, ex parte Cæsaree Mtis duo Consiliarij et Oratores intersint, et interueniát regimini suie gubernio Curié Regié Mtis, Letunq̃ tam Mtem suam, q̃ celeberrimum Senatum Mtis sué, vt iam tandem bona, et necessaria conclusio nunc fiat, de admissione supra scriptorum, prout plures códicibiles causas, et raciones, quas D. vré, prudenter, et cum magna grauitate, disseruerunt, et explicarunt.

Adhéc Mtás Regia, in hunc modum respondet, q̃ ipsa neq̃ modo, et hoc tempore aliter cum consilio suo se resoluere et respondere potest, q̃ quod prius respondit, Qz videlicet ipsa, nunq̃ ab amicicia, amore, frmitate, et protectione illarum Mtúm, tanq̃ patrum, fratrum, et consanguineorú, ac protectorum suorum fugit, nec vlla via ab eisdem vult vnq̃ alienari. Imo omnem spem, atq̃ fiduciam in Mtibus suis, tanq̃ parentibus charissimis collocauit, Illasq̃ tanq̃ tales, optimos patres, fratres, tutores, et Protectores, atq̃ affines, semper venerari atq̃ obseruare, et earundé auxilio, fauore, et beneuolencia, in occurétibus et necessarijs rebus, libenter vti intendit. Sed quod ad vlteriora se Mtás sua extenderet, aut de his ad particulariora veniret, id facere non potest, tum q̃ putat esse minus necessariú, tum q̃ pleriq̃ ex dnis, ac Regnicolis ad hanc dietam

Venire non potuerunt, et modo absunt propter pericula, que tam propter obitu Moldavi, q̄ etiam alias crudeles Thurcarum machinacões, imminebant, et nunc imminent, Et que etiam fuerunt cause, q; nec de alijs rebus Regni quicq̄ est tractatum, aut conclusum.

Rogat igr Mtás Regia, Sacratissimam, et Sermam illas Mtés, velint boni consulere, et contente esse, et hoc responsum in optimam partem interpretari, et Mtem suam tanq̄ filium ipsarum charmum commendatu habere,

Quantum vero ad negocium Bohemicum attinet, sciunt bene D vre, dieta in Bohemia, vti statuerat Mtás Regia, non esse celebratam, nec scire adhuc potuit, quidnam actum ibi sit, Et set aut Mtás Regia cõtenta, quemadmodum D vre, nomine illarum Mtum cupiunt, celebrationem dietę in Bohemia, vsq̄ ad festum proximum sancti Michaëlis differre, Sed quia vt dictum est ignorat Mtás sua, in quibus terminis res sue istic existant, Igitur vult experiri quid actum sit, et si videbit dietam ipsam posse differri, vsq̄ ad dictum festum beati Michaelis, absq̄ incommodo et detrimento rerum et negociorum Mtis sue, libenter faciet, et prefatum diem, hmoi dietę constituet,

Si vero incommodo ac detrimeto rerum Mtis sue differri non poterit, in quocumq̄ termino illa celebrabitur, curabit Mtás Regia q̄ primu illas Mtés reddere cerciores, vt eciam suos Oratores ad eandem mittere possint.

Dabit aũt Mtãs Regia Oratoribus suis, ad ipsam dietam proficiscẽtibus, eam Instructionem, et Informatione, et omnibus declarabit se, cum illis Mtibus vnum esse, Illasq tanq patres, fratres, tutores, ac protectores, obseruare ac venerari, Et esse inter eas vnum nolle et velle, atq eisde Oratoribus cõmittet, q, ita se in omnibus, cum dictis Oratoribus Mtũm suarum gerant, vt quanto magis absq lesione, seu diminutione dignitatis Mtis sue fieri poterit, se se voluntati illarũ Mtum, conformẽt, et accommodent.

Sigismundus I. Rex Polonie
Leoni Pape X.

Vilne 1516

SAnctiss ime in Chro pater, et dne dne clementiss ime, Post debitam fidei, et obseruancie mee commendationem, ac oscula pedum beatorum. Non incognita est vre Sctitati, et fere toto Orbi, causa mea et Regni mei, cum Ordine Cruciferorum in Prussia. et qualiter ille nõ modo contumaciter se gerat, in his, que mihi, et Regno meo prestare debet: sed insuper cum Scismaticis, aduersum me conspirando, multifarias mihi difficultates, et motus excitat. Quam iniuriam, licet dudum et facile potuerim in eo vindicare, stringereq illum ad id, quod mihi iure debetur: tamen abhorrens à cede, et profusione sanguinis Christiani, que iam superioribus annis multa est illic in Prussia cõmissa, ppessus su

vsq; hnc, et tuli æquo animo, eiusdem Ordinis iniqua de me merita, sustinés
continua bella, et impetum Infidelium, et Scismaticorum, Quo ille nó con-
tentus, molitur, vt sencio, actionem quandam aduersum me, isthic in Cu-
ria Romana, apud vrám Sctitatem. Quæ res, in modernis meis bellicis
occupationibus, essĕt mihi, ceu bellum aliud, exaduerso non ferenda.
Opusq; ẽs set, intermisso cum infidelibus et Scismaticis quo quo modo
negocio, ei rei, cum magna status Christiani perturbatione, insis tere.
Quare supplico vræ S. vt si quid tale ipsi Cruciferi niterétur, apud
illam aduersum me agere, id facere non permittat, ne mihi et Re-
gno meo, geminam, et omnino non ferendam difficultatem exhiberet.
Prout in ea re lacius aget Rmus dns Cardinalis Bononien, Re-
gni nostri Protector, et iste Venblis Stanislaus Goreczki, Custos
Plocensis, et Secretarius meus. Cui vra S. fidem et benignas au-
res adhibere dignetur. Cuius clemencie et tuitioni me et Regnu
meum humiliter commẽdo. Vilnæ vij Nouẽbris M°. D°. xvj°.

Serme atq; Inuictissime Rex, dne dne colendissime. Post debitas
cõmendationes, Si inter Sermum dnm, eundemq; Patrũ mẽu, ac
Mtem vram nulla intercederet amicicia, ac mutui amoris coniunctio,

quæ à meis, suisq; Progenitoribus incepta, etiam nunc intercedit maxima: tamen illius præclarissime virtutes, singulari Rege dignissimæ, quæ in maximis rebus gerendis, cum summa omnium laude, testatæ cognitæq; fuerunt, me impellerent, vt illi me totum dederem, dicaremq; Omniq; cá observancia, omni fide, studioq; colerem, Cum vero ad veneratione instam, ipsius virtuti debitam, tantus erga illam amor, eiusdem dñi nostri, Patrui mei, vetustusq; cultus Maiorum meorum accedat, omes iam videor habere causas, quare illius honori, amplitudini, nomini, omnino sim addictus. Itaq; cum sepe cupis sem, vt aliqua occasioe oblata, hoc studium animi mei, declarare eidem pos sem; Forte euenit, vt ex quibusdam auditum, ad me referretur, desyderare cá Leões aliquos nanciſci, quo huius generosi animalis vel natura cognoscere, vel sobolem propagare posset. Quod simul atq; intellexi, statim pro eo, ac debui, dedi operam, vt geminos, ad eam mitterem, Marć et fœminam, qui ad gignendum idonei es sent.

Petrus Tomiczki Epʃ Premisliẽ. Vicecancell
Chróforo de Schidlowec Palatº et Capitaneo
Cracouiensi Regni Polonie Cancellario

Mage dñe, dñe et amice honorandiſſime, Hodie diſceſſit hinc dñs Dux Conſtantinus, rectaq; iſthuc ad Mtem Regiam proficiſcitur. manſurus cum illa q̃ diu neceſſitas Mtis ſue, et Reipublice expoſcere videbitur. Poſtq̃ non apparent hactenus hoſtes, de quibus certa ſignificatio paulo ante habebatur, ſpero in dño Deo, q; hoc anno nos numeroſo Exercitu nõ infeſtabunt, à leuibus tamẽ illorum excurſionibus, erit nobis eciam cauendum.

Pater Commiſſarius et Prouincialis Ordinis ſancti Franciſci, quem ſubornaueram, vt pertentaret Oratorem Cæſareum, ſi quid aduerſus Mtez Regiam egerit in Moſchouia, expiſcatus eſt ab eo nonnulla, ex quibus facile conijcere eſt, illum multa in detrimẽtum Mtis Regie, et Dominiorum ipſius egiſſe, ac nomine Cæſaris ſui, fœdus cum Duce Moſchouie iniſſe. Prout hẽc omnia idem Pater Cõmiſſarius Mti ſue perſcripſit, que vre Magcie in aduentu iſthuc dñi Ducis Conſtantini, per quem ego lras ipſius miſi, non erunt incognita.

Aug.

Heſterno die profectus eſt in Hungariam Rcmus dñs Epus Premiſliẽſis, cum dño Caſtellano Plocẽ,

Ago et habeo magnas gracias vre Magcie, q; ad poſtulationem meam

mandauerit emẽsurari octo vlnas arec̃, in Platea Judeorũ Doctori Mo-
ysi Phischel, et hanc animi propensionem ac beniuolenciam eiusdem vr̃e
Mag̃cie erga me, Curabo illi vicissim omni studio, et officijs amicicie,
semper referre, Commẽdo me ex animo vr̃e Mag̃cie, Quam dñs Deus
diu sanam et foelicem conseruet in sua gracia, Crac̃ feria quarta fe-
sti Exaltac̃ois sancte Crucis. M D xxiiij°.

Sigismunda
Petrus Tomicki eps. Vicecancell
Luce Episcopo Varmiensi

Rme in Chro pater, et dne maior honorande, Doleo plurimum ita
angi et perturbari R. vram, et eius ecclesiam, maleficijs grauatorũ.
Optauiq dudum, vt dñi, et Officiales Seculares istius terre Prus sic̃,
suggessissent Mti Regie, id, quod ẽs et huic rei oportunum et expe-
diens; nam mihi ex professione mea tantum nõ licet, et Mti sue cõsu-
lere, quantum opus videtur. Luto tamen q̃ iam hac prouisione facta,
quam ex dño Ebrebando Feder intellexit, continebuntur ipsa maleficia,
Et si quid adhuc magis facere oportebit, Mtas sua libenter faciet: vt;
cumq̃ nunc alia magna belli occupatione, et difficultate districta.

Narraui omnia Mti sue, que mihi scripsit Rcma R. vra, de Nunctijs,
quos dñs Mgr mittit in Moschouiam et alibi, ac de Conuentu illius cũ
Mgro Liuonie, quem propter egritudinem Mgri Prus sie intelligimus nõ
futurum, Et grato animo suscepit Mtas sua, istam solicitudinem, et

obſeruationem Rxmę L. vrę, Commiſitq vt in omnibus locis terre Ruſ-
ſię fieret diligencia, quo poſſit Nunctius Ducis Moſchouię comprehendi,

Cvm Petro Moldauo, non licet Mti ſuę quicq agere, absq mutua intelligęcia
et voluntate dnorum Hungarorū, Aliogui foedera et ſuſiurandū ſuum in-
fringeret, tamen libencius illum Vayuodam videret q alium, Perſuaſum
habens illum, eius Mtis, et Regni obſeruanciorem futurū,

Vult Mtās ſua, vt Sleſitam, quem tenet captiuum vra Rxma L. ſimul
cum illo priore Predone, in Marienburg mittat.

Coeterum Mtās ſua ſcripsit non contemnendum numerum Militū Mer-
cenariorum, Et cum primum huc applicuerint, mouebit ſe cum his omnib⁹
subditis ſuis, aduerſus hoſtem ſuum, Commendo me Rxmę D. vrę,
quę ſit foelix et incolumis. Datum Vilnę. 1516

Sygiſmundus primus Rex Polonię,
Sta° de Coſcielec Palat° Iuniyladiſlauien. Caput°
Joannis Balinſki Caſtell° Ripinen Diſpenſatori — Marienburg

MAgce et Generoſe etc. Probamus id q, Salnum Conductū Nunctio
Ducis Moſchouię, cum Nunctio dni Mgri eunti non dediſtis, Non eſt em
officij vri Saluos Conductus hoſtibus nris dare, nec hoc a nobis in comiſſis
habetis, quod dno Mgro, ſine relatione ad nos intimare potuiſtis; Et vtcq
eſt factum ita intimetis, Nam ſi Cæſarea Mtās voluiſſet, vt daremus
eidem Nunctio hoſtis nri Salnum conductum, ſignificaſſet id nobis, aut

eius Mtis Orator, qui est in Moschouia. Itaq volumus, vt et nullos talib9 hominibus Salvos Conductus concedatis, et curetis, vt eos, et presertim istum Nunctium Moschum comprehendere possitis.

De difficultatibus, quas patitur dns Epus Varmien, et eius Ecclesia à Pre; dombus, iam te dne Latine edocuimus, qualiter agere debeas, Itaq id diligenter exequatur S. tua: nam nollemus pati subditos nros premi.

Sd quod nobis scribitis de Petro Moldauo, non libenter videremus eum illuis terre Voiewodam, Sed non licet nobis quicq in ea re facere, nisi mutua intelligencia, cum dnis Hungaris, cum quibus specialia federa habemus, de ipsa terra Moldauie, Eciam non possumus permittere Petrum existentem in Dominio nro, aliquid in eadem terra, perturbacois facere, Nam in concordia iuravimus, eum hac racione non fouere, sed cogitabimus, vt aliquid cum dnis Hungaris facere possimus citra offensam fedorum, et Juramenti, et Petrus id à nobis non exigat quod aliter facere deberemus, q fides et dignitas nra Regia postulat.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Zaremba de Calinowa palat° Siradiensi

Magce sincere nobis dilecte, Reddidit nos his diebus certiores Illtris dnus Casimirus Dux Theschinen, se no pridem quosdam homines cepisse, et in vinculis habere, Qui tormentis affecti, confessi sunt se falsam monetam, sub nomine et signis nris, in multa quantitate excudisse, Idq in bonis

Illris dñi Valentini Ducis Rathiborien, et de consensu ac voluntate ipsius, Suasitq nobis, vt contra eundem Ducem Rathiborien, de hoc crimine et excessu in nos, et Regnum nostrum, causam institueremus, et culpa hanc ab eo, Iuris ordine, quod ipse opera et impensa sua traducere vellet, exigeremus, addens se de hac re, cum Rmo dño Archiepo Gnesnen, et Magco Palatino Crac, in eorum ex Hungaria reditu, clarius egisse, et illos consilium suum probasse, Nos licet plane noscamus, magnum fieri, hac satis factione monetæ detrimentum Regno nro, hocq nephas indigno et molesto ferimus animo, tamen ne quid temere, contra dictu Ducis Rathiborien condicoem, vel eciam dignitatē nram Regiam facere videremur, presertim in eo, quod ad statum cōmunem Regni nri attinet, cōmunicare id prius, cum tua S. et alijs Consiliarijs nris voluimus, q̄ prefato dño Duci Casimiro, de voluntate et instituto nro respōderemus. Postulamus igr ab illa, vt re secum perpensa, nobis consiliū suum perscribat, si ipsius dñi Ducis Casimiri suasum, sequi sequi debemus, vel quid nos aliud censet faciēdum. Factura debitum suum, et nobis rem gratam.

Status noster in hoc dominio, est non minus difficilis, et inquietus, q̄ fuerit à principio, recusante hoste nro, vllas condicoes bonas pacis, et Induciarum, nobiscum inire, Et consencientibus aduersum nos cum illo alys vicinis nris, seq ad inuadendum nos simul parantibus: contra quos, quantum possumus, cum hac gente nra, nimium iam attrita, et fessa, vicissim nos instruimus, curamusq, ne quod hostium

nostrorū desyderiū, effectum capiat, Et presertim vt Arci nrē Vthep-
sko, suppecias feramus; quē ab ipso Duce Moschouie, nouissime est ob-
sidiōne cincta,

Admonerat eciam Mgr Prussie, exercitum suum, ad fines Samogithie, sed
cum sensit illic presidia nra esse, continuit se et continet hucusq; in qui-
ete, Missus erat ad eum Nunctius, per Ducem Moschouie secretō, vna
cum illis qui ad Cæsarem Mtem sunt missi, Quem nos scientes
inde rursus eam reduturum, adhiberi fecimus custodiam, vt caperetur.
Qua re optime per Capitaneum nostrum Samogithien exequuta,
captus est, et huc nobis adductus, homo confidens, et vafer, Ex quo
procul dubio, omnia intelligere poteramus, et de conatu hostis nri, et
eciam artibus Cruciferorum, quibus varie et indecenter in nos, et per-
niciem Regni, Dominiorumq nostrorum vtuntur; verum ille Ethnica
vsus fortitudine, cultello sibi mortem consciuit, et nihil dicere voluit,

De discessione Thartari à foederibus nris, licet rumores aliqui sint: ni-
hil tamen comperti habemus, Et ommino si quid esset, Nuncij nri
quos illic habemus, nobis significarent, Quod aut aliquocies tā
in Regnum, q; eciam hoc Dominium insilierint, fieri putamus
id à nonnullis latrunculis, quos ille Imperator continere nō potest,
Maxime nunc, cum ob pestilenciam omnes ex Thaurica, et Sedibus
suis discesserunt, et per cāpos libere vagantur, Vilne feria sexta festi
Sancti Jacobi Apli. M°. D°. xvj°. Regni nri anno x°.

Sigismundus .I. Rex Polonie
Lucæ Epó Varmiensi

RNde in Chró pater, sincere nobis dilecte. Multis indicijs et argumentis apparet, dnúm Mgrúm Prussiæ, quiddam hostile aduersum nos, et subditos nrós moliri. Id vero qua spe fretum ignoramus. Nam mecientes vires illius, non putamus eum adeo incogitantem esse, vt tantam belli molem subire velit, ni aliquibus externis viribus accédatur. Vtcunq; est, expectamus quid incoeptare voluerit, Prouidensq; ne quod dispendium nobis, aut in Dominio hoc, aut isthic in Prussia inferat, vel illatum impunè ferat, Postulamus itaq; à vrá Prte, vt ea omnia, quæ agat, quæue struat, q̄ diligentissime inuestiget, et nos certiores reddat. Multum cm hac re nobis gratificabitur, et officio suo fungetur,

Nunc, hoste nró Duce Moschorum renuente, his conditionibus pacé nobiscum inire, quæ fuerunt illi, per Cæsaream Mtem oblatæ, bello nos accingimus, Dabimusq; operam, iuuante nos dño Deo, et Justicia nrá, vt temerarij et improbi conatus, inimicorum nostrorum, illis ad vota non succedant. Valeat foeliciter vra Prtas.

Rme in Chro pater, et dne maior honorañ, Quę aguntur hic, scripsi paulo ante vrę Rmę D.

Nunctius dñi Regis Daciæ, fuit hic non pridem apud Mtem Regiã, petitũ renouari foedera, quę inter Mtem suam, et illius paretem dñm Joannem Regem icta fuerunt, ac interdici Thurcis mutuis cõmerciis cum subditis Mtis suę, Euisq gracia fortass̃e eciam apud dñm Mgrum fuiss̃e, et ad alios dnos finitimos, profectum ess̃e. Nec ambigo, quin nihil aliud tractet, cum à Mte Regia, tam amicè optarit, nomine illius Regis sui foedera, cum illa inire, et ea confecerit, Non ignorat Mtas Regia ea omnia, quę Mgr moliri et aparare videtur, tamẽ illa nihil incipere vult, expectat id, vt si bellum cum eo agendum erit, fiat excusata apud Deum, et homines, in eo, quod illi accidere poterit, de Prędonibus, quos fouet aduersum terram Mtis suę, facile quidẽ illi, cum id magis constabit, poterit par pari, his vel alijs modis referri, absq magno tumultu, Quę omnia vra Rma D. dignetur accurate inuestigare, et Mtem Regiam facere semper certiorem, Multum enim hac re illi gratificabitur,

Posita sunt prę̃sidia in terra Samogithię, vt si quid Mgr inceptare vellet, resisti illi possit, Alij vero omnes subditi Mtis Regię,

huius Dominij, bello se accingunt, et versus fines hostiles proficiscuntur. Quid deinceps futurum sit, incertum habeo.

De Italia nihil magis nouum est, q3 Summum Pontificem, cu extra vrbem venaretur penè captum fuisse à Pirathis Mauris, vixq3 cum paucis fuga euasisse. Habebunt alij Prelati Venatores exemplu hoc modo vulgare, qui se capiundis feris nimium oblectant. Commendo me vre Rme D. Quam feliciter valere desydero.

Fœdus inter Sigismundum .I. Regem Polonie et Christiernum Regem Danie

+ IN NOMINE, Dni Amen. Sigismundus etc. Manifestum fieri volumus vniuersis. Quia cum Regnorum et Principatu nullus tucior status sit, nulla presidia firmiora, q3 Regum et Principum mutue inter se amicicie et societates. Intelligentes Sermi Principis et dni Christierni, Dacie, Norwegie, Sclauorum, Gothorumq3 etc Regis, singularem erga nos beniuolenciam et affectum, necnon animu firmum et propensum, nobiscum hac societate et foederibus his coniungi, que inter nos, et Sermum olim parentem eius dnm Joanne Regem, ac predecessores vtriusq3 nrum, Polonie et Dacie Reges, inuiolata extiterunt, decreuimus eadem foedera, pro felici-

661
331

statu, et incremeto, comunium Regnoru, et Dominiorum nrorum, cum eius Mte inire, et renouare, ac medio Oratoris Sue Mtis, Rndi et Egregij Ditleni Smither, Juris Pontificij Doctoris Canci Hassnen, mijs; se, renouas se, et sanxis se, presentibus lris nris testamur, Quorum hic tenor est qui sequitur.

Imprimis placitum et sancitum est, quod inter nos et prefatum Sermu dnum Regem Christiernum ac Successores, Regna, Dominia, et Subditos nros comunes quoscumq; fieri debet perpetua et insolubilis pax, amicicia, coiunctio, et societas, et coli à nobis mutuo amore, et fidei integritate, nec quibussis illegittimis causis violari,

Quod subditi Regnorum, et Dominiorum vtriusq; nostru, habeant liberam et securam facultatem versandi inter se mutuo, et mercimonia, ac alia negocia sua exercendi, iuxta tamen consuetudinem soluendorum Thelo; neorum, ac alia Jura Regni, Dominij, et Vrbiu vniuscuiusq;.

Quod in rebus congruis, et racionabilibus debemus nos inuicem, iuxta co; veniencíam et oportunitatem nram, omni fauore, auxilio, et assistencia mutua iuuare, iusticiamq; et fauorem inter nos et subditos nros, pro viribus colere, et obseruare,

Que omnia et singula nos Sigismundus Rex prefatus, pollicem fide et verbo nro Regio firmiter tenere, et adimplere, successoresq; et subditos nros, quantum in nobis est, ad eadem tenenda et implenda

stringimus, et obligamus, Coniunctionibus tamé et foederibus nris, et Regni, Dominiorumq; nrorum, cum alijs Regibus et Principibus initis, semper, et omni ex parte saluis, In quorum testimonium étc.

Segismundus Rex Polomé Gdanensibus

FAmati fideles dilecti, Postulauit à nobis Sérmus Princeps, dnús Christiernus Dacié étc Rex, frater, amicus, et confoederatus nr charmus, vt quia iustum bellum moturus est aduersus Swecos, contumaciter se aduersus eum gerentes, prohiberemus eos cum subditis nris mutua commercia exercere, Nos pro eo foedere et coniunctione, qué nobis est cum illius Mté, cuperemus hac in re illi gratificari, Verum nolé; tes aliquid inscijs vobis facere, quorum id precipuè interes se videtur, cerciores vos de hac re fieri voluimus. et hortamur vos, vt habita inter se mutua consultatione, quomodo nos in ea ipsa re, citra dispendivm, et grauitatem vram, et aliorum subditorum vrorum, préfato Sérmo dño Regi Dacié, adés se possemus, nobis significare curetis, et enitamini, vt q maxime fieri poterit, satis fiat voto et desyderio illius Mtis. Interea tamen mandamus vobis, ne per portas et dicoém vram permittatis, vel milites vllos, vel quoscumq; alios, arma, coeteraq; belli Instruméta, et neces saria, in Swecíam ducén, et in hac re diligenté

habeatis custodiam, Lro gracia nra aliter non facturi. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Marchioni Brandeburgen Magistro Prussie : nepoti suo

Illt Princeps, et dne Nepos noster charme, Jam sepius et per lras, et Nunctios nros egimus cum vra Illte, de varijs et multiplicibus grauami; nibus, retentionibus, et spolijs, que subditis nris, in terra illius fiunt. Que hactenus non modo non cessarunt, sed augeri insuper videntur. Nuper enim spoliati, vulnerati, et occisi sunt, ex ipsa terra Illtis vestre Ciues et Mercatores Vilnen, ac iactura et damno non mediocri affecti. Et preterea quidam Jacobus de Schlowsse, qui, vt accepimus, in eadem ipsa terra vre Illtis degit, illis diffidauit, minitans se illos ferro et igni persequuturum, Que res eo magis est nobis gravis et molesta, quo fit ex Ditione Illtis vre, vicini et necessarij nri, Et proinde postulamus ab illa, vt faciat reformationem, ipsis Ciuibus subditis nris, à suis, et qui cum Dominio eius conseruantur, fieri, Nam et nos tanta iam aduersa ferre no possemus, et subditi nri curarent alio sibi, ad negocia et mercimonia sua exercenda, tucius iter inuenire. Exponet nomine nro reliqua iste nobilis Petrus Gersdorff Aulicus noster, Cui vra Illt plena fidem adhibere velit, et bene valeat, Datu in Castris nris circa Loloczko feria sexta post festu Natiuitatis Marie,

Sigismundus 1. Rex Polom[ae]
Alberto Magistro m[agn]i Prussia

Illtris Princeps, et dn̄e Nepos noster charme. Scripsimus iā sæpius vr̄e Illti, declarando illi, que iniurie, violencie, et damna inferuntur subditis nr̄is in eius terra, postulauimusq; vt à p[re]mendis illis suos Officiales contineret, Quod vsq huc intelligimus nō esse factum, Nunc em̄ delatum est ad nos subditum nostrum christianum Kolleman de Gdano, coactum prius per Pr̄efectum in Ragneth, se pro alieno debito, quod nihil ad eum pertinebat, obligare, deinde eciam in Carcerem conjectum eciamnum detineri, exigiq; ab eo solutionē, ad quam minime tenetur, cum sponsione sistendi se, in Aula Illt vr̄e, quandocumq; fuerit accersitus, et de ea re in perpetuum silendi, prout id ex supplicatione inclusa clarius cognoscet, Nos valde graviter ferimus ita agi cum subditis nr̄is, cum quibus ad nos, aut Officiales nr̄os pertinet vnicuiq; iusticiam ministrare, Itaq; rogamus et hortamur Illt vr̄am, vt dictum Christianum, cum omnibus rebus et mercibus eius isthic detentis, liberum dimitti, et eius damna Arnoldo Thile, resarciri mandet, Quādoquidem nos sumus sufficientes et parati vnicuiq; cum eo iusticiam facere, Alioqui nos in omnibus terris nr̄is idem subditis Illt vr̄e fieri, permittemus, quod in eius terra cum nr̄is indebite agitur. Bene valeat Illt vr̄a.

Sigismundus 1. Rex Polonie Alberto Magistro Crucifferorum in Prussia

Illtris Princeps, et dne Nepos nr charme, Retulit ad nos Magcus Capitaneus Samogithien, q vra Illtas fecerit Jacobum Gdanen Caupone seu Tabernatorem nostrum capi, et in ludibrium tondi, et prius ecia duos illius Piscatores, Officiales Illt vre, ceperunt, et tondi fecerunt, Que res, vt multe alie, que fiunt isthic subditis nris in terra ipsius Illtis vre sunt nobis valde moleste, Postulamusq ab illa, vt dimitti mandet eundem Tabernatorem, et Piscatores predictos, et non prebeat nobis occasionem aliter nos gerendi aduersum se, et subditos suos, q ius necessitudinis, et bone vicinitatis postulat, Alioquin decesse non poterimus, tam grauibus et frequentibus iniurijs subditorum nrorum, quos vt tenemur, ita gracia Dei sufficientes sumus, ab vno quoq tueri et defendere, Si quid aut dictus Jacobus Tabernarius debet cuipiam subdito vre Illtis, Nos cum illo vnicuiq iusticiam ministrari faciemus. Bene valeat vra Illtas.

Rex. Eidem Magistro prussie

Illtris Princeps, et dne Nepos nr charme, Questus est nobis Martinus Zoraw, subditus nr Ciuis Cawnen, q ei ad Castrum Ragnitha in terra Illt vre, recepti sunt duo equi, quos secum in Cawno rediens ducebat, Miramur tam frequentes fieri querelas subditorum nrorum,

racione iniuriarum, que illis in terra Ilstis vre inferuntur, Itaq; postula-
mus ab illa, vt subditos suos contineat ab his violencijs et iniurijs quas
in nros exercent, et mandet ipsos equos eidem Martino reddi, pro mu-
tua vicissitudine, Nam nos nollemus violenter aliquid à nris erga illi-
us subditos agi. Et valeat feliciter Ilt. vra

Sigismundus Rex Polonie
Alberto Mgro Crucifferorum
in Prussia

Ilstris etc Questi sunt nobis Ciues nri Vilnen, q, cum ceram sua
valore trium Millium sexagenarum Monete Lithuanice, ducerent,
per Ciuitatem Ilstis vre Montem Regium, fuerit illis per Officia-
les, et seruos ipsius Ilstis vre, absq; vlla causa recepta, Quodq;
non permissi sunt eandem ceram, vlterius vehere, aut rursus ad
Lithwaniam reducere, De qua violencia nos plurimum miramur,
Postulamusq; ab Ilste vra, committere velit, vt cera ipsa restitu-
atur, Idq; deinceps subditis nris, fieri, apud se nõ permittat Valeat.

Sigismundus .I. Rex Polonie
Alberto Marchioni Brandeburgen
Magistro Crucifferorum in Prussia

Ilstris Princeps, et dne Nepos nr charme. Accepimus lras vre Ilt.
quibus nobis commemorat se questam fuisse sepius nobis, aduersus

Capitaneum nostrum Samogithien, q; ille vel Offlés eius, deberent multa grauamina et molestias hominibus in Districtu Ragneth, Ordini illius subiecto, inferre, et q; nimis coarctaret fines, quos eadem ffft, vrá habet circa villam Coadiuthen appellatam, què antiquitus communis finis Se debuit, inter Magnum Ducatum nrum Lithuaniè, et terram Ordinis, ac vtriq; ex ea prouentus capi solitos; Nunc vero dictum Capitaneú Samogitien, eandem villam á nobis impetratam occupare, et multas aduersitates ffft vré, et subditis eius facere, Propter quas, cum ipse villá hác teneat, et suam eße asserat, videri ffft vré, id ad nos non attinere, q; cum eo, de illa, et alijs iniurijs ageret, optatq; á nobis, vt quod inde inter se et illum accideret, id non ad contumeliam nram vertere, et nec ffft vré, sed illi imputare deberemus, Nos in memoria nó habemus, vrám ffft vnq; de hisce finibus, vel villa ipsa Coadiuthen aliquid nobiscum egisse, aut questam eße, nec de hac re hactenus, nobis quicq; constitit, Alioquin pro nra modestia et equitate, qua cú omnibus vicinis nris semper vsi sumus, missi semus libenter illuc ad fines iuxta consuetudinem vicinorum inter se christianorum Principu, et foedera Magni Ducatus nri Lithuaniè, cum terra Ordinis, Consiliarios nros, qui facile vna cum deputatis á vra ffflte, composuissent omnes differencias et dißensiones inter illam, et ipsum Capitaneum Samogitien, quandoquidem satis manifeste distincti sunt limites, et sufficienter denotati lris antiquorum foederum, inter hoc Dominium nrum, et terram ffftis vré, Nam nos nihil aliem appetimus,

Sufficiunt nobis nra, que benignitate Dei pos sidemus, Sed quemadmodu aliena non libenter vsurpamus, ita nra ab alijs vendicari, vel violenter opprimi, nec ferre possumus, nec consuemimus. Proinde cu Capitaneus Samogitien, sit subditus nr, et eius bona nre subsunt Ditioni, nosq cum eo alijs, no alij cum eo sibi iusticiam iure facere debent; postulamus ab Ilte vra, vt si ratione ipsius ville Coadiuthen, vel cuiuscumq alterius rei se, vel subditos suos ab eo iniuriam vel gravitatem aliquam habere prtendit, non absit ab eo, quod equum et congruum est, ad pacem, et bonam vicinitatem conseruandam, vt per missos illuc ad fines vtriusq Consiliarios nros, conspiciantur ea que cuiusq sunt, queq ab aliqua parte commissa sunt, aliter quam inter bonos vicinos fieri deberet, et mutua moderatione, ac iusto arbitramento, omnes differecie psentur, et componantur, Alioquin si vra Ilt, volet via, aut modo aliquo minus equo et decenti, cum Capitaneo nro agere, non poterimus aliter existimare et accipere, q illam constituisse nobiscum absq vlla legitima causa, bellum ordiri, et cogere nos demq aduersum se aliter gerere, q et voluntas nra vnq fuerit, et vinculo mutue necessitudinis nre conuenire videretur. Bene valeat vra Ilte tas. Datum Vilne Veneris die xxvij Junij.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie
Datum Nuncijs Alberti Marchionis Brandeburgen
Et Magistri mala Cruce signati ordinis in Prussia.

Legatio vrarum D. quam pridie, nomine Illtris dni Mgri, cora Sacra Mte Regia obiuerunt, hec summatim in se cotinebat, Queritur ipse Illtris dns Mgr, de dno Capitaneo Samogitie, q, multas iniurias et damna inferre soleat subditis eius Illtis, occupetq; sensim terra illis pretergrediendo limites, et situando villas in syluis, et Ditione Illtis illius, quodq; ipse dns Capitaneus, rei sue, et mansioni domestice consulens, et in dissensionem adducere volens eius Illtem, cum Sacra sua Mte, iiecerit illi suspitionem hanc, vt Illtas sua moliri deberet aliqd hostile in terram Mtis sue Samogitiam, cum illud propositum sua Illt nunq; habuerit, Petitq; vt Mtas sua, huic rei, veluti comento dni Capitanei fidem non adhibere dignaretur.

Ceterum, quod intelligat idem Illt. dns Mgr, varias querelas preferri sepe ad Sacram Mtem suam, de iniurijs et damnis, quibus afficere deberet subditos sue Mtis, et illis ab eius Mte, vt ex illius crebris lris coniicit fidem prestari, declaratq; Illtas eius ortum querelarum istarum, et se de illis excusat.

Postremo optat eius Illtas, vt Sacra Mtas sua, his, que ad diluendas delacoes et querelas de se Illtas sua, per vras D. declarauit, Mtas

ſua credere dignaretur, habereq eius Illtem cum Ordine ſuo comendatam, et de mittendis vtring Nunctijs ad fines preſtolaretur Mtas ſua ad id temporis, quo eius Illtas comode illuc mittere poſſet.

Non libenter videt Sacra Mtas ſua, nec eſt eius voluntas, vt dns Capitaneus Samogitien, aliquid terre occupare deberet Illri dno Mgro, et eius Ordini, et ſubditos eius premere, Vt cm Mtas ſua no indiget his, que aliena ſunt: ita ea no libenter appetit, contenta his, que dei benignitate late et longe poſſidet, vt illis in diuturna et quieta vita perfrui poſſet, Et proinde ſi prius aliquando dns Mgr, id Mti ſue declaraſſet, quod nunc de ipſis iniurijs, et occupatione per vras D. ſignificauit, continuaſſet dudum Mtas ſua dictum dnm Capitaneum ab his, in quibus excedere videretur, et curaſſet, vt omnes differencie et diſſenſiones, inter illum et eius Illtem eſſent compoſite,

Et quod eius Illtas commemorat ſe ſuis ſe de his rebus ſepe fuiſſe queſtum, id Mtas ſua meminiſſe non poteſt, Vtcumq eſt, Mtas ſua mandare vult dno Capitaneo, vt ſe deinceps ab omnibus, que eſſent contra comunem pacem, et conſeruationem bone vicinitatis, cotineret, et in minimum quodq, quod ad Ditionem eius Illtis, et Ordinis ipſius pertineret, ſe non intromitteret, vſq ad determinationem omnium differenciarum, per miſſos vtring Nunctios, Verum vt et dns Mgr eodem modo ſe, aduerſus illum, et ſubditos ſue Mtis, conſeruare velit, quo videlicet eius Illtas, ea ſibi non vſurparet, quorum

611
336

Mtás sua, et eius subditi, longam et quietam possessionem habuerunt.

De apparatu, vero hostili, quo dns Capitaneus insimulare deberet Ilttem sua, rei et cómoditati sue consulendo, Mtas sua aliunde eciam intelligebat. et fiebat certior de omnibus, que hoc toto anno dns Mgr prosecutit, tamen cum eius Ilttas se de hac suspitione et fama cómuni purgat, Mtás sua excusationem hanc eius benigne suscipit, et boni consulit.

Quod ad communes querelas subditorum Mtis sue attinet. de iniurijs, qbus à dno Mgro, et Prefectis illius affici deberent, id quidem ita est, Queruntur multi continuo tum de dampnis et diffidationibus à grassatoribus, qui cóservari deberent in terra Ilttis sue, tum alijs multis iniurijs, Et quod Mtas sua mirari se de ijs scribat, fit co. q, antehac nunq; apud illam tot et tales querele de dno Mgro, et eius Ordine fiebant, Propter quas nó licuit Mti sue, nisi molestè interdum ferre, et scribere pro subditis suis, id qd illis debet, vt ab alijs indebite non opprimátur, Et proinde postulat Mtas sua ab illius Ilttc, vt ad quod se per vras D. offert, nó prebeat deinceps causam subditis eius Mtis, de se, vel prefectis suis queredi. et vt nó permittat malefícos, et hos qui communem vicinorú pacem turbát, in terra sua cóservari, contra subditos Mtis sue, et illis iusticiam debitam, cum aliquid acciderit ministrari faciat, Quod ab omnibus vicinis Principibus diligenter et necessarie observatur, qui inter se mutua pace, et beneuolencia volunt agere, Nam quod ad Mtem suam attinet, hec et solita est hucusq; et in posterum vult prouidere, ne subditi dni Mgri

et eius Ordinis, de se et subditis suis querendi, vllam aliquando legitimam causam habeant.

Quod reliquum est, sacra Mtas Regia, dñm Mgrum Ordinemq; et singillatim personas vnius cuiusq; illius, libenter vult et pollicetur, gracia, fauore, et benevolencia sua Regia complecti, et eius affecti ad omne bonoris, et comodi illius amplitudinem nó decs se, Dummodo ipse dns Mgr, et eius Ordo pari ratione se aduersus Mtem suam, et eius subditos conseruare studeat, et ita se gerere, vt et benignitas eius Mtis, erga illi; vs affectem, ac Ordinem ipsius, et dñi Mgri, ac eiusdem ipsius Ordinis singulare debitum postulare videtur. Productionem aút temporis, pro mittendis vtrinq; Nunctijs ad fines, Mtas Regia nó detrectat, verú scire velit tempestiue, pro quo die fieri deberet ipsa missio, Nolens in aliqua re moram, et difficultatem à se oriri, qué impedire deberet ea, qué spectant, ad communem pacem et bonam vicinitaté cóseruándá.

Sigismundus. I. Rex Polonie Alberto Marchioni. Magistro in Prussia Crucigerorum. nepoti.

Illtris Princeps, et dné Nepos nr charme, Scripsit nobis iterú Afl. vra, de iniurijs, quas illi, et eius Ordini Capitaneus nr Samogitien, inferre deberet, accumulando eciam plura, et nó coherencia cum his, qué prius scripserat, Nos antehac affecti víé respondimus, non meminimus illam aliquando de his iniurijs nobis, aduersus dictum Capitaneum nostrum

questam cꝫ se, feciſsemus em id libenter, quod inter alios vicinos Pri-
cipes, et Dominia fieri solet, vt missis vtrinq; Nunctijs et cõsiliarijs
nris ad fines, omnis dissensio componeretur, Verum miramur, q, vra
Mtas, non attendens, ad quantam equitatem nos illi, pro conseruanda
pace, et bona vicinitate, obtulimus, coëgerit Exercitum, illumq; sub
fines nros admouerit, Et licet plane intelligimus, quorsum ista, vel in
cuius fiant graciam: tamen ea ad presens ita esse simimus. Hortamur
aut Mtem vram, ne contra Capitaneum nrum aliquid hostiliter agat,
cum nos sufficientes cꝫ se volumus iusticiam vnicuiq; cum illo ministrare.
Paratiq; sumus Consiliarios nros ad fines mittere, qui vna cum his,
quos vra Mtas mitteret, omnes differencias determinarent, Alioquin
quicquid vra Mtas aduersus eundem Capitaneum nrum egerit, id ali-
ter existimare nõ poterimus, q; aduersus nos agi, et rursus vim vi re-
pellere cogeremur. Nec Mtas vra censeat nos, coram aliquo Judice, de-
bere et velle pro bonis nris, aut subditorum nrorum, causam suscipe.
Nam quicquid illa nobis violenter adimere vellet eorum, que ad nos
pertinent, vel quorum longam et legitimam possessionem habuimus: id
nos eodem modo defendere et repetere oportet, Et non prebuimus nos
quidem vsq; huc, nec prebere volumus Mti vre, vllam iustam causam
hostilitatis alicuius, Verum si illa tale aliquid ordiri voluerit, nos ne-
quaq; paciemur, nobis aut subditis nris vim vllam inferri, Quod vero
inde comodũ vre Mti et eius Ordini accedet, euentus declarabit, Ne
tamen inter nos et Mtem vram, aliqua dissensio, ob modicum terre

spacium oriatur, significet nobis, ad quod tempus mittere velit Consilia-
rios suos illuc ad fines, vt et nos nros mittamus, qui id quicqd est dif-
ferencie componant. Valeat feliciter vra Alteas. Vilne.

Sigismundus. I. Rex Polonie
Alberto Magistro Prussie

Altris Princeps, et dne Nepos nr charme, Reddidit nobis Nunctius
iste, lras vre Altis; quibus itidem vt alijs omnibus, quas ab illa accepi-
mus plene intellexim̃us, verum nos eidem Alti vre, nihil temere et pre-
cipitanter scripsimus; Sed vti ab Officialibus nris, quibus, pariter vt illa
suis, credimus, edocti sumus. Vtcumq est, res iste sisti, et componi inter
nos simplicibus verbis no possunt, Intelligimusq omnes istas difficul-
tates et differencias, propter limites fieri, Ob idq volentes nos dudum
causas omnes dissensionis inter nos, et vram Altem tollere, miseramus
insignes et primarios Consiliarios nros ad eosdem limites remissendos, sed
Oratoribus illius nolentibus eam remissionem iuxta Inscriptiones antiquas
fieri, quas ipsi Consiliarij nri secum habuerunt, sed iuxta testimoniu
suorum subditorum, cum tamen lris apud omnes gentes plena fides da-
ri solet, eisq Regna et Principatus in sua pace et tranquillitate sub-
sistunt. Ita rebus infectis vtrinq discessum fuit, Quare cum et nunc
intelligamus his controuersijs finem imponi non posse absq cogni-
tione limitum, hortamur, et postulam̃us à vra Alte, vt aligs Cosiliarios

suos mittat cum pleno mandato ad eosdem limites, iuxta veteres Inscri-
ptiones remidendos, et pro quo tempore id facere vellet, nos faciat cer-
tiores, Cui postea nos significabimus, pro quo tempore nros eciam
Consiliarios mittere posse mus. Aliter finem his differencijs imponi
posse non putamus. Bene valeat vra Alteas.

Sigismundus I. Rex Polonie Alberto Magistro in Prussia

Illtris Princeps, et dne Nepos nr charme. Accepimus lras vre Alt,
quibus nobis declarat Conuctum Nunctiorū suorum cum nris, ad dis-
cernendos, et meciendos fines, inter terra nram Samogitie, et terram
sui Ordinis, et qualiter Nunctijs nris nolentibus de ipsis finibus aliter
tractare et constituere, nisi iuxta Inscripcões et Priuilegia antigua foe-
derum et limitum descriptorum, inter predictas comunes terras nras,
suis aut Nunctijs testimonijs duntaxat subditorum suorum niti volen-
tibus, rebus infectis sit vtring discessum, Petitq à nobis vra Alteas
vt id non culpa suorum Nunctiorum factum putemus, permitterēsq
illam ea manutenere et defendere, que ab antiquo possidet, Memini-
mus nos quidem id Nunctijs nris in mandatis dedisse, vt in defini-
endis limitibus et differencijs, inter ipsas terras nras, inhererent
lris antiquis, tam foederum q finium, Nam equius et iustius est no-
bis visum, omnia iuxta Priuilegia agere, sigillis et iuramētis roborata,

quibus potiss̄imū diuina et humana vniuersa firmatur et consistunt, et quod inter alia omnia Dominia et Regna obseruatur, q̄ iuxta viuencium, et pr̄sertim vnius partis, testimonia, Proinde nostris iusta racione insistentibus, culpam ascribere nō possumus, cū Nuncij vr̄i illis suo arbitrio nitebantur, et ad conficiendas res nullum sufficiens mandatum, ita vti nr̄i, habuerunt, Postulamusq̄ ab illa, vt se et suos subditos intra fines suos contineat, nec ea quē antiquitus ad nos pertinent, vsurpare velit, Nam vt prius illi sēpe testati sumus, nos neq̄ aliena appetimus, nec illis, gracia Dei, indigemus, sed vicissim vsurpari nr̄a ab alijs, esset nobis nō ferendum,

Quod vero vra Ill, in eisdem lr̄is suis, et plerisq̄ alijs, commemorat, has differencias finium, et aliarum rerum, esse inter se, et Capitaneum Samogitiē, non debet illi incognitum esse, terram Samogitiē nr̄am esse, et Capitaneum subditū et Offlem nr̄um, et proinde aliter existimare, et persuadere sibi nolit, q̄ id, quicqd agi contra illū deberet, racione finium et possessionis terr̄, ac aliarum quarumcumq̄ differenciarū, ad nos totum pertinere, Cum nos sufficientes sumus vnicuiq̄ cum bonis, et subditis nr̄is, iusticiam ministrare, Quod et nunc parati fuimus, et cōmiseramus Nunctijs nr̄is facere,

Ceterum, reddiderunt nos Officiales nr̄i, ex ipsa terra Samogitiē,

cerciores, q, inuitis illis nonulli homines vre Iſtis, exciderut quedá robora, ad malos Nauium in syluis nris, Nos quidem ad preſens id, cauſa ipſis Iſtis vre remittimus, verum poſtulamus ab illa, vt id deinceps non fiat, Nam et nri iniuria laceſſiti, temperare no poſſent, quin et vices referrent, et sylvas nras oportuno modo tuerétur. Bene valeat Iſtas vra, et nos diligat.

685
651
341

Sigismundus primus Rex Polonie: patruus Ludouico Vngarie & Bohemi regi: nepoti suo. Salutem et felicium successuum continuum incrementum.

Sermę Princeps et dńe Nepos noster charme. Ad postulatione vre Mtis, mittimus ad eam, et istum eius Regni Conuetum Rndum in Chro patrem dominum Mathiam Epum Wladislauien Consiliarium nrum sincere nobis dilectum, ad agendum et consulendum in comune, nomine nro, cum dnis Consiliarijs Mtis vre, et Cæsaree Celsitudinis Oratoribus, ea omnia, que ad decus, et bonum statum, vre Mtis, et eius Regnorum concernet, Proinde rogamus illam, vt ei in omnibus que referet, et aget, plenam fidem adhibere dignetur, Et foelicissime valeat vestra Mtas, nosq; 75, quod facit et debet, mutuo amet. Vilne.

Sigismundus Primus Rex Polonie Oratoribus Cesaris Maximiliani in Vngaria.

RXndi Magci, et Nobiles, nobis sincere dilecti, Facti nuper cerciores, per Sermum dnm Regem Ludouicum, nepotem nostrum charmum, de isto Regni sui Conuentu, et postulati ab eius Mte, vt Nunctios nostros, ad eundem Conuentum mitteremus; expediuimus è vestigio isthic RXndum in chro patrem dnm Mathiam Epum Wladislauien, Consiliarium nostrum sincere nobis dilectum, ad consulendu et agendum nro nomine, vnacum Proceribus, et communitatibus istius Regni, et vris D. ea omnia, que ad bonum regimen, et tranqllu statum ipsius Sermi dni Regis Ludouici, expedire videbuntur. Super omnia vero comisimus eidem Oratori nro, vt nihil neq agat, neq loquatur, absq mutuo consilio et sciencia vrarum D. ommiaq cum illis comunicet, Et proinde postulamus ab illis, vt pari modo se cum ipso Oratore nro gerere velint, Facture nobis rem eo magis gratam, quo minus optamus, ne in minima quidem re à Cæsaree Mtis animo et voluntate, vnq dissentire. Bene valeat vre D.

Sigismundus primus Rex Polonie

Rmo in Chro patri Dno Thome miseratione divina tit. S. Martini in Montibus. S.R.O. Ecclesie Presbitero Cardli Strigoniensi. patriarche Constantinopolitano. Amico charissimo et tanq patri honorando.

RNde in Chro pater, dne amice noster charme. Miramur, q serius de Conuentu isto facti sumus certiores, ne tamen in quopiam deesse videremur votis et rebus Sermi dni Regis Ludouici, expediuimus isthuc eo celerius, quo inter modernas nras sumas occupationes fieri potuit, Rndum in Chro patrem dnm Mathiam Epum Wladislauiensem Consiliarium nostrum sincere nobis dilectu, ad agendum et consulendum nro nomine, vna cum vra Prte, et alijs dnis Consiliarijs Regni istius, ac Oratoribus Cæsareæ Mtis, ea quæ ad bonum regimen, et tranquillum statum ipsius Sermi dni Regis Ludouici, et regnorum eius pertinere videbuntur. Comisimus tamen ei, vt in omnibus consilio vre P. innitatur. freti eius erga nos integra fide et beniuolencia, Quare postulamus ab ea, vt quicqd expedire intelliget, quod idem Orator noster agere deberet, ei suggerere et adesse fauore et consilio suo velit, Factura rem suo erga nos studio, ac nra de se fiducia, dignam, quam illi vicissim, omni fauore et beniuolencia nra, referre curabimus. Vilnæ

Sigismundus primus Rex Polonie
Matthie Drzewicz ki epo Cuiauiensi.

RXnde in Chro pater, sincere nobis dilecte, Habuimus lras a Sermo dno Rege Ludouico, quibus nobis significat, se id, quod ad ineundas cu Thurco Inducias attinet, ad istum Conuentum Regni sui retulisse, Propter quod nos cogimur Oratorem ipsius Thurci apud nos tantis; per tenere, donec isthinc certiores reddemur, Quare Prtas vra aget, vt de hac re q celerius nobis respondeatur.

Quod vero scripsit nobis, se breuem et minus resolutam Instructione ad ipsum Conuentum a nobis recepisse, factum est, q non nra causa, sed prefati Sermi dni Regis Ludouici illam isthuc miserimus, Et proinde ab illo, vel eius Mtis Consiliarijs, pocius instrui debet, qd illam agere expediat, q a nobis; qui illa, que nunc isthic aguntur, prorsus ignoramus, et ita nobis inde scriptum fuit, vt non opus esset aliqua Instructione, solum Credencijs, quia omnia isthic suggeri deberent, Itaq erit hoc Prtis vre industrie, ea, que a nobis illi sigillatim sunt designata, queq etiam istic suggerentur, condire, et ampliare, prout opus fuerit, Que bene valeat.

Ex Exemplo: Georgio Eps Quinqueecclesien
Emerico de Perczen Palat regni Hungar.

3441

Actio oratorum Cesaris Maximiliani et Sigismundi Regis Polonie: apud Dominos Vngaros:

In secunda Audien.

Quoniam pridiana Oratio nra est eo fine conclusa, q restaret nobis alia, que esset postea referenda, Ad hec ergo nunc explicanda venius. Et quia prout diximus pridie sacratissima Mtas Cesarea cu Sermo Polonie Rege, prout in coeteris ita in eo quoq, quod ad bonu statum Sacre Mtis istius, et huius Regni spectat, per omnia vnanimes, vnaq et vniformi volutate, nos miserunt huc, Ideo et nos volumus hic vnanimiter agere, et vtriusq Mtis nomine, meo aut vnius ore, que nobis restare diximus pridie, nunc referre.

Imprimis aut id comemoratu esse volumus. q Sermus olim Rex Wladislaus, attendens egritudinem suam, cogitans mortem propinqua, habensq respectu imbecille etatis charmi filij sui, Sermi dni Ludovici Regis, voles ei, et Regnis suis, bene cosulere, in Conuetu Viennen, cu sacratma Cesarea Mte, et Sermo Poloie Rege habito, id egit, q Mtes istas in Tutores prefato filio suo, Sermo Ludouico Regi, et suis Regnis, de fide, sinceritate, atq ecia necessitudine coru, bene, vt par fuerat, persuasus, fecit et costituit, Ac deinde postea, cum morti proxius, iam finem sibi videret imminere, hoc ipsu cofirmauit, et lras scripsit ta ad Mtem Cesarea, q ad Sermum Poloie Rege, hec eade vtriq declarado, et prius facta, itern roborado.

Quibus licet prędictis interfuerint plures dñi et Cõsiliarij, vtriusq; Regni sui Hũgarię vẽzt ac Bohęię; Nihilomius tamẽ Mtãs Cæsarea, simul cũ Sẽrmo Rege Poloię, volẽtes id plenius notũ esse omnibus, miserũt ad subditos vtriusq; Regni prędicti, hęc eadẽ ipsis declarãdo, et explorãdo mẽtes eorũ sup his, Qui fere omes pnis animis obtulerũt se se ad suscipiendũ Tutores, et reuera susceperũt, et agnouerũt eos esse veros et ltimos Tutores. prẽsertim cũ illi Principes in hac Tutoria nihil aliud cupiãt, q; cognoverint ad bonũ statũ huius Regię Mtis, et ad cõseruacoẽm atq; defensionẽ Regni ptinere, salua Regnicolarũ libertate. Quod ipsum eciã si Ser^us olim Rex Wladislaus nõ feciset, tamẽ Jure tã Põtificio, q; Ciuili, ratioẽ necessitudinis, affinitatis, et arctissime cõsanguinitatis, hęc tutela ad Ser^os Principes nros ptinet et deuoluitur, Ita vt ipsi de bono Statu Ser^mi dñi Ludouici Regis, ac Regnorũ suorũ cõsuleret, et nequaq; eum deseereret.

Hoc itaq; ducti officio, miserũt nos ad hũc Cõuentũ, vt simul cũ vris D. R^is Spectabilibus, et Magcis, qui estis Senatores et Capita Regni, id cõsulteus, id agaus, in idq; vnũ tota opã et vires intẽdaus, quod ad bonũ huius Mtis, et suorũ Regnorũ, visum fuerit pertinere.

Et quia, quod et pridie dixiũs, ordinacoes post obitũ Sermi quõdã dñi Wladislai Regis, prẽsentibus Oratoribus vtriusq; Mtis factę, in bonũ huius Mtis, et suorũ Dnõrum, paulò post ipsorum Oratorũ digressum immutatę fuerunt, subsecutę sunt quędam animorũ alienationes, et sentẽciarũ varietates, Vnde data est maior occasio hosti faciendi multas incursiones. qui nõ cessat indies plurima dãna inferre, quę omia statũ huius Mtis Regię, et sui Regni multũ labefactãt, Quibus prędictis Sacratma Mtãs Cæsarea cũ prefato Sẽrmo Polonorũ Rege obuiare cupies hoc infrascptũ

Consilium, et hác sua vnanimé volutaté vris D. commiserunt declarari.

Imprimis aut de sedádis simultatibus, et cóplanádis dissẽsionibus, ita cẽsent, ita cósulút, vt depositis simultatibus, et animis ad vnitaté cóp̃ositis, amore dñi mi et Regni, in quorum perniciem potest vergere hmói dissidencium discordiá, sint iam cócordes, simtq; vnamimes. Et sperat sacrátma Mtás Cæsarea, vnaq; et Sérmus Polonié Rex, q; tales mouebit, et trahet ad cócordiam, ac vnitatem, talíu ac tantorú et authoritas id cósulécia, mouebitq; res ipsa, quádoqde hmói discordie sút Regis, et Regni, simtq; ipsorú pricies.

Quare suadét, petútq; ecia, vt glibet faciat qd expedit, Curét primú per intraneos, et intra domesticos parietes, suas differécias cóponere, Et si res ita grauis, aut implicata videretur, q; nó posset cóplanari inter domesticos, cómisit nobis Mtás Cæsarea, vnacu Sérmo Poloie Rege, demus opera, simul cum huius Incliti Regni Cósiliarijs, tractádo et cóferédo, has differécias sedádas curemus, et animos dissidencia ad vnitatem reducamus.

Quod si rem ad votiú effectú deducere fortas se nó valeréus, et nraz opa frustra impédereús, rem totá et difficultaté, ad noticia pdictarú Mtú deducére). Quod si aút esset forte aliqs, quod nó suspicaúr, qui sua ptinacia nollet animum suú ad cócordiam inclinare, talis Cæsaree Mtis, simulq; Sermi Polonie Regis, et D. vrárum, omniúq; pború recto Iuditio, nó posset cẽseri, nisi permitiosus et impbus, dnúq; sui et Patrie publicus hostis, Iamq; exnúc cómisérút nobis, vt tales, si qui foret, (quod pcul absit) et quod nos minie credius, ex vris D, cognoscaus, et earúdez cósilio, illis Mtibus declarens. Vtq; similia postea non accedát, cum ob alia negocia Regni, tum ecíam ob id ipsum, volunt, quéadmodú ecía antea Supioribus Conencóibus optauerút,

vt ſuarū Mtatum Oratores et Cōſiliarij ſint aſſidue ad latus huiꝰ Mtis Qui Oratores et Conſiliarij, cum dnis Conſiliarijs huius Mtis caueāt in poſterū talia exoriri, et ſi acciderint tollant, non tam ſua, q̄ huius Sermi Regis Ludouici, et illarū Mtum, quas repreſentabunt authoritate et aſſiſtencia, ac conſilio Senatus huius Mtis, id quod tam ad pacificationem huius Regni, q̄ quietem, et bonū ſtatū huius Mtis, redūdabit, Et hēc eſt illarū Mtum, quātuꝰ ad tollēdas diſſenſiones, et iteſtina odia, ſnija et volūtas.

Quod aut ordinaciones Cōſiliariorū huius Regie Mtis, poſt obitū prefati Sermi dni Wladiſlai Regis facte fuerūt aliquātisper imutate, q̄ q̄ecia alia decreta et Cōſtitucones Regni forte nō ad plenū obſeruātur, vnde equitas peſſundatur, Jus, et conſuetudo Regni pturbātur, Quod itē ea, que ad publica defenſionem cōtribuenda eſſent, nō plene cōtribuūtur, aut que cōtributa ſunt, nō fortaſſe ltime diſpenſantur, nō ſine Regie Mtis iſtius, et Regni iniuria, damno, atq̄ indignitate, Vnde accidit, q̄ iuſta debita nō ſoluūtur, Propter qd pueniūt publice denunciacones in cedem, et direpciones Regnicolarum, multaq̄ latrocinia et graſſacones, et cū hoc eciam Confiniorum deſolationes.

Ad obuiandum igr predictis, cenſent Mtes ille, vt de medio vrarum D. tam Eccleſticorū q̄ Secularium eligātur certi, qui hēc videāt, et curēt iſta, Curēt inquam, et videāt vt decreta et Cōſtitucones effectū habeāt, Jura et Cōſtitucones Regni obſeruata ad omes equitate manuteneātur, Jmporū licecia coherceat. quilibet ad ſuū officiū reducatur, et Sermi dni Ludouici Regis authoritas cuſtodiatur, ſalua et integra per omia, Qui ecia Supintendēt de Regijs pūetibꝰ, et publicis Cōtribucoibꝰ recte et integre exigēdis, demūq̄ ecia ltime erogādis ſupintēdat ſolicite, put viderit melius conuenire ad comoduꝫ ac honorē dni ſui et Regni.

Q Si viderit q̃cipiã in his aduersum sibi et renitentẽ, et viderit talem esse incorrigibilem, per authoritatẽ istius Mtis, et prẽdictorũ Consiliariorũ, et auxilio Cæsareæ Mtis, ac Sermi Poloiæ Regis, si opus fuerit, poterint in eũ pcedere, tanq̃ in pniciosũ, et boni publici turbatorẽ, Quigdem Regentes, seu Supintendẽ, si inuẽti fuerit negligẽtes, habebit facultatẽ hẽc Mtas cũ consilio suorũ, et Cæsareæ Mtis, ac Sermi Poloiæ Regis Consiliariorũ, tales ab officio remouere, atq̃ alios vtiliores substituere. Et hẽc est illarũ Mtũ sñya, de ẽtate seruãda, grãs satoribus tollẽdis, Regia dignitate retinẽda, pũctibꝰ publicis iustẽ exigẽdis et ltime erogãdis, idq̃ genus.

Q vod est aũt ad defensiõem publicã, qa Mtes illæ cõsiderãt, q̃ hostis in Regno hoc depopulãdo, vtitur nũc lemioribus viribus, per crebras vẽzt incursiões, put fecit hactenus, Nũc aũt vt est suspitio, magnaq̃ indicia, timetur rem aggredi velle mãioribus viribus, Quare verendũ est, ne post subacta nitta Domina auctꝰ viribꝰ, in Regnũ hoc, deinde in totã Chriamtatẽ, toto impetu irrũpat. Ideo ad obuiãdũ priori modo, qui fit per Excursiões, ita cẽsent illæ Mtes, Quia sciũt ex Ordinacõe et cõsuetudine antiqua huius Regni, q̃ omes Regnicolæ, tã Prelati Spuales q̃ Barones sũt astricti, ad seruandum certum numerũ armigerorũ pro defensiõe publica secũdũ cuiusq̃ facultates, Qui Exercitus trifarie dimissus, ita vẽzt, q̃ minori numero hostiũ, minor exercitus, Maiori mãior, et forcior obijciatur, ad phibẽdas excursiões, si recte p cuiusq̃ facultatibꝰ ista fiãt, sufficere poterit. Hẽc aũt vtilis et laudabilis cõsuetudo, si forte discessit ab vsu, censẽt renocandam, renouandam, et in vsum trahendam.

Item vt hmoi Armigeris prẽficiãtur Impatores seu Prẽfecti pridẽtes, et Rei militaris periti tot, quot fuerit necessarij, Quãdoqdẽ nõ vnꝰ fortasse

est aditus hosti, in Regnu, nec vna porta teneda p̃sidio.

Item, vt Arces finitime sint firmis p̃sidijs, armisq; et comeatib⁹ bene pui-
gbus ꝑficiatur Capitanei, seu boni viri et prudetes, qui sciat eas, put expe-
dit custodire, Qui eciam inter alia, teneat in locis oportunis assiduos ex-
ploratores, et continuas Excubias, vbi comodius videbitur, qui de apparatu
hostis resciant tempestiue, explorét itinera, numerú, Idq; genus. Et Pre̅fe-
ctos Militú reddat sup his mox cercio̅res, ne hostis imparatos inueniat, etc.
Qui boni si fuerint, ecia negligetes deponatur, vt de Regetibus dixius.

Et quia indiget hec suptu, ad que suppeditandu, prebet ille Mtes cosiliu hoc,
vt singuli Regnicole, imprimis aut vre D. qui estis capita, habito pio res-
pectu imbecille etatis dni Sermi Regis Ludouici, et imbecillitatis
Reip^ce, atq; inopie Erarij publici, inducat in animos, vt pronos se se ac
faciles prebeat, ad faciedu Contribuco̅z gnalem, secudu exigecia neces-
tatis, vt cotribuatur tantu, quo labanti Regno succurratur. Ite̅ vt
Pro̅uctus Regij, et quig; alij, bene puideatur, atq; dispensetur, Que si feta
fuerint, sperant bene his rebus puideri posse.

Quod si forte Cosiliarij, et Ores vtriusq; Mtis, qui erut ad latus huius
Mtis p̃sentes, ita certu esse cognoscerent, q, neq; Regnicole posset tantu,
nec publici pnetus sufficeret, extuc Sacratma Mtas Impialis, vnacu Ser^mo
Loloie Rege, tanq; veri et fidelissimi fratres, ac diligetes Tutores, volut
adhibere omne curam, et studiu, vt de aliquo oportuno remedio puideant,
Id quod faciet no verbis tantu, sed effectu. Dantes inde exemplu Re-
gnicolis, vt et ipsi quoq;, viso illorum prono, pioq; animo, tato sint et ipsi
promiores, ad pronidendum Regno, sibiq; ipsis.

Nominatim aũt de cõcatibus inducendis in Jayce, curabit Cæsarea Mtãs, propter imminens periculum, dare operam, Arcem illã bene pmi-dere, si honor illis Mtibus debitus exhibeatur, et cõsiliarij vtrũsq; Mtis fuerint per vrãs D. susceptj, ac voluntas illarum Mtum effectu cõ-probata, Et hẽc, sua Mtãs Cæsarea, faciet sine mora, quam sentit eẽ se periculosam, Quandoquidem omnia illa, quẽ sunt ad subsidiũ Jayce iã prẽparata sunt ac ordinata.

Ad obuiandum aũt alteri modo, vẽzt violenciori, qui metuitur ab hoẽ te, Quoniam Pontifex maximus decreuit publicam expeditionem contra hostem ipsum, quam declarauit iam antea vtriq; Mti illi, imo et alijs Regibus ac Principibus Christianis, Cui eciam expeditioni, prẽfecit vtramq; Mtem illam, Quẽ Mtes iam, nisi hẽc dieta, quam Imperialis Mtãs habuit sub hẽc tempora in Germania, et festa hẽc nupcialia Sermi Polomẽ Regis interuenissent, ad inuicem conuenissent, super his ma-ture iam consulturi. Et profecto id curant, vt simul conueniant, aut in propinquo sint, vbi valeant cõmunicare consilia, et cum suis, ac alio-rum Principum Consiliarijs, super his cõsulere, quẽ ad propositũ visa fuerint pertinere. Quorũ habito respectu, iunctis eciam huius Regni viribus, poterit Dei adiutorio, non huic tantum Regno, verum toti Chri-stianitati bene prouideri.

Et hẽc est voluntas, atq; sentencia illarum Mtum, quam prẽbent since-ro animo, pro fraterna, atq; paterna pietate, et pro debito tutorie per diuum olim Wladislaum Regem eis creditẽ, pro bono statu istius Mtis, tanq; filij eorum charmi, Cuius bono statui, Regnorumq; suorũ, cupiut

rectè consultum, Et hę sunt causę atq; rationes, cur suos Cōsiliarios ille Mtes cupiunt adhiberi in Senatum huius Mtis.

Quodquidem suarum Mtum consilium et voluntas, no minus vltronea, q; debita, si per vras D. fuerit admissa, suscepta, et obseruata, put optant, sperantq; eciam, volunt re ipsa et effectu cooperari in id, quod postulare videbitur publica defensio, et bonus status Regni, Et in omnem euentum dederunt nobis in mandatis, vt quęcunq; inter nos acta sint, illorum Mtibus significemus, et eas de singulis hic tractatis cerciores reddamus, Et interim tamdiu hic perseueremus, donec ab eisdem Mtibus responso habito, quid vlterius nobis sit agendu, edoceamur, et plenius informemur.

dium

respondere, donec cum Mte vra, rem communicaremus, habentes rationem foederum, que inter nos et Regna nra intercedunt, et vt intelligeremus, quomodo Mtas vestra constituit, cum Summo Pontifice, et Consilia, vijs suis, de eisdem Inducijs agendum, Quare rogamus Mtem vestra, vt nos q celerius de omnibus edoceat. vt scire possimus, qualiter nos in ipsa re gerere debeamus, Nam nollemus aliquid facere, quod posteà, vel Statui Mtis vre, vel mutuis foederibus Regnorum nrorum officere deberet.

Videtur aut nobis nunc, et Mti vre, et nobis multum expedire, vt has Inducias cum illo ineamus, propter multa incommoda, que vtriq nostrum incidere possint, que tamen non poterint longiores esse anno sesquialtero, elapso iam vno integro, à prefinito tempore, et medio adhuc haud dubie elapsuro, anteq res conficietur, et interim quomodis possit fieri à nobis oportuna preparatio, ad resistendum. tanto periculo imminenti. Quicquid tamen Mtas vra decreuerit, nos ocius certiores facere dignetur, Que foelicissime valeat, et nos vti facit, et debet mutuum amet.

354

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie Sigismundo primo Regi Polonie.

Serme Princeps, et dne dne Patrue noster charme, Accepimus lras Mtis vre, hoc quadriduo, et ea, de quibus eadem nobis scribere dignata est, abu; de intellexim̃us, Queritur aut Mtas vra, imprimis se per nos esse quodammodo neglectam, eo, q; neq; de responso Sctissimi dni nri Summi Pontificis, in negocio Trevgarum, cum Cæsare Thurcarum, per nos et Mtem vram ineundarum, De quo Mtem vram certiorem reddere nos pol; liciti sumus, neq; de reliquo omni statu nro, qui non minus cure esset vre Mti q; suus ipsius proprius, quicq; ab eo toto tempore, quo Oratores Mtis vre à nobis discesserunt, eidem scripsissemus aut significassemus etc.

Serme Princeps, Est profecto nobis molestissimum, ac minime gratum, Mtem vram, in eam curam, vel pocius Judicium de nobis incidisse, vt iudi; caret se, per nos essc neglectam, quum omnem spem nram, omnem status nostri foelicitatem, in Mtem vram, veluti in dnum Patrnum nostrum charissimum, collocauerimus, et non modo vt illam neglgeremus, quin poci; vs si per commoditatem liceret, cum eadem dies noctesq; constitui, et eius; dem sapientissimo gubernamini et Imperio morem gerere, et ab ea ne mo; mento quidem hore, vti aiunt, auelli, et abesse vellemus. Sic igitur Mtas vra sibi persuadere dignetur, nos earum rerum, quarum nos nunc como; nefacit, memoriam habuisse, Sed q; prius de illis Mti vre non scripserimus id effecit, q; tarde nimium ab ipso Summo Pontifice responsum habere

potuimus, et illud q̃ primũ habuimus, curauimus mox Mtẽm vrãm de illo certiorem reddere, et penes hoc eciam speciale Breue Sctitatis sue, vna cum nris, ad Mtẽm vrãm direximus.

Scripserat aũt Sctitas sua in eodem Breue, quod ad nos direxerat, satis perplexe et obscure, q̃ significat scilicet consentire cum Infidelibus ad pacem non posset, nec Sctitati sue liceret, et ideo optaret quidem summopere, vt aliquas Treugas cum Thurco, Christianitatis perpetuo hoste, nõ iniremus, verum tamen minus eidem displiceret, vt per Inducias Regna nra conseruemus, q̃ per bellum, quod sustinere non possemus, perirem̃s. Hec sunt verba formalia tocius responsi Sctitatis sue, itaq̃ nihil penitus auxilij, aut firme spei nobis circa hoc pollicebatur. Nos vsi cõsilio fidelium Consiliariorum nrorum, lateri nro adhibitorum, et continuè adherencium, visum est, propter multas causas, non esse adhuc cum conclusione eiusmodi Treugarum accelerandum, et maxime q̃ fortuna et successus, eiusdem Imperatoris, ferebantur varij, diuersimodeq̃ fluctuabant. Nam vel post missum breue Sctitatis sue, ac post missas lras Rmorũ dnorum Cardinaliũ, proxime ad Mtẽm vrãm, noua ad nos pernenerũt, eundem Imperatorem per nouum Zoldanum, cum adiunctis viribus Zophitarum Principe, esse vsq̃ ad internitionem prosligatum, et suos occidione omnes occisos, et ipsam quoq̃ portam seu Cohortem prętorianam, quam appellant, esse disiectam, personamq̃ eiusdem propriam in Damasco obsidione cinctam, Hec tamen quis ex plerisq̃ hominibus, incerto adhuc tamen auctore, habemus. Vtcumq̃ tamen se res habeat, pocior

721
B55

sentéccia aparuit, vt cum Trengis, seu pace cõcludenda nõ festinaremus. Forte Deus ex sua pietate, aliquam occasionem bene gerendé rei, Christi; anis aperiret. Et ob hanc causam, quum proxime ad Mtem vestrá penes lrás, seu Breue Pontificis, lrás nrás dedis semus. et tandem eciam rogatam habnimus, vt ad proximam dictam, quam ad proximum festum Inuétionis sancté Crucis, hic Budé celebrare statuimus, Oratores suos mittere dignaretur, (quod eam facturam minime dubitamus) hoc quoq; ꝑs affiximus, et addidimus, rogantes eandem Mtem vrám, ne velit accelera; re ad faciédum aliquas Trengas, seu pacem cum Thurco, donec nos in prẽ; fata dicta festi sancté Crucis, hic cum Regnicolis nris, huius Regni nri, deliberarems. quid nam et Mti vré, et nobis vtilius foret, in hoc agédu. Quas quidem lrás nras, nõ dubitamus iam, vsq; ad hunc diem esse Mti vré redditas, Quemadmodum igitur in eisdem, ita eciam prẽsentibus ꝑs rogamus, velit à conclusione aliquarum Trengarum, seu pacis, cum Thurco, tantisper supersedere, dum hanc dictam, quẽ iam in propinquo est, foeli; citer perficiemus, et donec per Oratores eiusdem, quos huc, vti cõfidius, missura est, eidem significabimus, quid hic in ea re cõclusum sit, et qd vtriq; ꝑs nostrum, consulcius agendum videbitur.

Agimus aút Mti vré singulares gracias, q; ex lris eiusdem cognouius, ia' statuisse, nihil se velle, in hoc negotio Threugarum, interim concludere, donec à nobis responsum accipiet, Dignetur igr, vti premisius, cõclusiõ; nem eiuscemodi trengarum, vsq; ad deliberationem prẽfatẽ dietẽ, et vsq; ꝑs ad reditum dictorum Oratorum suorũ differre, Speramus aút id, com'; mum saluti et cõseruatiõi Dominiorũ et Regnorum vtriusq; ꝑs nrum, plu; rimum conducere, et proficere,

Cæterú ſtatus noſter, de gracia Dei omnipotentis, cooperáte maxime auctoritate Mtis vrę, adhuc in eodem foelici ſtatu, quo Oratores eiuſdem reliquerunt, verſatur, Confidimusq; indies fore proſperiorem et fortunatiorem, præcipuè ſi Oratores Mtis vrę, ad premiſſam dictam aduenerint,

In perſona vero, et corpore, recte valemus, et ita quidem, vt indies robuſtiores euadamus, Id quod ideo à Deo optimo ocius fieri potiſſimum precamur, vt Mtas vra imprimis, et deinde tota Chriſtianitas, ex nobis cumulatiorem fructum, capere poſſit,

Quantum aút ętas nra fert, eciam lris intantum proficimus, vt propedie excellamus, et neglectum antea ſtudiorum tempus, ſedulitate, atq; diligęcia, nunc videmur reſarciri et ſupplere.

Eandem Mtem vram, cupimus foeliciſſime ſemper valere, et in omnibus ſuis actionibus proſperari, Cui nos, vt Patruo nro amantiſſimo, vnice commendamus, Datum Budę ſecunda die Reſurrectionis Domini, Anno eiuſdem. Milleſimo quingenteſimo, decimo ſeptimo, Regnorum noſtrorum, Hungarię etc, anno ſecúdo, Bohemię vero ſimiliter secúdo.

Georgius Eps Quinqueecclesiensis Regni Vngarie Cancellarius Sigismundo Primo Regi Polonie

SAcra Regia Mtas, dne mihi graciosissime, Post debitum seruitutis mee, in graciam Mtis vre humilem commendatione. Lre quas ad me proxime Mtas vra dare dignata est, ingenti mihi letitie, voluptatiq; fuere, Nec em parui decoris atq; ornamenti esse duco, eam de me apud Mtem vram existimationem haberi, vt pre ceteris nostratibus idoneus visus sim, quem suarum lrarum scriptione honestaret. Quod est profecto eius in me gracie, ac clemencie no vulgare argumetum, et quo plurimu Mti vre debere me sencio, Pro mea vero tenuitate, quibuscumq; obsequijs, animiq; propensissimi significatione, meam aduersus eandem fidem, ac seruitutem, indies magis patefacere, atq; illustrare conabor,

Quod vero Mtas vra significat se, et molestia et admiratione simul affici, q; tam diu de hys, que ad Sermum et graciosissimu dnum meum, Regem Ludouicum, Nepotem eius amantissimum pertinent, nihil cognouerit, non aliud fuit in causa, q; q; à Summo Pontifice, super his rebus, quas Mtem vram scire intererat, tardissime responsum accepimus,

Accidit eodem, q; ego quoq; pluribus Mensibus à Curia abfui, vbi aut primum me Curie reddidi, vt bine lre no longo temporis interuallo distates, ad Mtem vram mitterentur, curani, Que licet Mti vre, quum suas daret, nondum fuerut reddite: eas tamen iam perlatas esse arbitror. In his illa ipsa cotinebatur, quorum Mtas vra certior fieri cupit, staq;

illud, quod Sermus dns meus à Mte vra exoptat, valde sencit oportunum esse, ne scilicet properet Oratorem Thurcorum absoluere, tam diuq3 respõ: sum differre velit, quoad Cometus, qui iam prope adest hic in Hungaria per: agatur, vt sic cõmuni consilio, et pari, vnanimiq3 sentencia, id agendum suscipiatur, quod ad Christiane religionis tutelam et incremetum, et vtriusq3 Mtum vrarum Regnorum, securitatem, propugnationemq3 magis aptum accõmodatumq3 videbitur,

Coeterum de rebus ac Statu Sermi dni mei, id, Dei benignitate, affirma: re possum, res sue Mtis, secundis auspicijs agi, et pro tanti Principis dignitate, succedere, et fortunari, Idq3 maiori ex parte, Mtis vestre auctoritati, est acceptum referendum, que in hac prima crescentis Im: perij nouitate, plurimũ roboris, ac stabilitatis adiecit, Quippe omnia hu: uis Mtis negocia, cum obtinent locum, in quo per Mtis vre Oratores, preterito Conuentu constituta, collocataq3 fuerunt, que eciam impoſte: rum, eodem tenore progredi cõfido, si modo Mtis vre Oratores, ad statutum tempus aduenerint, qui et iacta Regij solij fundamenta, Mtis vre nomine, fulciant; ne ue per quospiam labefactentur, noua veluti firmitate, munient, et titubancium animorum fluctus, discor: diarumq3, vt vulgo fieri solet, procellas, ductu auctoritateq3 Mtis vre, sedent, et penitus compescant. Nam alioquin, si ad hunc Cometum non accesserint, qui negocijs Regijs, Mtis vre nomine, robur, stabili: mentum subministrent:

Non parum vereor, ne prioris anni decreta, quibus subsidia fluctusq3

Regij sunt reintegrati, denuo labescant, et quasi pessundentur, Quod ne eue-
niat Mtis vre, pro sua insigni in Nepotem pietate, summopere interest prouidere.

Ego pro virium tenuitate, eò omne meum studium, industriam, curamq; couer-
tam, vt Sermi dni mei dignitati atq; accessioni, q; optime cosulatur, et ad obsega
Mti vre prestanda, me semper alacrem accinctumq; exhibeam. In cuius graci-
am me, et seruitutem meam, eciam atq; eciam humiliter commendo, Quam
Deus optimus maximus diutissime sanam atq; incolumem conseruare, et
in omnibus suis actionibus prosperari dignetur. Ex Buda secunda die Re-
surrectionis, Anno dni M°. D°. xvij°.

Sigismundus I. Rex Polonie
Mathie de Drzenicza episcopo
Wladislauiensi

RNde in Christo Later, sincere nobis dilecte. Habuimus lras à Sermo dño Rege Ludouico, quibus nobis significat, se id, quod ad ineundas cum Thurco Inducias attinet, ad istum Conuentum Regni sui retulisse, propter quod nos cogimur Oratorem ipsius Thurci, apud nos tantisper tenere, donec istinc certiores reddemur, Quare L. vra aget, vt de hac re q celerius nobis respondeatur,

Quod vero nobis scripsit, se breuem et minus resolutam Instructione, ad ipsu Conuentum à nobis recepisse, factum est, q non mra causa, sed prefati Sermi dni Regis Ludouici illam isthuc misimus, Et proinde ab illo, vel eius Mtis Consiliarijs, pocius instrui debet, quid illam agere expediet; q à nobis, qui illa, que nunc isthic agutur, prorsus ignoramus Et ita nobis inde scriptu fuit, vt non opus esset aliqua Instructione, solum Credencijs, quia omnia isthic suggeri deberent, Itaq erit hoc L. vre industrie, ea, que à nobis illi summatim sunt designata, quq eciam isthic suggeretur, condire et ampliare, prout opus fuerit, Que bene valeat.

Responsum a Ludouico rege Vngarie et Bohemie datum Oratoribus Cesaris Maximiliani et Sigismundi Regis Polonie

Quoniam circa postulata, et expeditionem D. vrarum, satis abunde per hos dies, cum D. vris, medio dnorum Consiliariorum, iussu et comissione Sacre Regie Mtis actum et tractatum est, non putat Mtas sua opus esse, vt multis et prolixioribus verbis nunc agatur, quam breuius igitur potero, iussa Mtis sue absoluam.

In primis itaq; Mtas sua, agit et habet immensas gracias, illis sacratme Cæsaree, et Serme Regie, Mtibus, tanq; fratribus et patribus, atq; consangineis suis charmis, q, Mtes ipsarum inter tot, et tantas ipsarum curas, et occupationes, dignate sunt eciam de sua Mte, et rebus, ac statu suo, curam singularem gerere, et ipsas D. vras, ad suam Mtem, et Comentu iam exactum mittere, quo D. vre omne bonum, comodum Mtis sue, ac conseruationem quietem, et tranquillitatem, et defensione omnium subdito rum sue Mtis procurarent, tanq; pro propriis Mtibus suis, ac Dominis suis Patrimonialibus etc. Profecto, si Deus vitam Mti sue prorogauerit, peruenietq; Deo ipso iuuante ad eam etatem, et vires, ac ingenium, magis ei opitulabuntur, beneficio certas se, nunq; penitebit, atq; eiusce modi amoris ac paterne solicitudinis, fraterneq; beneuolencie, nunq; est immemor futura, studebitq; eisdem Mtibus non modo gracias habere, verum nacta

oportunitate, et habita facultate cumulatissime eciam referre,

Deinde exposuerunt D. vre, nomine illarum Mtum, optantes, vt pro executione tutele ac protectionis, et pro satisfactione dicti paterni et fraterni amoris, ex parte Cesaree Mtis duo Consiliarij et Oratores intersint, et interueniant regimini, suie gubernio Curie Regie Mtis, petuntq; tam Mtem Suam q; celeberrimu Senatu Mtis Sue, vt iam tandem bona et necessaria conclusio nunc fiat, de admissione suprascriptorum, prout plures conducibiles causas et rationes, quas D. vre prudenter et cum magna gravitate disseruerunt et explicarunt,

Ad hec Mtas Regia in hunc modum respondet, q; ipsa neq; modo, et hoc tempore aliter cum consilio suo, se resoluere et respondere potest, q; qd prius respondit, et videlicet ipsa nunq; ab amicicia, amore, fraternitate, et protectione illarum Mtum, tanq; patrum, fratrum, et consanguineorum, ac protectorum suorum fugit, nec vlla via ab eisdem vult vnq; alienari, Imo omnem spem atq; fiducia in Mtibus suis, tanq; parentibus charmis, collocaint, Illasq; tanq; tales optimos patres, fratres, tutores, et Protectores atq; affines, semper venerari atq; obseruare, ac earundem auxilio, fauore, et benenolencia, in occurrentibus et necessarijs rebus libenter vti intendit, Sed quod ad vlteriora se Mtas sua extenderet, aut de his ad particulariora veniret, id facere no potest, cum q; putat esse minus necessariu, tum q; plerisq; ex dominis ac Regnicolis, ad hanc dietam venire no potuerut, et modo absunt propter pericula, que tam propter obitum Moldani, q; eciam alias crudeles Thurcorum machinationes, imminebant, et nunc imminent, et que eciam fuerunt cause, q;

nec de alijs rebus Regni, quicq est tractatum aut conclusum.

Rogat igitur Mtas Regia, Sacratmam et Sermam illas Mtes, velint boni consulere, et contente esse, et hoc responsum in optima partem interpretari, et Mtem suam, tanq filium ipsarum charmum commendatu habere.

Quantum vero ad negocium Bohemicum attinet, sciunt bene D. vre, dietam in Bohemia, vti statuerat Mtas Regia, non esse celebratam, nec scire adhuc potuit, quid nam actum ibi sit. Esset aut Mtas Regia contenta, quemadmodum D. vre, nomine illarum Mtum cupiunt, celebratione diete in Bohemia, vsq ad festum proximum sancti Michaelis differre; sed quia, vt dictum est, ignorat Mtas sua, in quibus terminis res sue isthic existant, igitur vult experiri, quid actum sit, Et si videbit dictam ipsam posse differri, vsq ad dictum festum bti Michaelis, absq incomodo et detrimeto rerum et negociorum Mtis sue, libenter faciet, et prefatum diem hmoi diete constituet, Si vero incomodo, aut detrimento rerum Mtis sue differri non poterit, in quocumq termino illa celebrabitur, curabit Mtas Regia q primum illas Mtes, reddere cercziores, vt eciam suos Oratores ad eandem mittere possit.

Dabit aut Mtas Regia Oratoribus suis, ad ipsam dietam proficiscetibus, eam instructionem et informationem, et omnibus declarabit se cum illis Mtibus vnum esse, illasq tanq fratres, partes, tutores, ac protectores, obseruare ac venerari, et esse inter eas vnu nolle et velle, atq eisdem Oratoribus committet, q ita se in omnibus, cum dictis Oratoribus Mtum

suarum gerant, vt quanto magis absq; lesione, seu diminutione dignitatis
Mtis sue fieri poterit, se se volúntati illarum Mtis coformiet, et accomodent.

731
960

Sigismundus primus Rex Polonie Ludouico Regi Vngarie et Bohemie

SErme Princeps etc. Accepimus lras vre Mtis, quibus nobis scribere dignata est, res Bohemicas multum exigere, vt illic Conuentus generalis haberetur, De cuius termino conuenisse se pridem cum nris et Cæsareis Oratoribus, qui erant isthuc apud se in Conuentu preterito Regni sui Hungarie, vt esset pro festo sancti Michaëlis proximo, missisq; se Tabellarium ad Cæsarea Mtez cum lris, quibus eam de ea ipsa re certiorem faceret, sententiamq; illius Cæsaree Mtis acciperet, vtram pro eodem termino Conuentum ipsum agi, an aliquo alio vlteriore placeret, Postulatq; à nobis vra Mtas, vt nos q; sibi sententiam nram significemus, et Oratores nros ad eundem ipsum Regni Conuentum, cum accepta Cæsarea sententia, visum fuerit illum stare, mittere curemus. Bohemie

Equidem Serme Rex, et amantissime Nepos nr, magne nobis sunt cure omnia Mtis vre, et Regnorum eius negocia, adeo vt illa iuxta cum nris proprijs estimemus, Nos, vt Mti vre satis constat, nihil hactenus studij et opere preterm̃isimus, vt quantum officij nri esse videbatur, et Mtas vra postulabat, q; optime rebus et statui illius, ac Regnorum eius consuleretur, Verum ex duabus preteritis Oratorum nrorum expeditionibus, quas illuc in Bohemiam, ad postulata Mtis vre, fecimus, altera quidem nullum fructum attulit, qui fieri tamen potuisset, ni, vt intelleximus, ipsi Oratores vre Mtis, res omnes infecis sent. altera vero, penitus frustra fuit, nemine, tam à vra, q; Cæsarea Mte in Conuentu illo designato, constituto.

Preterea Mtas vra sero nos semper de hisce Regnorum suorũ Conuetibus

docere, illosq rebus nec ad id dispositis, nec in aliquo solido constitutis, indi-
cere solet, Quo fit, vt hactenus illi, ne quicq agi, et missiones nre, nullum
Mti vre comodum, nobis vero nonnihil indignitatis, afferre consueuerunt.
Quod et nunc, si fiat ipse illic in Regno Bohemie Conuetus, futuru no
ambigimus, presertim et Cæsarea Mte, et nobis tam procul degentibus, et
aliis variis curis, et belli turbinibus districtis, Quare consilij nri est,
et rogamus Mtem vram, vt ab institutione eiusdem Conuetus, paulisper
supersedere velit, donec nos hinc, ad Regnum nostrum reuertamur. et
Mti vre appropinquemus, Quod q primum compositis, vt cumq rebus nris,
facere properabimus. Illic cum accepto cum Cæsarea Mte mutuo consilio, qua-
liter essent res instituende, quo idem ipse Conuetus Bohemicus, congruo et
debito modo agi possit, et ex vsu aliquo vre Mti, et eiusdem Regni esse,
commodius et efficatius omnia fieri poterunt, et nos, quatenus intelligemus
opus esse, et cum Mti vre, tum Regnis eius coducere, non mittere mo-
do Oratores nros ad ciusmodi Comentus, sed omnia alia prestare, quæ-
cumq facultate et opera nra consequi poterimus, quo Mtas vra vnacu
Regnis suis, q optime et tranquillissime degat, sumus, et erimus semper
paratissimi, Quæ sit foelix et incolumis, nosq quod facit, et debet, mutuo
diligat.

Sigismundus primus Rex Polonię Archiepiscopo Strigoniensi & Episcopo Quinqueecclesiensi.

RXme in Chro pater, et dne amice noster charme, et tanq frater honorande. Miramur, q serius de Conventu isto facti sumus certiores, ne tame in quopia decesse videremur, votis et rebus Sermi dni Regis Ludouici, nepotis nri charmi, expediuimus isthuc eo celerius, quo inter modernas mras sumas occupationes fieri potuit RXndum in Chro patrem dnm Mathiam Episcopu Wladislauien Consiliarium nostrum, sincere nobis dilectum, ad agendum et cosulendum nro nomine, vna cum vra RXma P. et alijs dnis Consiliarijs Regni istius, pariterq Oratoribus Cæsaree Mtis ea, que ad Regime bonu, et tranquillum statum Sermi dni Regis Ludouici, et Regnorum eius, pertinere videbuntur, Commisimus tamen ei, vt in omnibus consilio vre RXme P, innitatur. freti eius erga nos integra fide et beneuolencia, Qua; re postulaus ab ea, vt quicquid expedire intelliget, quod idem Orator noster, agere deberet, ei suggerere, et adesse fauore, et cosilio suo velit, Factura rem, suo erga nos studio, ac nra de se fiducia, digna; qua illi vicis; sim, omni benevolecia nra, referre curabimus. Valeat foelr vra RXma P. et nos diligat. Vilne x. Aprilis. M. D. xvij. Regni nri, anno xi.

Sigismundus primus Rex Polonie
Andree de Tanczin Palat° Lublinen
oratori

Magce sincere nobis dilecte, Gratum est nobis tuae S. obsequium, quod onus hoc legationis subierit, sed quod nobis de instructione scribit, nescius quam illi dare deberemus, cum non in nostris, sed Sermi dni Regis Ludovici rebus, illam isthuc miserimus, Itaq aget omnia iuxta res occurrentes, innitendo Concordijs ipsius Sermi dni Regis Ludovici, et dignitati nrae, prout melius expedire intelliget, Nihil tamen sine mutua intelligencia, et consensu Oratorum Caesareae Mtis faciet,

Quod vero ad religionem attinet, si vellent ipsi Oratores Caesareae Mtis aliquid mouere, nobis non videtur, vt id nunc fiat, propter multas causas, Et proinde S. tua, ad hoc se non ingerat,

Iras quas habere voluit, tam de tutoria, q aljs privatis rebus, eciam cum mandato generali, eidem S. tuae mittimus, quibus ita, vt opus erit, vtatur.

Sigismundus primus Rex Polonie ad Oratoribus Cesaris Maximilian ad Conuentum Bohemie missos.

RVndi, spectabiles, et Magci, sincere nobis dilecti, Statueramus deinceps, ad Conuentus istos Nunctios nros non mittere, vt pote ad incertos, et semper sine sciencia nra indictos, Verum postulante id officio mro, et rebus Sermi dni Regis Ludouici, misimus isthuc prsentem Magcum Andrea de Thax: cin, Palatinum Lublinen, Chelmen, Ratbnen Capitaneum, Consiliariu' nostrum, Cui id imprimis commisimus, vt omnia mutuo consensu, et consi; lio cum vris D. et iuxta Instructionem, quam ex Hungaria secum attulerut, vel afferre debuerunt, ageret, et tractaret, Et finde postulamus ab illis, vt pariter congruis animis, cum eodem nro Nunctio, id omne agant, & consulant, quod ad mutuam concordiam, et pacem Statuum istius Regni, et commodum prfati Sermi dni Ludouici, pertinere videbuntur, Front in earum virtute, et prudencia confidimus, Quæ bene valeant, Datum in Arce nostra Braczlaw, die sancte tarum vndecim Millium Vir; ginum. Anno Domini.

Sigismundus Rex Polonie Consiliariis Nobilitati et Ciuitatibus regni Bohemie

SLectabiles, Magci, Nobiles, Generosi, Famati, sincere nobis dilecti, Mitti-
mus in medium vestri, postulantibus id rebus Sermi Nepotis nri domini
Regis Ludouici, et istius Regni sui, ac officio nro, Magcum Andream
de Thaczin, etc. Vt vna cum Cæsareis, et prefati Sermi dni Regis Lu-
douici Oratoribus, et vris D. agat et consulat ea omnia, que ad mutuam
concordiam Statuum istius Regni, simul et ad bonum, et commodum eius-
dem Sermi dni Regis Ludouici, spectare videntur. Quare hortamur
vras D. vt quodcunq; egerit, dixerit, et tractauerit, in omnibus premissis,
perinde illi credere velint, ac nobis ipsis, nosq; omnia rata, grata et firma
habituros non dubitent. Et bene valeant. Datum in Arce nra Brag-
lau, die Sanctarum vndecim Millium virginum.

Sigismundus Rex Polonie
dño Perstinski Bohemo

Spectabilis, et Magce, sincere nobis dilecte, Quemadmodum ad nrám interces si-
onem Sermus olim frater nr, dns Rex Wladislaus, donauit Posonij corpus
vnum ex Quinq Fratribus heremitis, qui sunt isthic in Regno Bohemie,
Bendo dño Episcopo Posnamen, Consiliario nro; et tuc Magcie hoc nego-
cium comisit, Postulamus ab illa, vt ipsum corpus iam vel mittat ad nos, per
presentem Oratorem nostrum, vel si sola ad nos veniet, secum illud addu-
cat. Rem nobis multo gratissimam faciet, Quc bene valeat.

Dño Rachemberg

GEnerose grate nobis dilecte, Retulit nobis Magcus Andreas de Tha
czin, Palatinus Lublinen, q ci magno adiumento, et honestati fueris isthic
in priori Conuentu Regni Bohemie, Quod libenter audiuimus, et postu-
lamus à te, vt nunc pariter illi adsis in omnibus, que intelliges ad ho-
norem et dignitatem nram expedire. Rem nobis gratá facies, et dignú tuis
de nobis meritis. Vilnc.

Spectabiles, et Magci, Generosi, Strennui, et Nobiles, sincere nobis dilecti, Intellexim⁹ Generosum N. Szlik se valde facilem, et obsequentem prę-stitisse in eo, quod ad provocationem debiti sui, quod illi à Sermo dño Regę Ludouico debetur, attinet, Postulamus à vobis, vt operam vram impendatis, quo illi tandem satis fiat, ne more et obsequij sui, detrimętum capiat, Rem nobis nō vulgariter gratam faciet.

Legatio Lituanorum ad Polonos

P Relati et dñi Consiliarij Magni Ducatus Lithuanie, tam spirituales, q; eciam Seculares, fratres vrarum D. mandauerunt nobis et comiserunt. vris D. ea dicere, q; vre D. intimauerunt ad ipsos dnos fratres suos, per dnos Consiliarios Regni Polonie, dominu Zaremba, Palatinu Calissien. dnm Thaczinski Palatinu Lublinen, et dnm Zochaczewski, de hoc bello dni nri clementissimi, aduersus hostem sue sacre Mtis Regie Moscho: vitam. Admiran hoc, vt nos tanq; inconsiderati, aut immemores vraru D. fratrum nostrorum, ad Conuentionem preteritam Liothrcomen, nris Ora: toribus, vras D. non visitauimus, Optan vras D. aduersus Moschouita, hostem Sacre Mtis Regie dni nri clementissimi, sue Mti pro auxilio. Quod nobis molestum est in vras D. id nobis appropriatum esse, cum nos dni nri clementissimi, ac Reipublice negocia, nunq; pretermisimus, neq; eciam è memoria labi permisimus, prout bene memoratum est vris D. Nam quemadmodum iste hostis dni nri clementissimi Moschouita, cum Sermo dno nro Rege, et Magno Duce corroborati, scriptis et iurame: tis firmissimis, ad perpetuam pacem, absq; quauis causa Sacre Mti Re: gie, suo Juramto certificata, immemor Dei et sue anime, clandestinè in: vasit Dominia sue Mtis, Arcem Smolensko, tempore Brumali oppugnauit, et capitaliter eam consequi conabatur, in absencia à Ducatu Lithuanie Sacre Mtis Regie dni nri clemtissimi, nos sub eo tempore, absq; vlla

mora, missimus ad vras D. in Losnamiam, à nobis in legatione dnos Consiliarios Magni Ducatus Lithuanie, fratres nros, modernu Palatinu Loclocen, Tenutarium in Mozir, dnm Olbrachth Marczinowic Gastaldi Marsalcum, sue sacre Mtis Regie Tenutariu in Ostrzina, dnm Alexandru Juanowicz Chodkiewicza. Exoptan vras D. quatenus vre D. sacra Mtem Regiam dnm nostrum clemetissimu, ad Dominium sue Mtis Magni Ducatus Lithuanie ad nos emitterent, et nobis in hac nra necessitate, aduersus eundem hostem auxilium ferrent, Quod vre D. bene meminerunt, quale responsum, per eosdem dnos, nobis fratribus suis, fecerunt.

Postea, existente sacra Mte Regia dni nri clementissimi in Magno Ducatu Lithuanie, nos mittebamus, ad vras D. ad generalem Conuencoez Liothrcomien, secundario cum Marsalcum sacre Mtis Regie dnm Alexandrum Chodkiewicza, et cum ipso Secretariu Sacre Mtis Regie, Decanum Vilnen dnm Stephanum, Similiter exoptan, vt vre D. habentes respectum, in Mtem Regiam dnm nrum clemetissimum, q sua Sacra Mtas Regia, propria persona, aduersus eundem hostem proficiscebatur, vt vt in eadem necessitate nra, nos fratres suos vre D. non deserverent, nobisq esset auxilio; vre D. ecia meminerint, quale responsum nobis, per eosdem Nuncios nros dederut.

Tandem, quando dns nr clementissimus, sua Mte Regia, foeliciter ex magno Ducatu Lithuanie, ad fratrem sue Mtis, foelicis recordationis Regem Hungarie equitas set, nos delegaueramus ad vras D. dnm Consiliarium supremum Sacre Mtis Regie, dni nri clemetissimi, fratrem nostrum dnm Nicolaum Nicolai Radzimilauicza, Palatinu Vilnen, Cancellariu Magni

Ducatus Lithuanie, nunciañ vris D. de foelici victoria sacre Mtis Regie dñi nri clementissimi, Que ex gracia diuine miseracois, sub eo tempore perfecta erat, Exoptañ vras D. pro eodem auxilio, gracia cuius, pro tuc vre D. dignarentur nobis consilio esse, et auxilio, ad determinandam finaliter pacem nostram, cum eodem hoste Sacre Mtis Regie, dñi nri clemetissmi, ac si sub eodem tempore finis set factum, esset cum magna fama Sacre Mtis Regie, et nobis subditis sue Mtis, vtrmsq Dominij, cum magna commoditate, Quamãqmlibet inimicus sue Sacre Mtis Regie limitatus, et finitius hoc consideran, haberet alium respectum et intencionem super Dominia sue Mtis Regie, Vre D. eciam et sub illo tempore, nullum nobis responsum fecerunt.

Quare affectamus vras D. fratres nros charmos, vt vre D. in memoriam reducen, antiquas amicicias Predecessorum nrorum, vtrmsq Dominij, nobis fratribus suis, in moderna Sacre Mtis Regie dñi nri clementissimi, et nra magna necessitate, dignaremini nobis contra hostem Sacre Mtis Regie, et nostrum, potenter auxilium ferre, In quacumq summa, vel eciam in quo numero armatorum hominum, vestre D. nobis in hac necessitate mra auxilium facient, nos eciam vrarum D. necessitati, pari recompensa et eodem numero, volumus non remoratum, sed celeratissimum ferre auxilium.

Legatio Lituanorum ad Consiliarios regni Polonie.

Prelati, et dñi Consiliarij Magni Ducatus Lithuanie, vris D. Prelatis & Dñis fratribus suis mandarunt dicere, Est hoc bene memoratum vris D. q tempore foelicis recordacois Regis Alexandri, facta fuerat verborum revolutio in Lida, ante conflictum Klecensem, moderno dño Archiepo Gnesnen, cum dñis Consiliarijs Magni Ducatus Lithuanie, de hoc quod tangit pacem cum Cæsare Prꝛcopen, vtrumq; Dominj, Vrꝛ D. debuere insimul cum ipsis Dominis Magni Ducatus Lithuanie equales sumptus facere, mittẽ Nuncios et Cursores cum muneribus ad Prouincia Thartarorum, vulgo nominan do Ordi, Prꝛcludendo eundem Cæsarem Prꝛcopien, vt ab eius Orda, vtriusq; Dominijs damna non fierent.

Postea, sub Imperio dñi clementissimi Regis Sigismundi, sua Sacra Mtas Regia, cum Cæsare Prꝛcopensi, in hoc pacto consedit, q, deberet ei mittere singulis annis pro munere quindecim millia Ducatorũ, de Regno Polonie, septem millia Ducatorum, cum quingentis Ducatis, et ex Magno Ducatu Lithuanie, eciam septem millia Ducatorũ, cum quingẽtis Ducatis, ipsi dñi ab illis temporibus per singulos istos annos supra illam summa septem millium, et quingentorum Ducatorum, mittẽs Nuncios magnos et Interprẽtes et in Orda, sepiss Imosq; Cursores, et eorum Nuncios donan, et ad Cæsarem, Cæsareasq; foeminas, Cesareos

filios, Morsas, vlam, et Duces Schirziniwski, et ad q. plures alios Officiales, qui Prouinciam Thartarorum, vulgo nuncupatam Orda, gubernat, mlta et sepissima Donaria mitten, Superq omnia ipsi dni faciunt impensam singulis annis viginti millia Ducatorum, Ordinantes pacem his vtrisq Dominijs, tam Regno Polonie, q eciam Magno Ducatui Lithuanie. Et vre D. fratribus suis ipsis Dominis nusq in his impensis auxiliate. Ob quam rem dni Consiliarij Magni Ducatus Lithuanie, vras D. fratres suos mandauerunt exoptare, vt vre D. eorum huiscemodi impense, quam in Ordam mittentes fecerunt, supra quindecim dictorum Millium Ducatorum, ipsis dnis dignarentur medietatem soluere, et in antea quamcuing ipsi domini, supra coputum illius summe impensam facient, in hoc eciam vre D. ipsis dnis fratribus medietate sumptum sponderent.

Cum itaq vre D, in hoc nollent persistere, Prelati et dni Consiliarij Magni Ducatus Lithuanie, fratres vrarum D. mandarunt vris D. denunctiare, q si vris D, non videtur hoc onus insimul, cum ipsis dnis fratribus suis ferre, dni Consiliarij Magni Ducatus Lithuanie, habentes contra se alium similem et potentissimu hostem Moschouita, vna cum vris D. aduersus Cæsarem Precopen, insimul bella gerere non valebunt, Sed cogetur eum ita requirere, vt ab ipso sub hoc tempore, pacem possent habere.

Responsum a Consiliariis Polonis Datum Nunciis Lituanorum.

Legationem vrarum D., quam nomine dnorum, Magni Ducatus Lith; vanie, Status vtriusq, habuerunt vre D. apud dnos Consiliarios Regni huius, et in qua commorarunt ea, que, anno superiore, fuerunt ex Comi; tu generali, illarum D. per Magcos dnos Palatinum Calisien, Pala; tinum Lublinen, et Castellanum Sochaczovien, significata, domini abu; de intellexerunt,

Verum, quantum ad eam significatione attinet, dni Consiliarij repetentes aio, veterem benevolenciam, et coniunctionem Regni, cum Magno Ducatu Lith; vanie, et qualiter ad illam manutenendam fiebant semper, in talibus Con; ventibus, mutue et fraterne Legacoes vtrinq, consultacoesq communes de bono Statu Dominij vtriusq videntes id, per dnos Magni Ducatus, ia quodammodo intermittere, et presertim nunc, cum vndiq hostes, vtriq Dominio incumbat, veriti ne tali intermissione, refrigesceret antigua be; nevolencia, et coniunctio, hostesq inde cognoscere possent aliqua, quo non ita vt prius, hec duo clarissima Dominia, inter se convenire vi; derentur, atq inde maiores animos, in perniciem vtriusq, quam semper siciunt, resumerent, Experti iam multis documetis, hec ipsa duo Do; minia simul iuncta, semper fuisse in omnibus actionibus prospera, et formidolosa, Alterum vero sine altero, sepe magna detrimenta accepisse. Visum fuit earum D. fraterne admonere, et quodam modo excitare,

dnos Lithuanos sua legatione, vt à veteri consuetudine mittendi, et inui-
sendi se inuicem non desisterent, Vnde hostes intelligentes inter earu
D. esse firmam beneuolenciam, et consilia mutua, de rebus suis, conatus
suos, aduersus vtrumq; Dominium, continerent, Quod officium et
consuetudinem, cum dni Lithuani facere nunc per vras D. voluerut,
dni omnes, gratissimis animis accipiut, et agunt illis plurimas gras,
pollicenturq; vicissim id eis, omnibus suis fraternis officijs sey referre.

Quantum vero ad subsidium, quod vre D. nomine illorum dnorum, con-
tra Ducem Moschouie postularunt, attinet, dni adhuc ab inicio, cum
hanc difficultatem Magni Ducatus cognouissent, valde indoluerut, et no se-
cus reputarunt semper, et reputant, q; suam propriam, omniaq; hactenus
quecumq; facere poterunt in auxilium illi Domino, ex animo facere cu-
rauerunt, Nam per id omne tempus, omittentes suas omnes difficultates,
et detrimenta Reipublice sue, que absente Mte Regia, communi dno
nro clemetissimo accidere solent, non solum non dehortabantur Mtem
suam, vt illuc in Lithuaniam proficisceretur, sed rogabant insuper, et con-
sulebant, vt Mtas sua illi Dominio non decesset, presertim, quando pre-
sencia Principis, instar magni exercitus habetur. Vbi Mtas sua manes
semper Curiam suam impensis Regni seruabat, que non mediocria
seruicia sepe illi Dominio fecit,

Iuuentus vero primaria Regni, non sine grani impensa, et dispendio, ad
omnes necessitates illius Dominij semper accurrere solebat, permittebatq;
semper dni, electiores milites ex Confinibus suis Lithuaniam proficisci,
et illic militare, Et quamuis cum illius Dominij stipendio, tamen non

ſine periculo confiniũ ſuorum, et iactura Reipublicæ, Quæ per eductiõ-
onem equorum, et hominum, non mediocris ſemper fiebat, Et quicqd præ-
terea maius facere potuiſſent, pro commodo et ſubſidio illius Dominij,
id libentiſſime feciſſent, Et nunc iſtud ſubſidiũ, quod D. vrę poſtula-
runt, alacri animo præſtarent, verum cum id fieri, nullo modo alio poſſit,
q̃ vel motione cõmunis nobilitatis, vel Milite Mercenario, Et cum ad
longinquum hoſtem, moueri Nobilitatem vniuerſam, maioris eſſet de-
trimenti, q̃ commodi, nec ea res ad vllũ bonum Ordinem perduci pos-
ſet; Militem vero Mercenarium, nunc Regnum grauiſſima impenſa ſer-
vare cogitur, tam contra Thartaros q̃ Mgrũm Lrus ſię, quorum vterq;
non minus Magno Ducatui obeſt, et obeſſe nititur, q̃ Regno, negua-
q̃ hoc onus ſuſtinere poteſt, vt tres Exercitus Mercenariorum, qui
ſufficere poſſent, ad conatus tantorum hoſtium reprimendos, alere et
ſeruare deberet, cum vix vtrosq; fines ſuos tueri poterit, ſi qua, qđ
dñs Deus auertat, vis tam à Thartaro, q̃ Mgro Lrus ſię ingruerit.
Hij tamen Milites, qui in finibus ſeruantur, non minus erunt pro ne-
ceſſitate finium Magni Ducatus, q̃ Regni, Et proinde rogant, ea-
rum D. dnos Lithuanos, vt id grato animo ſuſcipiant, et vt ſuæ rei
conſultum eſſe ſtudeant; ita eciam Regni neceſſitati, et poſſibilitati
intelligant.

Cæterum, quod impenſas Thartaricas attinet, dñi meminerunt cõuentũ
fuiſſe, cum illis, ob fœdus, tam cũ Regno, q̃ Magno Ducatu habendũ,
et ne vtrumq; Dominium infeſtarent, de ſtipendio annuo, quindecim
Millium florenorum, vt illud pariter vtrumq; Dominium penderet,

nec amplius Legati insignes ab illis mitterentur, sed missi ij, qui pecuniá caperent, cum tamen et infestare vtraq; hæc ipsa Dominia solent, et nú: ctios sæpe mittere, Qui cum huc ad Regnum veniunt, Mtás Regia solet eos ex Aerario Regni absoluere, itidem vt in Lithuania facit. Et non solum Thartaricos, sed et Cæsareæ Mtis, qui in rebus Lith: vanicis mittuntur,

Quod aút dñi Lithuani mittunt dona in Ordam illorum, laudant qdem id domini, et probant consilium illarum D. quæ, vt viri sapientes, có: parare sibi volentes auxilia contra suum hostem, ita faciant, sed ta: men Regnum non opus habens, vt pro alia re Thartaris impedire ꝫ vt fines non infestarent, et soluendo pro hac re mutuo cum illarú D. quod conuentum fuit, non teneri se putant, ad alia, quæ dñi sua alterius causa faciunt, Neq; ꝫ credunt, quod propterea, aliquod ali: ud singulare fœdus facere deberent cum Thartaris, hominibus nulli fidem seruantibus, sed pariter omnibus vicinis Dominijs amicos se se ostentantibus, quo ea facilius sub securitate eorum, et sua perfidia præ: dentur, facereq; ꝫ aliquid deberent, contra communem beneuolencia' et coniunctionem huius vtriusq; ꝫ Dominij, Quæ cum erit firma et sin: cera, adhuc (iuuante dño Deo) se ab vno quoq; ꝫ hoste, vti hactenus fecit, defendere poterit, Aliqui, quod Deus auertat, si quod eß set dis: sidium, haud dubie, breui vtrumq; ꝫ ad casum et ruinam deuenire pos: set.

Domini, et vniuersum Regnum Poloniæ, perstat, et perstare vult,

semper in sincero amore, et coniunctione fraterna cum Magno Ducatu, Nec de se alicuius sinistri euentus vllam occasionem prebere, vt et vsq3 hue nunq3 prestitit,

Et quo res, eiusdem Magni Ducatus, et bellum istud componi possit, omnem operam suam domini Consiliarij impendere, et auxilium quantumcunq3 poterunt, ferre pollicentur. Habentes hanc fidem in dnis Lithuanis, et hortantes illos fraterne, q, se pari modo aduersus Regnum gererent, pro communi vtriusq3 boni status incremeto, nec talia noua consilia capiant, que illis eque noxia esse possent, q3 alicui alteri.

Sigismundus primus Rex Polonie
Tome Archiepo Cardinali Strigo=
miensi. Legato apostolico.

RMe in Chro pr, et dne, amice nr charme, et tanq̃ Pater honorand̃. Intelleximus RMdum dnm Joannẽ Epum Crac, delatum esse, apd vram RMam P. tanq̃ opprimeret Clerum suum, et temere se in Jurisditione sua gereret, sed et citatum esse, ad eandem P. vram, Capitulum eius Crac, ad instanciam cuiusdam Prẽsbiteri, homis versatilis et lenis, Quare sumus non mediocriter admirati, quippe, qui sciamus, dictum dnm Epum, esse pontificem, rara pietate, et mansuetudine prẽditum, Capitulum vero refertum, viris, et doctis, et gravibus, qui nunq̃ aliquid temere, et indecẽter, agere, consueuerũt. Proinde rogamus vram RMam P. nolit eiuscemodi delatoribus fidem adhibere, nec prẽbere illis ansam, homines claros, indigne turbandi, Plurisq̃ sit apud illam, Pontificalis et Prẽlatorũ authoritas, ac nostrum demq̃ testimonium, q̃ vnius Sacerdotis, levis et frivola assertio, Quod vram RMam P, cum rei decencia, tum causa nra, facturam nõ diffidimus. Quam foelicissime valere cupimus, Cui nos ex animo commendamus,

Sigismundus .I. Rex Polonie / Joanni Lasku Archiepo Gnesnen primati: et legato nato.

RXMe in Chro pater, et dne sincere nobis dilecte, Orta est lis inter duos Doctores, Artis Medicine, racione prioris loci in Gymnasio Crac, Cumq apud Rndum dnm Epum Crac, Judicium de hac re ageretur, lata est Sentencia, vt congrue fieri debuit, pro illo, qui prior respondit, A qua tame alter ad vram L. appellauit, Quia vero indecens est, vt ij, qui studijs emancipati sut, et quietissimi esse debent, se se inuicem litibus, et controuersijs incessant, presertim comunes suas constitutiones, et morem habentes, postulamus à vra L. vt predictos Doctores, vel premittat decreto Cancellarij Vniuersitatis, et Consuetudini eius parere, Vel si auctoritatem suam huic cause adhibere velit, committat ea Cracouie Prelatis aliquibus determinadam, ne per tales longinquas euocationes, pax et consuetudines Collegij illius turbetur. Rem nobis L. vra grata factura. Que bene valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Marchioni Brandeburgensi Magistro Cuciferorum in Prussia generali

Illtris Princeps, et dne Nepos nr charme. Scribit nobis Illt vra Officiales suos quendam maleficum comprehendisse, qui confessus sit fauorem et conseruationem, in Districtu Elbingen habuisse, missosq; se ad Ciues Elbingen, vt animaduerterent in eam rem, et iusticia ministrarent, qui id facere non curarunt. Postulatq; à nobis Illt vra, vt isthuc Nunctium nostrum mitteremus, qui confessioni et testimonio ipsius Malefici adesset; Et cum constaret rem ita es se, iuberemus iusticiam, cum ijs, qui comperti essent noxij, fieri. Nos non libenter videremus, vt aliquid nri facere, aduersus Illt. vram, et subditos eius, deberent; quamuis afferantur ad nos continue querele nostrorum, de multis variisq; damnis, et iniurijs, que illis ex terra, et Ditione vre Illt inferuntur. Verum ad presens tam longe bello occupati existentes, non possumus huic rei intendere, et Nunctiu istuc mittere, Sed quando foeliciter Vilnam reuertemur, perquiri rem committemus, et quod iustum et equum erit, pro conseruanda bona pace, et concordia nra mutua, et subditorum nrorum, libenter faciemus, Bene valeat vra Illt. Datum in Castris circa Poloczko.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Marchioni Brandeburgensi Magistro malacruce signatorum in Prussia

Illtris dne, Nepos nr charme, Ciues nri Elbingen Nuncium suu ad nos miserut, Cui inter coetera iniuncta negocia, lras vre D. ostendendas dederunt, minaces et cotumelios as, ob eam causam, q̃ quendã Vrbanũ hominem, vt ferũt, malefic̃um, Capitaneis nris Arcis Mariemburgen, in bis corũ, vti par erat, obtẽperates, tradiderũt, Qui post multas questiones, de maleficijs suis factas, vltimo tandẽ suplicio affectus est. Miratiq; vehemeter sumus vram D. tales, ad nros subditos, dedisse lras, tanq̃ non esset nobis integrũ, cum eis equitate his administrare, qui se ab eis iniuria affectos, quererẽtur. Et pfecto nobis id valde graue et molestum est. Quorsũ em id fiat, quidue pre se ferat, talis ~~iniuriaru~~ minarum editio, suspicari oportet. Et ne quid posthac vra D. iuste occasiois ad querendu de eis habere possit, commisimus Rudo patri, dño Fabiano, Epo Varmien, Mageisq; et Nobili, Stanislao de Koszielecz Juniwladislawien, et Nicolao de Baysey, Mariemburgen, Lalatinis, ac Ebrehardo Ferber, Consuli Gedanen, vt ad certum diem et locum conueniant, atq; ad conspectũ suum partes accersant, Qui vram D. hac de re admonebũt, vt aliquos ex suis Aulicis, vel subditis, qbus hec res nõ esset ignota, ad eos mittat, vt coram eis, rei seriem exponat. Et si constiterit, vel iniustum in causa, seruatum esse processum, vel iniuste de homine noxio, sumptum esse supplicium, vt idem Comissary, vre D. administrent iusticiam cum Ciuibus nris, In quos tales posthac

congestum iri minas nollemus, quę nō nisi cū indignitate nra fieri possūt.
Bene valere vrām D. optans, Crac xx die Septembris.

Sigismundus I Rex Polonię
Eidem Magistro in Prussia

Illtris Lnceps, et dne Nepos mr charme, Scripsimus non pridem vrę
Ilti, pro subdito nro Bilbak, de terra Samogitię, q, ei ancilla ipsius,
vna cum nonullis hominibus illiberis, et multis alijs rebus, isthic in
Lrussiam transfugit, et à Vicepręceptore in Ragnith detinetur, qui
et illos, qui lras nras illuc tulerunt, cepit, et in vincula coniecit, Quę
res est nobis valde molesta. Hortamur igr Ilt vram, et postulamus
ab illa, vt eandem ancillam, cum hominibus illiberis, et rebus omni-
bus, quas secum abduxerunt, reddi faciat, et vlterius illos detineri,
cum nra, et dicti subditi nri iniuria, nō permittat.

Cęterum Offlis, seu Capitaneus in Tilsa, non vult iusticia facere sub-
dito nro, nobili Adam de Samogitia, de rebus quibusdam furto sibi
ablatis, Postulamus eciam ab Ilt vra, cōmittere velit eandem iusticia
sibi fieri, et res ablatas restitui, pro officio suo, et mutua vicis-
situdine, qua à nobis desiderat. Aliogui non possemus id nō gra-
viter ferre. Cupimus eandem Ilt vram, bene valere.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Marchioni Brandeburgen Magistro Cruciferorum in Prussia

Illtris Princeps, et dne Nepos nr charme, Retulit ad nos Magcus Nicolaus Radiuil. Palatinus Vilnen, et Magni Ducatus nri Lithuaie, Cancellarius, q cum ad se nonnulla tormenta bellica, et vasa salnitri, per terra' Illt vre ducerētur, illa omnia Preceptor de Ragneth, absq vlla causa, retraxit, et deponi apud se coēgit, Nos plurimum miramur, quid velint sibi damna et iniurie, que tam crebro, vt nūq aliās magis, inferuntur subditis nris, in terra vre Illtis. Et cum factum hoc, vt arma bellica prohibeantur istac ad nos comuehi, et alia id genus, metimur, hoc presertim tempore, quando bellum, cū hoste nro, homine Scismatico, gerimus, cogimur existimare talia, in rem et gratificationem ipsius fieri, Que res, vt est, à bona vicinitate, et coniunctione sanguinis, ac eciam professione, vre Illt, longe aliena, ita nobis valde molesta, Et proinde postulamus ab illa, vt reddi faciat ipsa tormenta, et salnitrum, que absq vllo iure et decencia, sunt retenta: quandoquidem in terris nris, omnia libere permittuntur, subditis vre Illt educi, Alioquin fieri non poterit, vt tot nrorum iniurias ferre vlterius, aut dissimulare possimus. Bene valeat vra Illt. Datum.

Responsum a Sigismundo Rege datum oratoribus Alberti Magistri prussiæ.

Eorum, quæ coram Sacra Mte Regia, nomine Illtris dñi Magistri Russiæ, vrē D. exposuerunt, hæc fuit ~~sentencia~~ summa

Imprimis retulerūt seriem eorū, quæ acta sunt, in Conuentu Nunctioru Mtis suæ, et dñi Mgri, circa fines, postulantes vt sua Mtas Regia, mittere adhuc dignaretur alios Nunctios ibidem ad fines, qui adeò suspecti non essent, et conuentus diem designaret,

Deinde dixerunt vrē D. dñm Mgrum exploratum habere, se apud suam sacram Mtem delatam esse, tanq̃ Nunctios et lras suæ Mtis ipse non exciperet, et audiret, sed per alios, et de hoc eius Illtem excusarunt.

Ceterum, postularunt vrē D. vt sua Sacra Mtas no egre ferret, q̃ Moschus Bullath, qui ex terra Samogitiæ profugit, sit ab Officibus dñi Mgri susceptus, et vt Mtas sua indulgeret, vbi esse vellet.

Postremo nunctiarunt, qualiter dns Mgr, audiens in Conuentu Mariebur; gensi, nuper habito, constitutum esse, vt omnis illa terra suæ Mtis, delectum haberet, et prēparamēta bellica faceret, persuasusq̃ ea aduer; sum se fieri, facere et ipse vellet prouisionē in terra, ne quod inde detrimentū capere posset.

Sacra Mtas sua, dignata est mihi cōmittere, sic noīe suo, vris D. rndere.

Ea quæ acta sunt in Conuetu circa fines, Sacra Mtás Regia, abunde ex Nunctijs suis intellexit, quibus vti viris insignibus, et Consiliarijs suis, eius Mtás, plenam in omnibus fidem adhibere solet. Cum vero d. Mgr, Nunctios suos absq sufficienti ptate miserit, qui eciam aliter procedere nolucrunt, q vt eorum homines testificarentur, Nunctij aút Mtis sue, lris et Priuilegijs antiquis, inter magnú Ducatum Lithuanie, et terram dni Mgri, iustius innitebantur, vt pote nullo apud mortales, maiori et firmiori testimonio existente, lris et Priuilegijs, quibus diuina et humana omnia firmatur, et cosistant, Mtás sua Regia, id quod in eodem Conuentu est infectum, ad quem Mtas sua non parúm fecit sumptum, aliter existimare nó potest, nisi factum culpa Nunctiorum dni Mgri, non suorum.

De mittendis vero alijs, et Conuentu altero, illuc in finibus statuendo, Mtás sua referre vult ad Consiliarios suos, Cum quibus, quicquid decreuerit, reddere dignabitur dnm Mgrúm, per Nunctium, vel lras suas cerciorem. Sed quod ad villam Coczithen, interim dns Mgr, et sui Offles, se nó intromittant, ita vt est conuctum.

De Nunctijs, et lris Mtis sue Regie, quas dns Mgr ipse, accipere nó soleat, sed per alios, ita est sua Mtás edocta, Verum q, varij homies illas afferre solent, fit propterea, q, préter solitum et equum, inferú: tur plurima damna et impedimenta, subditis Mtis sue, in terra dni Mgri, Ad quorum querelas, dari illis mandat Mtás sua lras suas, nihilq pdit ex Cácellaria, sine scieccia et mádato sue Mtis, qúa bene puisa habet, et cautam.

De Moscho profugo, Mtás sua Regia, nó potest non egrè ferre, Scit ém abunde dńs Mgr, Mtém suam, bello cum Scismatico illo agere, Et in cónibus Priuilegijs, huius Ducatus, et terrę dńi Mgri, expressum est, et aliás semper obseruatum, vt profugi restituerentur, Quare postulat adhuc Mtás sua, vt ipsum Moschum, mandet dńs Mgr restitui,

De apparatu, qui fit in terra Mtis suę Prussię, merito mirari non debet, dńs Mgr, cum sciat, quot hoc tempore hostes Infideles et Scismatici Mti suę incumbant, Et non solum has prouisiones mandauit fieri Mtás sua in terris Prussię, sed eciam in alijs omnibus Dominijs suis, ne illis in securitate positis, aliquod detrimentum inferri possit,

Aduersus dnm Mgrum, Mtás sua nullum habet propositum, aut intentum hostilem, sed nec mirata fuit Mtás sua, quando anno preterito dńs Mgr delectum gentium suarum faciebat, exercitum comparabat, arces lustrabat, et munichat, totusq; ipse cum subditis suis in armis erat, Cum tamen sciuit Mtás sua, illum cum nemine hoste rem habuis se.

Postremo excusabant vrę D. dnm Mgrum de eo, q, retenta sunt in terra ipsius tormenta bellica, et salnitrum, quę huc ex Gdano vehebantur, Mtás sua, non potuit hanc rem non indignè ferre, presertim hoc tempore belli, quod gerit contra Scismaticos, miraturq; qd sibi vehint tot difficultates et inimię, quę illię núc in terra d. Mgri

Ea quæ acta sunt in Conuetu circa fines, Sacra Mtas Regia, abunde ex Nunctijs suis intellexit, quibus vti viris insignibus, et Consiliarijs suis, eius Mtas, plenam in omnibus fidem adhibere solet. Cum vero d. Mgr, Nunctios suos absq sufficienti ptate miserit, qui eciam aliter procedere nolucrunt, q vt eorum homines testificarentur, Nunctij aut Mtis sue, lris et Priuilegijs antiquis, inter magnu Ducatum Lithuanie, et terram dni Mgri, iustius innitebantur, vt pote nullo apud mortales, maiori et firmiori testimonio existente, lris et Priuilegijs, quibus diuina et humana omnia firmatur, et cosistant, Mtas sua Regia, id quod in eodem Conuentu est infectum, ad quem Mtas sua non paruu fecit sumptum, aliter existimare no potest, nisi factum culpa Nunctiorum dni Mgri, non suorum,

De mittendis vero alijs, et Conuentu altero, illuc in finibus statuendo, Mtas sua referre vult ad Consiliarios suos, Cum quibus, quicquid decreuerit, reddere dignabitur dnm Mgrum, per Nunctium, vel lras suas cerciorem. Sed quod ad villam Coczithen, interim dus Mgr, et sui Offices, se no intromittant, ita vt est conuctum.

De Nunctijs, et lris Mtis sue Regie, quas dus Mgr ipse, accipere no soleat, sed per alios, ita est sua Mtas edocta, Verum q, varij homies illas afferre solent, fit propterea, q, preter solitum et equum, inferuntur plurima damna et impedimenta, subditis Mtis sue, in terra dni Mgri, Ad quorum querelas, dari illis mandat Mtas sua lras suas, nihilq pdit ex Cancellaria, sine scietia et madato sue Mtis, qua bene puisa habet, et cautam.

De Moscho profugo, Mtás sua Regia, nó potest non egrè ferre, Scit ém abunde dns Mgr, Mtém suam, bello cum Scismatico illo agere, Et in cónibus Priuilegijs, huius Ducatus, et terrè dni Mgri, expressum est, et aliàs semper obseruatum, vt profugi restituerentur, Quare postulat adhuc Mtás sua, vt ipsum Moschum, mandet dns Mgr restitui,

De apparatu, qui fit in terra Mtis suè Prussiè, merito mirari non debet, dns Mgr, cum sciat, quot hoc tempore hostes Infideles et Scismatici Mti suè incumbant, Et non solum has prouisiones mandauit fieri Mtás sua in terris Prussiè, sed eciam in alijs omnibus Dominijs suis, ne illis in securitate positis, aliquod detrimentum inferri possit,

Aduersus dnm Mgrum, Mtás sua nullum habet propositum, aut intentum hostilem, sed nec mirata fuit Mtás sua, quando anno preterito dns Mgr delectum gencium suarum faciebat, exercitum comparabat, arces lustrabat, et munichat, totusq; ipse cum subditis suis in armis erat, Cum tamen sciuit Mtás sua, illum cum nemine hoste rem habuisse.

Postremo excusabant vrè D. dnm Mgrum de eo, q; retenta sunt in terra ipsius tormenta bellica, et salnitrum, què huc ex Gdano vehebantur, Mtás sua, non potuit hanc rem non indignè ferre, presertim hoc tempore belli, quod gerit contra Scismaticos, miraturq; qd sibi velint tot difficultates et iniurie, què illic nùc in terra d. Mgri

inferátur ſubditis Mtis ſuę, quę alias nunq̃ fieri conſueuerunt. Nam nõ incognitum eſt omni Vicinię, habere Mtem ſuam, ſubditos in hoc Ducatu Thartaros, qui vecturas exercendo, ſępe etiam in terra dñi Mgri verſari conſueuerunt, Nec veriſimile eſſe poteſt, vt ex Thaurica Thartari, per tam ampla Dominia Mtis ſuę clam illuc penetrare poſſ, ſęt, ad res reliquas educędas. Et proinde poſtulat Mtas ſua, à dño Mgro, vt ſe demceps, et ſubditos ſuos contineat ab his, quę à Mte ſua, nullo modo ferri poſſent, Nam nollet Mtas ſua, aliter ſe erga eius ſłłtem gerere, q̃ ſus neceſſitudims, et bonę vicinitatis poſtularet.

Sigismundus primus Rex Polonie Valtero de Platenberg Magistro Cruciferorum in Liuonia

MAgce dne, amice sincere nobis dilecte, Quando venimus ad hec bona nostra, intellexim⁹ ex Officialibus, et alijs hominibus nris, q⁹ Subditi tī Magcie tue, sensim se in terram nram proferunt, multaq; iam prata, syluas, lacus, occuparunt, Sed et lacum Swido, qui semper Ditionis huius Ducatus, et longequidem adhuc à finibus erat. Que res vt à communi pace, et foederibus aliena, sic nobis est valde molesta, Et proinde postulamus à Magcia tua, mandare velit subditis suis, vt se intra fines suos cōtineant, et non vsurpent ea, que ad Dominium nostrum pertinent, vsq; ad emissionem vtriusq; Consiliariorum nostrorum ad fines, Nam et nos itidem nris commisimus, vt nihil agerent, donec rerum omnium esset cognitio, et determinatio mutua ipsorum Consiliariorum, Factura rem congruam ad bonam pacem, et vicinitate inter nos conseruandam. Que bene valeat, Datum in Arce nostra Braczlaw feria secunda proxima, post festum sancti Luce Euāgeliste.

Sigismundus primus Rex Polonie Valtero de Platenberg Magistro Crucifferorum in Liuonia.

Magce dne, amice sincere nobis dilecte, Accepimus lras Magcie vre, quibus nobis scribit, de incursione et damno, quod nuper in terra M, vre, subditi nri facere debuerunt, et quomodo illa conuocari fecit Consiliarios suos ob hanc rem, idq; quod cum eis decerneret, vellet nobis posthac, per lras, aut Nuncios suos declarare, Interea tame postulat à nobis, vt Officiali Magci Nicolai Radiuil, Palatini Vilnen, et Magni Ducatus nri Lithuanie Cancellarij, qui incursionem ipsa facere debuit, mandaremus, quo res ablatas colligi, et seruari faceret, que subditis Magcie vre restituerentur, Nos meminimus sepe, et plurimas fuisse coram nobis querelas subditorum nrorum, ob varias iniurias et damna, que illis ex terra Magcie vre inferebantur. Scripsisq; nos ad illam hac causa pluries, Quo fit, vt si quid perpetratum sit à subditis nris, nam adhuc nihil comperti habemus, ea forte racione factum est, q, illis pro damnis et iniurijs eorum, non soleat fieri debita satisfactio, et iusticia apud Magciam vram, Prout et nuper certo accepimus, exustas esse plurimas domos in finibus nris, et damna non modica illata hominibus nris à subditis Magcie vre, Debuit merito à nobis iusticia requiri, si quid cuipiam ipsi homines nri debuerunt, qui eam vnicuiq; libenter facere solemus, Vtcumq; est id si qd commiserunt subditi nri in terra Magcie vre, factum est preter scienciam et voluntatem nostram.

Commisimus itaq; Officiali prédicto, vt ea si qua ablata sunt subdi-
tis vré Magcié, conseruetur, et expectabimus id, quod habito consilio
suo, nobis significare volet, Et hac in re, et alijs, spectantibus ad com-
mune bonum Dominiorum vtriusq; nostrum, Quo accepto, sciemus
quomodo nos gerere debebimus, Verum postulamus vicissim à Magcia
vra, vt cciam suis mandet seruari ea omnia, qué ablata sunt per eos
subditis nris, qui pariter ad multas pecuniarum summas éstimant
damna sua, vt cum harum controuersiárum, et damnorum cognitio
et arbitraméntum fieri debebit, reddatur vnicuiq; quod suum est, vel
pro eo satisfiat, Nos profecto non libenter videmus has iniurias et
damna, qué fiunt inter cómunes subditos nros, Vellemusq; quantú
in nobis est, vt bona vicinitas et pax inuiolata seruaretur inter
nos, iuxta foedera nra, Idq; vt fiat, diligenter curamus, Veru cohi-
beat Magcia vra subditos suos, ne illi causam dis sensionis et dissi-
dij alicuius nris tribuant, Nam nos, vt inquietudinem et res alieas
non libenter appetimus, sic nra ab alijs prémi, equo animo ferre
non possumus. Bene valeat vra Magcia. Datum Vilné.

Sigismundus I Rex Polonie
Valtero Magistro Th. Lithome

Magce dne, amice sincere nobis dilecte. Accepimus lras Magcie tue, quibus nobis scribit se, ad nos Oratores suos in communibus rebus necessarijs mittere, quos libenter videbimus. Scribit eciam postulas, vt committeremus Magco Nicolao Radiuilonicz, Palatino Vilnen, et Cancellario Magni Ducatus nri Lithuanie, quo res ablate subditis Magcie tue conseruarentur, ad arbitramentum, et decisionem mutuam, quod fecimus. Verum et tua Magcia mandet subditis suis, vt similr ea, que nris abstulerunt, ad ipsam decisionem mutuam, conseruent, Vt vnicuiq; id, quod suum est restituatur. Valeat fociciter Magcia tua. Vilne feria tercia proxima post festum sancti Jacobi Apli.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polo[niae] Datum Nuncius Walteri Magistri Crucifer[orum] in Liuonia

Querelam dñi Mgri Liuonie, de Officiali dñi Palatini Vilnen, de Druxen, Sacra Mtas Regia, cum antehac ex lris illius Magcie, tum nunc ex vobis Nunctio, abunde intellexit, et molestè tulit, Nol; let em eius Sacra Mtas, vllam vnq eius Magcie, aut alicui vicino, causam dari de se, aut subditis suis querendi, Verum Mtas sua disqui; sita re, comperit, non adeo excessisse, ipsos subditos suos, vti hoies dñi Mgri, quippe, qui primi, magnum damnum intulerunt, in finibus et bonis Mtis sue, vnde demu subditi Mtis sue, ferre iniurias no valentes, parem fortasse vicem retulerunt.

Quare cum Subditi dñi Mgri inicu fecerunt inuadendi bona Mtis sue, et iniurias hominibus illius faciendi, merito plus culpare debet homines suos, q subditos eius Mtis, qui lacessiti iniuria, id demum quod factum est perpetrarunt.

Et vtcumq retulistis, subditis Mtis sue, ab homibus dñi Mgri, nulla esse facta damna, Mtas sua tamen deprehendit facta esse no modica, Et proinde, cum vtring ipsa damna sunt confecta, non putat Mtas sua aliter equius, et conueniencius in hac re fieri posse, q vt per missos vtrig Nunctios, ad loca, in quibus eadem damna sunt facta, remideantur omes.

differecie et damna, eaq; iusto et equo arbitrameto, componatur. Nam idem est in foederibus antiquis Magni Ducatus, et terre Limonicn expressum, vt per tales, in finibus, differecias, pax et societas infringi non debeat, sed omnia per comunes nunctios compon̄.

Videret quidem libenter Mtās sua, vt distingueretur limites inter hoc Dominium suum, et terram dni Mgri, idq; dudum fieri voluit, sed cū, vti dixistis, dns Mgr tam cito mittere nō potest, ad ipsos limites dimecien: dos, Mtās sua consentit, vt id fiat sequenti anno post festum trium Regum, Verum postulat Mtās sua, idq; equum est, vt dns Mgr eas domos et Curias, quas subditi sui edificarunt in solo Mtis sue, demoliri faciat, et probibeat vlterius edificare, vsq; ad mutua determinacoez.

De his aut iniurijs vtriq; illatis, nō videtur cognitio longius differri debere, quia (vt significauit dns Mgr) nō ferendas esse ipsas iniurias subditis suis; ita eciam homines Mtis sue, ferre non poterūt damna sibi illata, vsq; ad id tempus, quo fieret cognitio de limitibus. Itaq; dns Mgr, pro tollendis his dissensionibus, et mutua pace coservanda, inter comunes subditos eius Mtis, et suos, nō absit ab eo, vt mittat illuc ad loca tempore cogruo Nunctios suos, et diem quo illos mittere vellet, designet, vt itidem eius Mtās suos mitteret, Cognitio vero de limitibus fieret postea liberius.

Quod aut queritur dns Mgr, sacrum fluuium, diuerti debere per aliū

alueum, ab Offli dñi Capitanei Samogitien, ex quo fieri poßet postea nõ parũ detrimẽtum terre sue, Eius Mtas edocta est, à dño Capitaneo Samogitien, non dimerti ab eo ipsũ fluuium ab alueo proprio, sed prohiberi, quo se alĩunde nõ flectat, q3 labi est solitus. Verum cõmittere dignabitur ipsi dño Capitaneo, vt si quid tale esset, quod cederet in damnum alĩquod dñi Mgri, aut eius Subditorũ, id facere prohiberet.

Pro Hermano Soghe, scripserat Mtas sua dño Mgro, mota illius querimonia, et id libenter videre volens, vt nemo de dño Mgro iure quereretur, Verum ipse dns Mgr sciet, qualiter se in hac re gerere debeat, Et sperat Mtas sua, illum ita secum facturum, vt iusto et benigno dño cum subdito suo facere conuenit.

Quod etiam queritur dns Mgr de dño Gregorio Palatino Throcensi, tang homines illius intulißent quedam damna subditis illius, dns Palatinus refert se, et homines suos, nihil damni fecis se in terra dñi Mgri, sed prohibere subditos illius vsurpare solum huius Dominij, nasituare se in eo deberent, et Curias aliquas fecis se, quod Mti sue non essent ferendum.

Itaq prohibere velit dns Mgr talia facere subditis suis, et si quid dãna sunt eis illata, ea per cõmunes Nunctios, cum alijs differẽcijs cõponẽtur. Quod fieri dudum dns Palatinus optauit, et iam Nunctij hinc fuerũt designati, vt limites remideretur, sed dns Mgr hactenus id nunq facere curauit,

De iniurijs, quas facere debuerunt homines Mtis Sue ex terra Samogi-
tie subditis dñi Mgri, posuerat em illic homines, non ad inferendum
alicui damnum, sed ad arcendum ab his, qui illud facere vellent, Vtcũq
est, cõmittere dignetur Mtas sua dño Capitaneo Samogitie, vt hanc rem
ita cõstituat et complanet, quo dns Mgr, et subditi sui non habeant de
illo iustam causam querendi.

Simonem Noller, cum hic fuit, Mtas sua audiuit, et causam ipsius diligeter
perpendit, verum q, pro voto suo non est à Mte sua lata sentencia, id
factum est, q, Mtas sua nõ solet, ad voluntatem alicuius, sed iuxta quam
illi iustum videtur, iudicare, Bombardario mandauit Mtas sua id
quod ei deberet exoluere.

Cæterum, queruntur Cives Vilnen, q, dum Conciuis eorũ esset in Riga
peste mortuus, et consanguinei sui hinc pro bonis, et mercibus suis, illuc
venissent, noluerũt Ciues Rigen quicq edere, donec eis soluissent
tricentas marcas Rigen, Preterea, q, prohibent Ciues Rigen, dic-
tos Ciues Vilnen, cum hospitibus mercari, donec ab eis soluantur de-
cem Marce, Idq adhibitis eis custodibus, vt iuxta arbitrium eorum
mercentur. Que res et grauis est subditis Mtis Sue, et antehac fieri
non solita, Itaq postulat sacra Mtas sua, vt efficiat dns Mgr, quo
nõ grauetur subditi Mtis Sue preter solitũ, sed sit facultas Merca-
toribus, vltrò citrò q libere mercari.

751

771
E374

Sigismundus primus Rex Polonie
Valtero Magistro Cruciferorum in Liuonia

Magce dne, amice sincere nobis dilecte, Conueninus ita cum Cōsiliarijs nris, vt fiat productio termini, ad feriam secundam proximam post festum Purificationis beatē Marie, de componendis iniurijs, inter subditos vtrimq nostrum, et damno quod queritur tua Magcia factū esse per Osslem de Druxen, prout optauit, Designauimusq illuc ad fines Nuncium nostrum Magcum Joannem Sapiham Palatinū Lodiacen, in centum equis, sapiha

Quia vero sunt eciam non modice iniurie, in Tenuta Palatini Trocen. postulamus à tua Magcia, vt committat suo Nuncio, quo vna cū nro pariter illuc proficiscatur, et ipsas iniurias componat.

Quod vero ad remidendos fines, inter hoc Dominium nostrū, et terra Magcie tue attinet, no videtur nobis comodum id Aestate fieri, propter multas paludes, Et proinde velit Magcia tua, ad id consentire, vt fiat ipsa remissio, ad festum trium Regum, anni alterius futuri, Ad quem terminum designabimus Consiliarios nros, Et si cum Magcia tua acceptabit, itidem suos deputabit, et nos cerciores faciet. Que valeat feliciter.

Responsum a Sigismundo .1. rege Polo Datum Nuncijs Valteri Magistri Crucif. ferorum in Liuonia

Sacra Mtás Regia, Ad frequentes et grauissimas querelas subditorum suorum ex Magno Ducatu Lithuanié, de varijs insolétibus et nó Christianis iniurijs, quas paterétur ex terra Liuonié, insultibus clandestinis, rapinis, cedibus, incendijs, miserat Mtás sua, ad Magcum et Venblem dnm Mgrum Ordinis Theutonicorum in Liuonia, suum Secretarium Nobilem Stanislaum Skop, ad eas iniurias declarandas, nolens eius Mtás, vt quicq̃ à suis vicissim cõmitteretur, quod á bona vicinitate alienum videretur, cum facile par pari referri pos̃set. Visumq̃ fuit Mti Sue iustum et decens, vt ipse dns Mgr, deputas̃set aliquos Consiliarios et Offlés suos, ad limites et terminos, qui sunt inter Magnum Ducatum Lithuanié, et terram suam, viros aliquos idoneos, qui vna cum Commissarijs Mtis Sue, reuiderent limites ipsos, et omnes iniurias, et vnicuiq̃ iusticiam ministrarent.

Censuit aút ad hoc negocium Mtás sua tempus congruum et oportunú, pro festo trium Regum; q, tunc paludes et alia loca, Aæstate inuia, transiri commodius possunt.

Nunc vero ipse dns Mgr, significat per vos, libenter quidem se visurum, vt Finitores ad eas iniurias, et differencias vtriq̃ componendas, et limites faciendos, mitteretur. Sed tempus illi videri, nimis angus̃tum,

et propinquum, quod Mtas sua designauit, Optans, vt fieret pro festo Assumptionis beate Marie virginis, Et vt ad negocium tranquillius pertagendum, quecq3 pars, non, nisi trecentis equis comitata, veniret, vtq3 in euentu, q3 res amicè et in bona concordia, compoñi, et definiri nõ posset, vnicuiq3 liceret tutò, ad terram suam redire, et interim ne quid vtriq3 3, ad eam vsq definitionem innouaretur,

Mtas sua Regia, licet optet eas differencias q3 celerius definiri, et tempus hoc, quod designaret commodius esse videatur, propterea, q3 hyeme facilius limites reuideri et fieri possint, cum paludes et stagna congelari solent, tamen acquieuisset libenter in eo termino, per dominũ Mgrum Liuonie designato, videlicet ad festum Assumptionis domine nre, Sed quotannis eo tempore solent subditi Mtis sue, ex illo Ducatu Lithuanie, in campo aduersus Thartaros degere, Proindeq3 nõ potest Mtas sua, de ipso termino quicq3 in presens certi respondere, Verum cum primum consilium coeperit, cum Consiliarijs Ducatus illius, declarare non negliget dño Mgro, ad quod tempus et terminum mittere poterit ipsos Finitores et Commissarios, et quanto Comitatu proficisci, et vnde incipere, ac quibus in locis, facere ipsos limites debebunt; Quia non solum iniurie, et differencie sunt circa Bracz; law et Dimeborgk sed eciam in terra Samogithie et alibi,

Mandabit vero eius Mtas subditis suis, vt interim se ab inferendis quibuscunq3 iniurijs aut violencijs, subditis dñi Mgri, contineant,

trasq; ad Capitaneos suos dabit, vt hoc mandatum suum diligenter cu-
stodiant, et exequátur. Ipse eciam dns Mgr idem suis mandare et pro-
videre curet, ne subditi Mtis sue, interim aliquibus iniurijs impe-
tantur,

Quod ad iniurias, et res ablatas attinet, quas optat dns Mgr in pre-
sens subditis suis resartiri, ac restitui, quia eciam subditis Mtis Re-
gie multa sunt ablata, et multe iniurie comisse, necesse est hec
omnia, ad id tempus in suspenso esse, donec ij Commissarij et fi-
nitores conuenient, qui ea omnia vtrinq; iuste discernere et refor-
mare curabunt,

Sigismundus primus Rex Polonie
Stanislao de Cosmelec Palatino
Juniwladislavien / Marienburgensi
Stumensi, Slochowiensi Capitaneo.

Magce etc. Graviter ferimus, q latrocinia, ex terra dni Magistri, persenerant detrimenta subditis nris facere. Speravimus illa post Legationem, quam ipse dns Mgr, non pridem ad nos fecerat, tandē contineri, et coërceri debuisse. Verum quando aliter fit, q nobis promissum sit, nolumus diucius hanc iniuriam ferre, Tamen visum est nobis consultum, adhuc cum per Nuncium nostrum admonere, desi: gnavimusq ad eum Generosum Raphaëlem, Qui cum ab eo redibit, et cognoscemus admonitiones nras non prodesse, curabimus vt ex hac an: gustia, subditos nros liberemus.

Cæterum volumus, vt S. tua pecunias prouentuum nrorum, ex Ar; cibus fidei sue creditis, diligenter et tempestive colligat, et paratas habeat, pariter et Balinski, Nam opus erit nobis cito pecunijs. Quod quando futurum erit, reddemus S. tua certiorem. Datū.

Legatio a Sigismundo rege Polonie missa ad Albertum Marchionem de Brandeburgen. Magistrum leui latronis Cruce signatorum militum in Prussia

Salutatione prémissa dicatur,

Illme Princeps étc, A multo tempore, consueneruńt varie et graues que; rele fieri, coram sacra Mte Regia, à subditis Mtis sue, de plurimis damnis et iniurijs, que ex terra Illt vre illis infercbantur, Et Mtas sua Sacra, multas ad illam lras dedit, quibus eam amicè et benigne com; monefaciebat, vt ab eiusmodi licencia subditos suos, et alios, qui in eius Dominio conseruátur, cohercceret, terramq; suam ita prouideret, quo ab illa tales iniurie et damna, nunq; antebac fieri solita nó comitteretur.

Presertim vero cómonuit Illt vram Mtas sua, et confes sionem Pre; donum, de quibus fuit nuper, in Cziechanow, supplicii sumptum, illi misit. vt continuisset suos à conseruatione talium Malesicorum diffidancium, et inferencium damna subditis Mtis sue.

Demq; cum Illt vra habuit nouissime suos Oratores apud Mtem sua, qui inter alia eciam de ipsis Predonibus illam excusabant, Significauit ei Mtas sua per illos, et speraut omnino id futurum, vt Illt vra, habita tan; dem racione tot amicabilium admonitionum, et indignitate rei, que ex ter; ra sua perpetrabatur, cohercere et continere debuisset ista Malesicia, quod et ipsi Oratores fuerunt polliciti.

Verum Mtás ſua, manifeſte intelligit, et trás ſuas, et ea quæ Illtr. vrē per eos-
dem eius Oratores ſignificant, adeo nihil profeciſſe, vt etiam in contemptu
et deriſum ceſſiſſe videátur, hactenus ém non modo non ceſſaſſe ipsa ma-
leficia, ſed aucta inſuper eſſe, et magis indies inualeſcere Mtás ſua cognouit.
Fiunt ém comminationes, diffidationesq; paſſim, etiam à Gregarijs Mi-
litibus, et viliſſimis quibusq; hominibus, ſubditis illius Mtis, omnis ſta-
tus et conditionis, incenduntur ville, ceduntur, truncátur, et ſpoliantur
homines, Aliaq; id genus varia facinora cómittuntur per Prædones,
ex terra Illtr. vrē graſſantes, quos adeo manifeſtum eſt in illa foueri et
conſeruari, vt id nulla tergiuerſatione, negari et excuſari poſſit.

Quare plurimum miratur Mtás ſua, vnde hæc inſenſio et audacia talium
improborum hominú, eorumq; conſeruatio et impunitas, proceedat, Non po-
teſt Mtás ſua aliud conijcere, q; Illtr. vram, et cuius Ordinem, iſtis mo-
dis prémere et vrgere, velle ſubditos ſuē Mtis, vt illi obtemperare et
ſubeſſe, tributumq; aliquod pro pace ſua pendere cogerétur, prout id in qui-
busdam locis eius Cancellarius eſt manifeſto locutus.

Vnde et poſſet facile Mtás ſua, et iuſtam habere cauſam par pari refer-
re, pariq; licencia data terram Illtr. vrē prémere, et iniurias ſubditorum ſuo-
rum vindicare, Eſt ém Mtás ſua ſufficiens, non à latronum modo graſſa-
tionibus, ſed à longe maiore vi incumbente, ſubditos ſuos defendere, qui
continuis expoſtulationibus id à Mte ſua exigunt.

Verum Mtás ſua pro animi ſui manſuetudine, et coniunctione ſanguinis cu
Illte vra, adhuc illam per me commonere eſt dignata, et cómonet, vt

tam nefaria facinora, que ex terra ipsius fiunt, iam tandem compescat, et iusticiam, subditis Mtis Sue, de comissis ex terra sua damnis, et iniurijs, faciat, que Mtas sua, iam neq; potest, neq; vult amplius perpeti, Idq; illi vre denunctiari mandauit, et denunctiat, q, si iam demceps, vel minimum dispendium ceperit aliquis subditorū Mtis Sue, id sua Mtas non aliunde repetere vult, q; ex illis locis, vnde fuerit illatum, Nam sicut Mtas sua, solet cum omnibus suis Vicinis iuste et benigne agere; subterfugereq; omnem dissidij occasionem, ita hanc suam mansuetudinem, nollet in levitatem, diminucoemq; amplitudinis Sue Regie, et oppressione subditorū suorum redundare.

784
781
B84

Biblioteka Jagiellońska

Sigismundus primus Rex Polonie Luce Epo Varmiensi fabiano

REuerende in Chro pater, Grata est nobis plurimum hec solicitudo et cura Rtis vre, qua ea omnia, que isthic in Russia aguntur, disquirit, et ad nos perscribit, Nos intelligimus qua ratione, vel pretextu, facere velint Cruciferi irruptionem in terram Samogitie, Inter quam et ipsos, ac etiam Liuonienses, satis clare sunt limites diffiniti, nec remur eos id facinoris aggredi ausuros, tamen prospiciemus, ne si vellent, nobis aliquod nocumetum inferre valeant, vel illatum non impune auferant,

Deferunt ad nos multe querele aduersus Gdanen, q vigore mandati nostri illis concessi, excedere nonnihil deberent, Nos ea maxime ratione instituimus Conuentum istum Elbingi proximum, in quo R.vra, vna cu alijs Consiliarijs, operam faciat, vt tumultus isti sedentur, vtq homines noxij puniantur, et innocentes in pace et securitate debita conseruentur,

Cum hoste nro Duce Moschorum adhuc in suspenso sunt, et quieto silencio, res nre, tamen ita nos instituimus, vt nobis dispendium aliquod inferri non possit. Valeat.

Petrus Tomiczki epſs Premiſlien
Regni Polonie vicecancellarius
Luce epo Varmiensi

RX Me in Chro pater, et dne maior honoran, Non videtur veriſimile et Mti Regie et mihi, vt Summus Pontifex, vocare deberet dnum Mgrum Pruſſie, ad Prefecturam Exercituum Romane Eccleſie, Non ignorat em cuis Sctitas, illum, eſſe hominem iuuenem, et rei bellice adhuc imperitum, Multiq sint eciam ex Regibus, qui eandem Prefecturam, preſertim contra Infideles, ambiunt. Vtcumq tamen eſt, res cito declarabit, Sed nos putamus itidem eſſe comentum, vt alia id genus, que in rem ſuam, ab iſtis Cruce ſignatis, finguntur.

Miratur Mtas Regia, qua cauſa vel rone, tam Pruſſie q Liuonie Mgri, deberent, terram Mtis ſue, inuadere, et vtcumq intelligit illos id tam facile no poſſe facere, quin facilius longe illis à ſe rependi poſſit, tamen commiſit in terra Samogitie, cuſtodiam et prouiſionem fieri, ad obſtandum illis, ſi quid inciperent, Vra ecia Rma D. que ibi inter eos degit, perquirat et inueſtiget conatus eorum, et ſi quid intelliget, non negligat Mti Regie ſignificare; quoniam id, valde erit gratum ſue Mti,

Non libenter videt eius Mtas, tantos eſſe iſthic in Pruſſia tumultus excitatos contra Gdanen, nunc preſertim, cum maiore quiete et concordia opus eſſe videtur. Itaq det operam vra Rma D. vnacu

alijs Dñis, in Conuetu futuro, vt et nobilitas quieta sit, et modus aliquis inueniatur, quo noxij homines puniantur, totq latrocinia, quæ isthic creuerunt, extirpentur. Faciet rem vtilem illis terris, et Regiæ Mti, multum gratam.

Feci magnam operam apud Mtem Suam, in re dñi Joannis Sculteti, Archidiaconi Ecclesiæ vræ Rmæ D, Varmien. In qua diu se difficilem præbuit, eò, q ipsas villas concesserit ei, intelligens eum prolem masculinam, non habere, aut non debere habere, tamen ratioe illius seruitiorum, et fidei erga se, et ad diligentem et solicitã petitionem mcã, consensit ad finem, vt transferantur eædem villæ, in eius Nepotem, Achacium Brant, maxime cum ducere debeat, filiã olim dñi Jaroczki, Marschalci sui benemeriti, eo Jure per eum tenendæ et habendæ, quo illas tenuit et possedit, ipse dñs Joannes, ex vi Donationis sibi factæ, Mittamq ego hras consensus per alium Nunctium, nam hûc tam diu tenens ratione harum rerum, vræ Rmæ D. quas cito expedire nequiui, nolui diucius retinere,

In Præpositura Ecclesiæ vræ Rmæ D. ignorat Mtas Regia qd agatur, Staq significet vel cuis Mti, vel mihi, quis sit illius possessor, vt vel nomine filij Sui, vel dñi Conarski ageretur cum illo. Nam nollet Mtas Sua id Juris, quod pro eodem filio Suo est nacta, tam facile relinquere.

Sigismundus primus Rex Polonie
Balinski Promisori Castri
Marienburgensis

GEneroſe fidelis dilecte. Deferuntur ad nos multe querele Nobilitatis terrarum noſtrarum Pruſſie, aduerſus Cives Gedaneſes, q̃ vigore Mandati, illis à nobis conceſſi, capiant, et inſequãtur paſſim Nobiles, quos velint. Committimus tibi, vt in hoc futuro iſthic Conuentu agas, cum dñis Conſiliarijs nris, vt iſte tumultus bonis medijs ſopiatur. Nam vt impunitatem noxiorum hominum, sic innocencium inquietudinem, aut diſcrimen aliquod videre nolle-mus, Agas preterea, vt Contributio nobis decreta ſoluatur pariter ab omnibus, vt Elbingenſibus et alijs, vtq̃ ad id modus eciã bo-mus aliquis reperiatur, vt non eſſet iſta sectio et diuiſio in illis terris, et ſeruaretur ab omnibus decreta Conuictus generalis.

Ceterum agas eciam cum dñis, vt conſulant, quomodo iniurie ipſorũ Elbingen, quas habent à dño Mgro, cohibeantur. et quid nos aliud, preter id, quod ad eum in hac re ſcripſimus, facere deberemus, Que aut ſint he iniurie, dicent ipſi Elbingen.

Sigismundus I Rex Polonie
Fabiano Epo Varmiensi

RVnde in Chro pater, sincere nobis dilecte, Libenter audiuimus se; datam esse dissensionem et tumultum, inter Nobilitatem terre mre Prus sie, et Cives Gdanen, Modumq; decentem repertum, quo et Nobilitas timore non capiatur, et noxij homines puniantur, quem et probamus, et ratum esse volumus, Scribimusq; isthuc ad Capitaneos nros, vt hanc Constitutionem Conuctus, ad executionem deducant, et iuxta decretum illius, Malefactores puniant, et persequantur,

QVod vero in terra dni Mgri fouentur complures grassatores, qui damna in terris nris, patrare soleant, et presertim ij, quos illi, qui sunt in Czechanow puniti, detulerunt, denunctiabimus id ipsi dno Mgro, et hortabimur eum, vt contineat subditos suos, ne ab eis tales Malefici foueatur, et dispendia nris inferatur, Aliqn nos aliter promisuros, quieti subditorum nrorum, et id neq; eq̃uo animo laturos, verum expectare adhuc aliquantisper volumus, donec certiores fiamus, de cede que comissa est, in Mercatores nros Lithuanos in Monteregio, vt vna Legatione instituaus, que congruere videbitur, Valeat feliciter Pvra, Datu Vilne feria quinta proxima post festum sancti Viti,

Petrus Tomiczki epʒ Premisliẽ .R.P. Vicecancell. Fabiano Episcopo Varmiensi

RXme in Chro pater, et dñe maior honorañ, Legi Mti Regiæ, vræ RXmæ Dñis lras, eciam illas, quas ad me scripsit, Fuit valde grata illius Mtas, q; tam opurtunis medijs, composita sit discordia, et seditio, inter Nobilitatem, et Gdanenses. Quodq; reperta est via, de cõmuni consilio et consensu, noxios homines puniendi; Et reliqua res bene et commode determinate, Refertq; ob id acceptum illius Mtas vræ RXmæ D. singulariter, vultq; vt ex lris eius Mtis intelligat, ~~eciam~~ omnia rata habere, et à Capitaneis exequi, Quod vt fiat, vra RXma D. vna cum alijs dñis admitatur.

Scripsi illi prius Nuncium Cæsaris, nihil, quod ad pacem inclinaret, attulisse, Quare Mtas Regia, bello se accinget, vt tam ab hoste, q; eciam vtroq; Ordine, si quid moliuntur, se et suos tucatur, Et vt hactenus fecit, sic deinceps Mtas sua, iuuante dño Deo, et iustitia sua, contundat, et coherceat, improbos et temerarios conatus hostium suorum.

De Szombek et Sleinitz, qui hostile aliquid inceptare deberent in Polonia maiore, nihil hic intellexímus, et nõ dubito, q; si quid esset, nõ negliget dñs Capitaneus Posnañ Mtem Regiam facere certiorem. Vtcunq; est, ipse dñs Capitaneus prouidebit, ne quod detrimẽtũ faciat,

vel non impune faciant. De alijs eciam Latrombus Mtás Regia cõ-
stituit Legationem facere, vel lras scribere, vel ad dmn Mgrum, quo
vel illum à licencia ista retrahat, vel declaret ei, se ignominias et dã-
na, ex terra sua, amplius non equo animo laturum.

Libenter video, q Petrus Barin Procõsul Elbingen, redijt in graciam
cum vra Rma D. et vlterius eam pro villis, quas ab illa redimere vole-
bat, non infestabit, verum Mtás Regia, non vult consentire, vt idem
Petrus Barin, redimat Rinoldum Felser de villa Rosemberg, habes rõm
meritorum eius in se, et Sermum olim Parentem suum, dnum Ca-
simirum Regem. Non libenter em admittit Mtás sua, vt Nobiles
redimatur, de bonis Mtis sue, per Ciues. Ipsi em Nobiles, et prius
sanguine suo meruerunt, vt participent de ipsis bonis, et semper sunt,
vt mereantur. Quare et in redemptionem ville Tropen, de manibus
dne Dorothee, relicte olim Joannis Rabe, egre consensit Mtás sua.
et nisi accessisset respectus vre Rme D. et mea diligens, ac
sedula opera, eqñdem nunq̃ consensisset.

Quod postulat vra Rma D. vt agerem apud Mtem Regiam,
quo Joannes Butenwhol, Proconsul Elbingensis, relinqueretur in cõ-
ductione lacus Drauzen, ita vt illi est locutus, Mtás sua est eius
propositi, vt conuerteret eundem lacum, ad vsum Castri Mariebur-
gensis. Siquidem solent illic plerumq̃ pisces presenti et multa pec-
cunia emi, et sunt, qui eum pluris conducere velint, q̃ ypse Jo-
annes Buthenwhol, Vtcumq̃ est, si voluerit Mtás sua illũ cupia

locare, dabo operam, vt illi relinquatur eo precio, quod alij offerrent.

Pro caseis optimis plurimas ago gracias vre Rcme D. qui tanto mihi graciores sunt, quanto in regione hac, non casei modo bom, sed ne voluptarium quidem quicq inuenitur. Valeat feliciter vestra Rcma D, et me benevolencia et fauore solito prosequatur. Datum Vilne xix Junij. Anno Domini.

Sigismundus primus Rex Polonie Stanislao de Coscielec palatino Juniwladislavien: Stumen Slochovien: ac Marienburgen Capit°

Magce sincere nobis dilecte, Molesta est nobis hec protervitas Elbingensium, q, ea, que tota illa terra nra Prussie ad contribuendu statuit; ipsi exequi et parere nolint, quandoquidem nos in eorum difficultatibus, quas et in Judicio Camere Imperialis, et alibi plerumq; patiuntur, pro eis curam agimus, et impensas non modicas facimus. Ad presens tamen nihil cum eis inceptari volumus, verum postea sedatis istis motibus, sciemus qualiter nos aduersus illos gerere debebimus,

Perferuntur ad nos varij rumores de apparatu Mgri ad bellum nobiscum ineundum, et qualiter multi Predones aduersus subditos nros, ab eo fouentur, Nos quidem inicium belli facere nolumus, sed si ille incipiet, nollemus vlterius, tot ipsius commissa in nos, ferre, Itaq; S. tua, diligenter attendat, sitq; parata cum alijs Officialibus, et subditis nris, vt si quid ab illo hostile emergeret, possint ad omnem necessitatem presto esse, et curet eciam S. tua. omnia que in Ordine agntur, q; diligentissime vestigare, et nos cerciores reddere.

Ceterum lras, quas cum pntibus mittimus, ad Mgrum gnalem, et Prelatinos ac Capitaneos trarum nrarum Prussie, tua S. fferri q; primum faciat. Datum.

Sigismundus I. Rex Polonie
Balinski Dispensatori
Marienburgensi

Generose fidelis dilecte, Ratum habemus id, quod in Conuentu Elbingensi egisti nomine nostro, in negocio Rndi dñi Epi Wladislauiensi, et cuius Ecclesie, Nollemus ẽm vt illa à subditis nostris incommodum vel molestiam aliquam paciatur.

Molendina Marieburgensia, que scribis destructa esse, volumus ex his pecunijs, quas pro reparatione Arcis designauimus, restaurari. Prouidcatis igitur, ne quod in eisdem Molendinis detrimentum capiamus.

De contumacia Elbingensium et Marieburgen, nihil ad presens agi volumus, prout Magco Palatino Juniwladislauien scripsimus. Vilne

Resſponſum a rege Sigiſmundo datum Magiſtro Amando notario Elbingen.

GRata eſt Mtás Regia, de diligencia Ciuium Elbingen, q̃ egerit apud Communitatem Ciuitatis ſue, vt Contributio in Conuentu Marienburgen, illi decreta, ederetur. hancq̃ illorum erga ſe fidem magnopere cõmendat, Sed miratur cuis Mtas, quid cauſe ſit, q̃ ipſa Communitas Elbingen, in media pace degens, nullumq̃ impedimẽtum in rebus et negocijs ſuis habens, singulari erga ſe respectu Mtis Regie et cura nolit ſtare, et contrauenire ambit decreto Conuẽtus generalis, maxime eius, quod ad publicam spectat vtilitatem, ſtaq̃ comiſit Mtás ſua dnis Conſiliarijs, in Conuentu moderno Elbingen, vt de hac re conſulant, vultq̃ vt Conſules Elbingen, proponant coram eis cauſas, quare Cõmunitas ipſorum à decreto communi diſſensit, Nam nollet omnino Mtás ſua, talem diſſenſionem et temeritatem aliquorũ subditorum ſuorum, neglectam relinquere.

QVod attinet ad iniurias et difficultates Ciuitatis Elbingen, tam racione Vrbani Troster supplitio affecti, q̃ quod dns Mgr generalis Pruſſie exigat ab eis terciam partem rerũ naufragio eiectarũ, et phibet inferri frumẽta, et Commeatum in terras Mtis ſue, Mtás ſua dignata eſt, ad eundem dnm Mgrum gnalem dare lras, in hac re, et inſuper tractare de illa cõmiſit in eodem Conuentu dnis Conſiliarijs, Et ſi quid videretur adhuc magis faciẽdũ à Mte ſua, pro subditis ſuis id ſe libẽter factura offert.

Sigismundus I. Rex Polonie Joanni Boncro Burgrabio & Zupparo Cracouiensi.

Generose fidelis dilecte, Pomarancia, Confectiones, hatlasiũ, et alias res, quas nobis per Cubicularium nostrum Kuniczki misisti, omnes saluas et grato animo accepimus.

Remittimus in eodem curru ad te Thartaros, quos adiunges laboribus nris in Arce Cracouien, et cures vt q diligencius edificentur Coquine, quas fieri fecimus, vt quando iuuante Deo isthuc veniemus sint parate, et habeamus vbi nobis cibi coquantur,

De panno Sthameth nigro, volumus vt distribuas inter virgines filiarum nrarum, quantum opus erit et tibi videbitur,

Mittimus ad Gromaczki Quittanciam, vt dimittat libere ducentos boues Illri dño Georgio Duci Saxonie, et lras ad illius Illtem, Quas tu illi per eius Nunctium, vel vt tibi visum fuerit perferri facies,

Mittimus eciam lras ad Leopolien, vt ita cum Jacob ~~Armeno~~ Arone faciant, quemadmodum nobis scripsisti. Datum Vilne,

Sigismundus I. Rex Polonie, Alberto Marchioni Brandeburgen Magistro Cruciferorū in Prussia

Illtris Princeps, et dne Nepos noster charme, Fecerunt nos certiores Subditi nostri terre Prussie, foueri nonnullos Predones in Ditione Illtis vestre, qui illis diffidant, Eciam plecti sunt quidam Malefici in Opido Czechanow, qui complures inculparunt, confessiq3 sunt esse et degere in terra Illt vre, qui plurima damna subditis nris intulerunt, prout ex confessione eorum, quam Illti vre cum presentibus mittimus, clarius intelliget. Nos valde miramur, talia fieri contra Subditos nros ex terra Illt vre, quādoquidem prohibemus, idq3 magna difficultate, vt nostri nihil eiusmodi hostilitatis agant, aduersum subditos illius Cum itaq3 res indigna sit, malos homines fouere, postulamus ab Illte vestra, vt prouideat in terra sua, ne inde subditis nris aliquod dispendium accidat, nam id deinceps nullo modo ferre possemus.

Georgio Duci Saxonie

Illtris Princeps et dne affinis noster charme, Commissimus Exactoribꝰ nris, vt quod à nobis Illt vra postulauit, permitterent libere de Regno nro expelli ducentos bones, pro Coquina illius, fecimusq3 id no gratiate, vt qui libenter illi in ommibus gratificari volumus. Foeliciter valeat Illtas vra, et nos diligat.

Petrus Tomicki Eps Premisliens Vicecancell's

Fabiano Episcopo Varmiensi

RXme in Chro pater, et dne maior honoran, Per Nunctium vestre P. scripsimus illi causam, propter quam Mtas Regia, non constitu; erat Conuentum isthic in terris Prus sie ante festum Natalis domi. vt illa suasit, Cum aut iam statutus sit Cometus generalis Regni, tum demum et isthic Mtas sua Conuentum indixit pro festo sancte Prisce proximo in Mariemburga, vbi vra P consulere velit de his, que hoc tempore incumbunt. et presertim de cohertione Predonum, a quibus cum multi alij, tum vra P. magnum iam accepit detrimetu.

De profectione vero Mtis Regie ad Conuentum Regni, non pos Ju; mus vram P, cerciorem facere, Adhuc em res in ancipiti est, inuale; scentibus quibusdam nouitatibus, de apparatu hostili aduersus hoc Do; minium, et instantibus his dnis, omni conatu, quo Mtas sua non dis; cedat, Tamen habet Mtas sua propositum et desyderium eundi, si quo pacto poterit, absq discrimine horum subditorum suorū, discedere. De qua re, quicquid Mtas sua statuerit, vre P. significare curabimus. Cui nos commendamus, et valere illam foeliciſsime desyderamus.

Sigismundus .I. Rex Polonie

Palatino Sandomiriensi

Magce sincere nobis dilecte, Cum primum nos, Generosus Stanislaus Lanczkorunski Capitaneus Camenecen, certiores fecit de Strage Thartarorum, egimus mox gracias dno Deo imprimis, et demum per literas Generosis Thworowski et Secigniewski, quorum ductu est hec victoria parta, aljsq; ommibus, qui cum illis erant, gracia nra rependere curabimus.

De renunctiando aut seruitio septingentis Equitibus, non fuit mandatu nostrum expressum, sed factum est, vt remur, id à Magco Nicolao Thesaurario, respectu summe pecuniarum, quam habet in Thesauro, tamen scripsimus illi, vt Stipendium illorum demeritum illis exolueret, et equos confectos ab eis reciperet, Jstis vero reliquis Equitibus qui illic seruiunt, mandamus seruicium ad aliud Quartale futurum indicere, Vilne.

Sigismundus primus Rex Polonie Alexio Turzoni Epo Vratislauien

RVnde in Chro Later, nobis sincere dilecte, Retulit nobis Joānes Boner, quē illi scripsit vra L. de his, quē Illtris dns Casimirus Marchio Brandēburgensis, sit cum illo de fratre suo dno Mgro Prus sic locutus, Nos valde miramur, q ipse dns Mgr, ea spargat et queratur de nobis et subditis nris, quē non modo non sint, sed ne cogitata qdē vnq fuerunt. Nos gracia Dei sumus satis sufficientes cum illo id, quod opus fuerit, apertē agere, et illum absq cuniculis aliquibus cohercere, Sed ille hec atq alia, quē ipse facit et molitur aduersū nos, nobis et subditis nris impingit, Concitans in nos superos et inferos. Quibus rebus, quantum Statui et Ordini suo consulat, ipse viderit, Nos hoc vrē L.tis officium, quo de his, et alijs rebus nobis significare curauit, optimi consulimus, et habemus illi non vulgares gracias, Vtq et deinceps, ita se erga nos, et res nras propense gerat, vt facit, et nos de illa confidimus, valde ab ea optamus, Volumus illi hac beniuolenciam, et obseruanciam erga nos, omni gracia et fauore nro Regio semper referre. Quē bene valeat.

Petrus Tomiczki Epus Premisien
Regni Polonie Vicecancellarius
Fabiano Epo Varmiensi

RXme in Christo pater, et dñe amice, et maior honorande, Conuctu Grandetén instituerat Mtás Regia, potissimum querelis dñi Mgri inducta, Eumq illi, tempori per lras, et Nunctium suum denuctiauerat. vt ad eum suos Nunctios et Consiliarios mississet, Qui cum per eundem Nunctium Mtis sue rescripserat, postulans vti longius differretur, et noluit per suum Nunctium eas lras mittere, sed per eu, qui Consiliarios Mtis sue circuiturus erat, ipsum Conuentum declarando: factum est, vt et illius lre, non nisi post Conuentum iam actum, ad Mtem suam peruenerint, et dus Mgr, illum productum iri simulas, suos Nunctios ad eum non miserit.

Doleo vehementer, q, vra RXma D. et eius Ecclesia, sit in his erumnis cõstituta, neq dum cessarint hec incomoda et aduersitates, que ab hoste illi inferri consueuerunt, qui cum isthinc excessit, spero omnia tranquilliora futura, Mtás Regia id, in quo negocium pendet, celerius vt fieri poterit, confectum iri curabit, Neq RXmam D. vram vllo modo deseret, Sed vt communis res est, ita coniunctim agentur omnia, Et proinde perferre velit pocius aliquantum, et cum honestiorem omnium harum rerum finem et determinationem expectare, q se predam rabulis et Harpÿs Romanis obÿcere, aut alia indicia querere, vnde nesciret quomodo, aut quando se explicaret, Et fortas se omnem actione redderet

difficiliorem. Itaq; consulcius est, vti Mtas Regia censet, finem eius, in quo res heret, expectare.

De vectigalibus nouis per Mgrum institutis, iam alias Mtas sua intellexit, et videt ea in detrimentum suorum subditorum cedere; Licet Regentes id sedulo negent, et excusare nituntur. Prout ex vnius lris, quarum exemplum cum presentibus mitto, vra L. plene cognoscet. Quare Mtas sua, vult subditis suis ex omnibus Dominijs, iter ad illius terra claudere, ne quicq; illuc inuehatur, Et tum demum cognoscet ille, qd sibi officere possit Mtas sua, Quamq; facile eciam, citra armorum strepitum possit ab illa debellari.

Egi cum Mte sua de Prepositura Plocen, ita vt mihi vra Rma D. scripsit, verum quia nondum datus est Cancellariatus dno Epo Vilnen, et ipse alioquin Iuuenis est indignus, et multo ere alieno inuolutus, difficulter hac Prepositura priuari deberet, eciam si Cancellariatus illi cederet, Atq; ita oportebit in ea re, vram L, ad presens pacicia habere. Verum ex Contributionibus, que forte in Comicio Maric; burgen futuro decernetur, curabo vt illi Mtas sua nonnihil impariciatur, quo dispendia sua quoquomodo sarciri, et suum statum sustinere possit interim, donec Tragedia hec finiatur. Commendo me omi studio vre Rme D. Quam optime valere desydero. Datum

Prepositura Plocen Eps Varmien ambiebat

801
394

Petr. Tomicius Eps Premisl. Vicecancells
Fabiano Epo Varmien.

RXme in Chro pater, et dne maior honorand. Bene fit, q; eciam dnus Mgr impetitur hisdem rationibus per alios, vt ipse instruit aduersus RXmam D. vram, et alios subditos Mtis Regie. Quod vbi constater fiet, et par pari referetur, malet ipse postea se continere in pace, et Cra: brones non irritare. Scripsit his diebus Mti sue, querens sibi rete; ta esse multifaria Instrumeta ferrea, vt secures, palos, ligones, et alia id genus, apud Castrum Nieschewa Mtas sua, Vtcumq; ille eciam solet retentare res subditorum Mtis sue in terra sua, fecit illa dimitti, reservans ad aliud tempus hunc ludum, quem ipse appetit, quo vbi res cum Duce Moschouie absoluetur, facile saciabitur, forte eci: am ad nauseam.

De Castro Gnien, quid comiserit fieri Mtas Regia, intelliget RXma D. vra ex eius Mtis lris, Quod vbi factum fuerit, agam libenter pro dno Palatino Marieburgen, et pariter pro Burgrabiatu dno Goreczki, De quo vult adhuc Mtas sua deliberare.

Sigismundus Rex Polonie Stanislao de Coscielec Palatino Sumwsadien Marienburgen. Stumen Slochowien capie.

Magce et Generose, sincere et fidelis dilecti, Libenter volumus mutare Capitaneum in Arce Gnieuen, cum istum minus vtilem esse censetis, Verum opus est, vt adhuc denuo proúctus omnes ipsius Arcis conscribantur, Et proinde cómittimus tibi Balinski, vt tu illos diligenter conscribas, et nos de illis cerciores facias, vt sciamus gnaliter, et in quo alium Capitaneum constituere debeamus. Faciatis impensam diligenciam, vt suscipiatis quadraginta Equites ad comprimenda grassatorú maleficia, et alias res exequamini, de quibus nobis prius scripsimus, De Burgrabiatu postea vobis voluntatem nostram significabimus. Datum.

Sigismundus Rex Polonie Fabiano Epo Varmiensi

RXnde in Chro pater sincere nobis dilecte, Gratam nobis admodu/ rem facit L. vra, q ea que intelligit moueri in animis vtriusq dni Mgri, et Ordinis eorum, nobis diligenter declarat. Miramur si illi, nulla à nobis prouocati iniuria, bellum aduersum nos ordirentur. Quod tamen si fatercnt, daremus operam, vt et inultum no ferrent, et recordarentur in posterum, quantum dispendium sit, bellum teme/re et iniuste aggredi. Postulamusq à vra L, vt et in posteru gcgd vnq ab eis noui intelligere potest, nobis q primum significet.

Quod vero attinet ad constitutionem Capitaneorum in Arce nra Ma/rieburgen, nondum deliberamus quo sumus facturi, Nam hec res, no parui nobis videtur momeți, Cogitabimus igitur vt ita faciamus, prout comodius et vtilius erit loco illi, et Reipublice. Inter quam cogitacoez, habebimus non postremam rationem, comendationis vre L. quam pro fratre suo Mco Stanislao Koscieleczki, Palatino Juniwladislauien fecit. Et valeat feliciter L. vra, Datum.

Petrus Tomicius Eps Premisl. Vicecancells Fabiano Epo Varmiensi.

RMe in Chro pater, et dne maior honoran. Legi lras vre RMe D. Mti Regie, que libenter audiuit foelices successus Cesaree Mtis, et ea que cogunt nros bonos Cruciferos, quicciora cogitare, Optatq eius Mtas, vt eidem Mti Cesaree, vsq ad extremum, q fausti$$ime succedat, quo tandem id consequi posset, quod sui esse deberet, et bellis istis, quibus semper distinetur, aliquando finis imponatur.

Egi diligenter apud eius Mtem, vt soli dno Palatino Iuniwladislauien relinqueretur officium Capitaneatus Maricburgen, verum eius Mtas, quia de consilio omnium dnorum hanc ordinationem fecerat, de duobus nollet id tam facile immutare., tamen adhuc Mtas sua nihil fecit, nec factum est ita celeriter, Et ego interim non desistam suadere eius Mti, vt fiat ita, prout vra RMa D. et dns Palatinus postulat.

Non libenter audiuit Mtas sua has cedes, et hostilitates, que isthic excitate sunt, aduersum Gedanen, no possunt em non fieri pernicios. Proinde operam faciat vra RMa D. vnacum aljs dnis Consiliarijs, vt in bono fine res constituatur, et frenetur ista facinora indigna, cum securitate bonorum nobilium et Ciuium.

Apud nos nihil adhuc noui habem, quieta sunt omnia, Quamprimu aliqd innouabitur, redda vram RMam D. certiorem, Cui me plurimu comendo. et valere illam foeliciss$ime desydero. Vilne

Sigismundus I. Rex Polonie Fabiano Epō Varmiensi

RXnde in Chro pr, sincere nobis dilecte, Non libenter videns inquietudiez, quam habet L. vra ex terra dni Mgri, Commisimusq Magco Palatio Junivladislavien, vt ad rationem Contributionu, terre nre Prussie, suscipiat quadraginta Equites, et illos de mutuo consilio cum vra L, loco et illic, vbi comodius grassationes Maleficoru arceri et reprimi possit. Comisimus ecia, et dedimus Instructionem eidem Palatino id quod ad Predonem, quem captum L. vra habet, attinet, Alia ex hoc famato Hebreo Ferber cognoscet, et bene valeat.

Tomicius Epus. Vicecancells Fabiano Epō Varmiensi.

RXme in Chro pater, et dne maior honoran, Egritudine vsq huc detenti no potuius hoc toto tempore vre L, scribere, veru iam gracia Dei sani facti, non pretermittimus id, quod officium beniuolencie nre mutue, et mee obseruancie exposcit.

De rebus L. vre, qd Mtas Regia fieri iusserit, cognoscet ex lris sue Mtis, Orator Cesaree Mtis, misit huc ex Moschouia Nepotem suum, petens nomine dni sui Mtem Regiam, et persuadens impense, vt mittat illuc Nuncios suos ad pacem tractandam, significans illum Ducem, velle hones tas condicões suscipe, Mtas sua no habet huc animu faciedi, Tame cum dni Coeuenict; nescius qd statuet, Quicqd erit scribens posthac vre L. Que feliciter valeat, et nos diligat.

Sigismundus Rex Polonie

Fabiano Varmien epo
Joanni Culmensi epo
Georgio de Baysen Marienburgen
Joanni de Lusian Culmensi — Palatinis.
Nicolao SSpott Pomezanie

Magce sincere nobis dilecte. Molesto et indigno ferius animo, q nonulle Ciuitates isthic in terra nra Prussie non ederint cotribucões publice decretas, seq tam contumaciter erga nos, et Reipublice necessitatem gerant. Qua propter volumus et hortamur S. tuam, vt simul cu aliis Consiliarijs isthic ad locum comodu conueniat, et cosulat in commune, qd videretur nobis esse, cotra tales cotumaces agendu, et demum id, quod simul cu aliis censuerit, nobis declaret. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Fabiano epo Varmiensi

Rnde in Chro pr. Multa aduersa dns Mgr, erga nos et subditos nros exercet, que, aliis nunc difficultatibus impliciti, dissimulare ad tempus vellemus. Interim aut ad arcedos, et propulsandos Predonum incursus et latrocinia, fecimus locari presidia illic, vbi magis necessaria videretur. Et edocuimus Magcum Stanislaum de Koscielecz ~~Capitaneu~~ Palatinu Juniwladislauiensem, et Capitaneu Mariéburgen, qualiter se gerere deberet, ad par pari referendum. Prout iam P. vra ex Hebreando Ferber, lacius intellexit. Et proinde vtetur his presidijs, ad bonorum suorum, et Eccle, tuitionem. Si vero ea obstare non possent, capiens aliud cosilium oportunu, et nullo modo subditos nros premi patiemur.

Inhibicio negociandi Polonis cum subditis Cruciferorum in Prussia

SIgismúdus étc Vniuersis et singulis étc. Cum nuper in Conuétu Regni nostri Cracouie habito, relatum es set ad nos, et consilium nostrum, qualiter in terra Mgri Prussie, inhibitio facta sit, ne ex illa aliqué res, et mercimonia, ad terras nras, ducerétur: Compertum eciam haberéus, subditos nros in Mgri ipsius terra solere, negociantes, vel res alienas ducentes, multifariam premi, spoliari, et violari, volentesq; cómoditati et quieti ipsorum subditorum nrorum, in posterum promidere et cósulere, de vnanimi omnium Consiliariorum nostrorum consilio et assensu, statuius, vt vicis sim nulla mercimonia, aut res, ad terram dicti Mgri ex terris nostris educantur, aut importentur, Ac vt eadem cóstitutio nra, effectú sum accipiat, vobis omnibus et singulis supradictis, cuiuscúq; ordinis et condicois existentibus, sub poena capitis, et amissione omnium bonorum, districte mandaus, vt à festo sancti Laurencij proxime futuro, nemo ad terram Mgri Prussie, res, vel merces aliquas tam grandes q; exiguas, cuiuscúq; qualitatis fuerint, ducere, vel inferre, aut qcq; negociationis, nó solum in terra illius, sed eciam in nra, nec illius subditi è terris nris aliqd educere possint, exercere deinceps audeat, Vobis vero Locorum Capitaneis, ac Procósulibus, et Cósulibus Ciuitatum et Opidorum, seuere precipimus, vt hanc mram Constitutionem, ac edictum, vbiq; in omnibus locis

publicis, ad que homines frequeter conuenire solent, denuctiari et proclama-
ri faciatis, ne aliquis ignorantiam pretendens, aliquid contra eam ipsam Co-
stitutionem nram committat. Vos vero Capitanei, vt curam et diligé-
ciam, in custodiendo et perueſtigando, ne quis eandem Inhibitionem nos-
tram transgrediatur, omnem adhibeatis; Et quoscumq; offenderitis, vel
deprehenderitis, in minima quaq; re, contra hanc Inhibitionem nostra
excessisse, capiatis, et vsq; ad Instructionem et documentum nostru
detineatis, sub poenis contra Capitaneos et Officiales negligentes, du-
dum constitutis, pogratia nra aliter non facturi,

Sigismundus Primus Rex Polonie, Stanislao et Janussio Ducib. Masovie,

Illres, etc Volentes decretum Conuentus Crac preteriti, de no inferendis vllis rebus vel mercibus, in terram Mgri Prussie; quando quidem ille prius suis id interdixit, execui, mittimus Inhibitionis nre lras vniuersales, ad omnes Capitaneos et Offles Regni nri, quo ipsa Inhibitio nra omnibus publicetur, Postulamus eciam à vris Illbus, vt pari modo, et iuxta formam lrarum nostrarum vniuersalium, quas eciam illis mittimus, Inhibitionem faciant in toto Ducatu suo, ne aliquis, res vel merces vllas, ad terram dicti Mgri deferre, aut quicquid comercij, cum subditis eius habere presumat, Rem dignam conseruationi sue erga nos, et nobis plurimum gratam facture. Bene valete.

Ad Capitaneos regios addita clausula

Ad tuam fidelitatem, et mandamus illi, quo eandem Inhibitionem nram, iuxta tenorem lrarum publicari, in omnibus locis insignioribus, et eazdem lras ad Ciuitates, et omnia Opida Capitaneatus tui, deferri faciat, et singula, vti in lris continetur, execui omni studio, et diligencia curet, pro gracia nra.

Ad Ciues.

Et mandamus vobis, quo ipsas lras, et Inhibitionem nram, omnibus Conciuibus vris, publicari faciatis, Et ne aliqs illa ignoret, neue trasgrediatur, opam omne adhibeatis. Pro gracia nra aliter no facturi.

Sigismundus primus Rex Polonie Comissariis suis in Prussiam ad cognoscendas iniurias missis.

RVnde in Chro pater, Magciq; et Nobiles, sincere nobis, et fideles nri dilecti, Consules Ciuitatis nre Elbingen, miserunt ad nos, ⁊ttris domini Mgri lras, ad se missas, minaces, et contumelioſas, et ob eam causam scriptas; q; dum superiori tempore, quendam, vt ferut Maleficum hominem, à se captum, ad Arcem Mariēburgen, iussis Capitaneoru nroru obtēperantes missis sent, Ibiq; ad questiones datus, multa Maleficia cōfessus, vltimo supplitio affectus est. Nobis quidem talis processus, qualem dns Mgr, in ad sequenda iusticia seruauit, merito placere no potest, quia tamen preterita, magis reprehendi possunt q; corrigi, nos post admirationem de tanta arrogancia, quid aliud faciendum censeremus, non satis perspectum habuimus, q; vt vobis eiusce cause cognitionem demandaremus, Cōmittimusq; vobis, vt ad certum diem, et locum cōuenientes, accersitisq; partibus (scribimus em ad dnm Mgrum, vt cu à vobis admonitus fuerit, mittat quem velit, ad causam exponendam) examinetis, totum eius rei processum, et effectum. Causas eciam cognoscatis, ex quibus resista processit, et perfecta est, Siq; cum iniuria, supplicio affectum hominem, subditum dni Mgri cognoueritis, date operam, vt iusta satisfactio, dno Mgro, vel eius subdito, per vos decernatur, et fiat, ne posthac cōtra nros subditos, tales minas edendi, iustam habere possit occasionem. Crac xx die Septembris.

Sigismundus Rex Polonie Marchiam Brandeburgensi

Illtris Princeps. Affinis nr charme, Consules Ciuitatis nre Gdanen. subditi nri fideles, per lras, apud nos questi sunt, quendam adolescete Conciuis sui Joannis Bonbalth filium, à Tredonibus, Simonis Mather; ne socijs, in terris Regni nri, captum esse, et in quadam Arce Dreisen, que est in ditione vre Illt. D, vinctum teneri, et secrete seruari. Nos quidem pro comperto habemus, clam vra D. id fieri, que probe cognoscit, nec satis honestum esse, si fieret, nec nre vicinie, que in propinqua amicicia est, consentaneum esse. Quocirca rogamus, velit mutue nre amicicie causa, eius rei perquirende et cognoscede, alicui suorum, demandare prouinciam, subcatq demum hunc ipsum captiuum hominem, nostrum subditum, liberum dimittere, amicis tandem restituendum, Quod nobis erit magnopere gratum, parig gracia, posthac occasione oblata, vre D. per nos referendum. Quam cupimus bene valere. Datum.

S. i. Rex. P.

Boguslao Duci Pomeraniæ. Stetinæ Cassubarum. Slauorum etc

Illtris Lnceps, et dne Affinis nr charme, Fecerunt nos cerciores Capitanei et Officiales nri in Lruſsia, q. soleant fieri multæ et frequentes excurſiones in finibus Lruſsiæ, ex terris Illt vræ, et damna subditis nris non pauca inferri, prout Molendinatori cuidam nuper accidit, Cuius domum cum Lrædones illinc ex Ducatu Illt vræ inuasissent, et ille coacto subsidio eos repulisset, et persequutus es Je vsq ad Arcem Bevtbaw, confugerunt illò; tanq ad eum locum, vbi sciebant se tutos et familiares esse, Lroinde postulamus à vestra Illte, vt prohibeat tales, ex Dominio suo Incurſiões et damna, in terras nras deinceps fieri, et istos Latrunculos, ac eorum fautores, ac conseruatores, debita animaduersione puniri faciat: pro necessitudine nra mutua, et communium subditorum nostrorum quiete, Nã id nec liceret nobis, nec omnino possemus æquo animo tollerare, Valeat feliciter Illt vra, et nos amet. Datum in Grodno.

713

400

S. Rex P.

Eidem Boguslao Duci Pomeraniæ.

Illtris Pnceps, et dne Affinis nr charme, Deputauerant Commissarios nros, pro festo sancti Georgij, prout cum vra Illte Nunctius noster Andreas Zakrzewski conuenerat, qui vna cum Consiliarijs Illt vre, deberent causam inter illam, et Ciues nros Gdanen, ac alias, que esset inter comunes subditos, tam nros, q vre Illt, cognoscere, et dessimire, Sed postq illa optat hunc terminum fieri post festum sancti Joannis proxime venturum, postulamus ab Illt vra, vt interim velit per concordiam aliquam componere, cum ijsdem Ciuibus Gdanensibus, vt de hac causa, non opus esset Comissarijs agere, nam id nobis esset multum grauum, Tamen si id fieri non poterit, quandocumq nos certiores faciet, de mittendis ipsis Commissarijs, nos illos mittemus.

Cæterum, significauerut nobis dicti Ciues Gdanen. q non pridem quenda Incendiarium, qui damnum illis non parvum fecit, comprehenderunt, et supplitio merito affecerunt, qui confessus est se coductum fuisse ad id, per nonnullos subditos Illt vre, Quare rogans illam, vt quemadmodu consuevit se, erga nos et subditos nros, semper æquam et beniuolam gerere, ita coherceat subditos suos, ne talibus indignis modis, posthac cu nris agant, Cum quibus, si quicq alicui debebunt, nos iusticiam, omni, illam petenti, faciemus. Valeat foeliciter Illt vra, et nos diligat. Dat.

.S.I.REX.P.

Alberto Marchioni Brandeburgen Magistro Cruce signatorū Latronum in Prussia

Illtris Princeps, et dñe Nepos nos ter charme, Significarunt nobis Cives nri Gdanen, esse Bernardo Fechler, Concini eorum, nonul; lam causam, cum quodam subdito Illtis vestre Joachimo Balhag, Quam ipse Joachim, vellet temere et proterue agere, Postulaus ab Illte vestra, vt eum cohibere velit, ne quid preter viam Juris, et iu; sticie faciat, Nam si Gdanenses illi iusticiam non facient, nos face; re sumus sufficientes,

Ceterum, quia est quedam differencia in Insula nra Neringa, inter sub; ditos Illt vre, et eosdem Cives Gdanenses, racione limitum, facere velit Illt vestra, vt illa bonis medijs componatur, Ad quod nos parati su; mus commissarios nros mittere, quandocumq; Illt vra volet, Que valeat foeliciter, Datum.

S. Rex. A. 1. 2.

Eidem Alberto Magistro

Illris etc Significarũt nobis Commissarij nr̃i, quos designauerãus ad diffiniendum differenciam, inter Ciues nr̃os Elbingẽ, et vxorem, ac propinquos Vrbani Noster, subditi Ill̃t vr̃e, quem Capitanei nr̃i Tri Mariẽburgẽ, ob eius facinora, digno supplitio affecerant, quòd ijdem propinqui, stare noluissent sentencie ipsorum, nec causam coram eis proponere, Quòdq; Nunctius Ill̃t vr̃e, illic cõparens, nõ seruata dignitate illius loci, conuicijs et maledictis incesserit ipsos Ciues nostros Elbingẽ, et directe solutionem petens pro capite, addiderit nonnullas cõminationes, nisi illam facerent, Quẽ res est nobis non parum ingrata, quandoquidem nos non aliud volumus, nisi vt iusticia ad vtraq; partem fieret, Itaq; postulãus ab Ill̃t vr̃a, cohercere velit eos subditos suos, ne aliis modis, q; iure, causas suas agant, Nam hoc cõueniẽs est, vt res nõ pro libito cuiusq;, sed via Juris agatur.

Intellexim̃s eciã, q, Ill̃t vr̃a phibuerit, frumẽtum deferri ad terras nr̃as Prus Sic, quòdq; habere velit terciam partem rerum, naufragio eiectarum, Quod cum sit preter antiquã cõsuetudinẽ, et subditis nr̃is damnosum, postulãus ab illa, vt se conseruare velit aduersum nos, et nr̃os, iuxta morem antiquũ, et bonã concordiã, Nam nos qui eciã talia facere possemus, non facimus tamen quicq;, de quo, vel Ill̃tas vr̃a, vel eius subditi, iure queri possent. Valeat feliciter Ill̃t. vr̃a.

S. I. Rex Polonie

Thome Archiepo Cardinali Strigonien Sedis Ap^ce Legato.

RX Me in Chro Pater, et dne amice noster charme, et tanq̃ Pater honorande, Intellexim⁹ Rcndum dn̄m Joannem, Epm̄ Cracovien, delatum esse, apud vr̄am Rcmam P. tanq̃ opprimeret Clerum suum, et temere se in Jurisditione sua gereret, Sed et citatum es se ad eandem P̄rtem vr̄am Capitulum eius Cracovien, ad instancia cuiusdam Pr̄sbiteri, hominis versatilis et levis, Quare sumus nō mediocriter admirati, Quippe, qui sciamus dictum dn̄m Episcopu esse Pontificem, rara pietate, et mansuetudine prēditum, Capitulu vero, refertum viris et doctis, et gravibus, qui nunq̃ aliquid temerè et indecenter agere consuenerunt. Proinde rogamus vr̄am Rcmam P. nolit eiuscemodi delatoribus, fidem adhibere, nec prēbere illis ansam, homines claros indignè turbandi, Plurisq̃ sit apud illam Pontificalis, et Prēlatorum auctoritas, ac nostrum demq̃ testiōiu, q̃ vnius Sacerdotis, levis et frivola assertio, Quod vr̄am Rcma P̄rtem, cum rei decencia, tum causa vr̄a facturam nō dubitam⁹, Quam foelicissime valere cupimus, et cui nos ex animo cōmendam⁹.

S. 1. Rex. P. 2.

Joannis de Lasko Archiepo Gnesnen primati.

RXMe in Chro pater, et dne sincere nobis dilecte. Orta est lis inter duos Doctores Artis Medicine, racione prioris loci in Gymnasio Cracovien, Cumq apud Rndum dnm Epum Cracovien, iudicium de hac re ageretur, lata est sentencia, vt congrue fieri debuit, pro illo, qui prior respondit. A qua tamen alter, ad vram Prtem appellauit, Quia vero indecens est, vt ij, qui studijs emancipati sunt, et quietissimi esse debent, se se inuicem litibus et controuersijs incessant, presertim comunes suas constitutiones, et morem habentes, Postulamus a vra Prte, vt predictos Doctores, vel permittat decreto Cancellarij vniuersitatis, et consuetudini eius parere, Vel si authoritatem suam huic cause adhibere velit, committat illam Cracovie Prelatis aliquibus determinandam, ne per tales longinquas euocationes, pax et Consuetudines Collegij illius turbentur, Rem nobis Prtas vra gratam factura, Quod bene valeat.

.S. I. REX. P.

Joanni Conarski Epo Cracouien

RXNde in Christo pater, sincere nobis dilecte, Questi sunt nobis Ciues Cracouien, p Venbilis Joannes Salomon Canonicus Cracouien, veniens in controuersiam cum consanguineis suis, racione successiois in domos, et bona sua paterna, nitatur illos extra ad Judicium spirituale euocare, Quia verò eedem domus et bona, sunt Juri Ciuili subdita: postulamus à Vr^te vra, continere illum velit, ne Cues nostros trabat, ad istas difficultates Juris alterius, Nam nos id non permittemus, volentes vt inter subditos nros, vnicuiq Jus suum seruetur, Cupimus vram Vrtem bene valere. Vilnæ.

719

1403

ANNO DOMINI, M° D° XVIJ°
STanislaus et Janus Jius, Duces
Masouiæ, venerunt Vilnam.

Informatio in negocio Nobilium terre Visnensis: contra Annam Conradi vicduam, Ducē Masouiē

ANno currenti, sunt quindecim anni, quando Rex olim Alexander pie memorie, cum sacro suo consilio, terram Visnēn ascripsit, et incorporauit Regno Polonie, Ipsiq; terre Visnēn, libertates Regni Polonie, et Priuilegia super his gracioſe cōcessit, Ita q; quiscumq; temporalis dns terre Visnensis, pro tempore existens, ex Cmethonibus nobilium terre Visnēn, de quolibet lanco per duos groſſos, et de medio per vnum groſſum, Contributionem als Poradlne, exigere debeat, et non aliter: Ipsos Cmethones Nobilium, totaliter à maiori solutione Poradlne liberando,

Deinde statuit et ordinauit, q; Officiales sint poſſeſſionati, in ipsa terra Visnensi, qui ratione bonorum poſſint reconueniri iudicialiter, in dicto Diſtrictu, super quibuscumq; iniurijs; prout in dicto Priuilegio terre Visnensi conceſſo, plenius continetur, In quibus libertatibus, et in miori solutione Poradlne terra Visnēn fuit in poſſeſſione pacifica octo annis, Regia Mtās terram Vesnēn aſtringens in ommibus grauaminibus suis ad Tribunal suum recurrere et reuocare, et nō alibi reſeruauit.

Insuper orta lite super mellificijs, inter Nobiles et Mellicidas quondā Ducum Masouiē, Commiſſarij Regie Mtis concordiam fecerunt, quā Sacra Mtās Regalis moderna, per Priuilegium eis gracioſe cōceſſū,

roboraut, mellificiaq; dicte Nobilitati aſcripſit, et incorporauit, iuxta co;
ſuetudinem Maioris Polonie, In cuius poſſeſſione pacifica, terra Viſnen
vltra quinq; annos, vigore dicti Priuilegij ipsi Nobilitati coceſſi,

Deinde ſunt anni ſeptem, q; moderna ſacra Mtas Regia, terram Viſnen
ſſtme dne Anne Duci Masouie, tenendam conceſſit, dictaq; Dux poſſes;
ſione recepta dicte terre, Priuilegia predicta libertatis fregit, et violauit,
et ad maiorem ſolutionem Cenſus ats Poradlne, potenter et defacto Cme;
thones Nobilium compellit, Ruſticis Mellicidis ſuis, dictam nobilitate
vſuum fructuum in Mellificijs, ſpoliare potenter et defacto mandauit,
Et ita dicta terra Viſnen, ſuis libertatibus, contra Jura ipsi conceſſa,
potenter et defacto eſt ſpoliata.

Supplicat humiliter ſacra Regia Mtem, eiusq; Chriſtianiſſimu conſiliu,
pauperrima Nobilitas, tot violencijs, innaſionibus, vadijs inuſitatis, ipſam
Nobilitatem ad ſolutionem iniuſtam, et contra eorum libertates et Priui;
legia, copellendo, exinanita penitus, et deſtructa, vt ſacra Mtas Regia
cum ſuo Conſilio, ſſtmam dnam Annam, Ducem Masouie, eiusq; po;
cius Tyrannos q; Officiales, iuxta primum ſacre Regie Mtis decretu,
eidem ſſtme dne Duci, per Palatinum Plocen intimatum, ad tenedu
dicte Nobilitati Priuilegia, et ad reſtituendum ſeu ſoluendum fructus
et prouctus, videlicet Poradlne, contra Priuilegium, ex agri lanco,
vltra duos, ex medio vltra vnum, groſſos, defacto et iniuſte, à ſepte
annis receptis, et valorem vſuum fructuum mellis, eciam contra Pri;
vilegium à ſeptem annis receptis, ac alias Cotribucoes ex paupria
nobilitate, pro edificando Caſtro, vltra ſumma Mille florenoru, iniuſte

et contra Priuilegium, extortas, ac pro Vexilifero prouectus iniuſte vſurpatos, necnon Caſtellanū, Capitaneum, et Notarium terreſtrem, ac Tribunum, poſſeſſionatos, ex officijs eorum, iniuſte amotos, eorumq; Prouectus, per non poſſeſſionatos, iniuſte vſurpatos, reſtituat, Et quos nobis non poſſeſſionatos, contra nra Priuilegia Regalia, et libertates dederat, amoueat, et amotos iniuſte, vt reſtituat, Ac nuper poſt feſta Natiuitatis proxime elapſa, pauperrime Nobilitati Cmethonibus violenter boues, et eguos, per Capitaneum Notarium Joanne Voiſlawſki, de mandato dnō Ducis, receptos, et res domeſticas violenter Cmethonibus receptas, et ad proprium vſum vſurpatas, tanq; iuſtus et Catholicus Princeps, ex ſuperioritatis ſuē officio, ſub poenis viginti Millium ſexagenarum, dictam dnam Ducem, et Officiales, per ipſam datos, contra nra Priuilegia, attento, q; lris et Nunctijs, per Sacra Mtem vram, à talibus deſiſtere admonita noluit, aſtringere et compellere, veſtram Regiam Mtem benignam, cum Conſilio, pauperrima, deſtructa Nobilitas, humiliter implorat.

1405

Sigismundus Rex Polonie
Anne vidue Duci Masovie

Illtris dna, sincere nobis dilecta, Questi sunt hic coram nobis graviter, subditi nri de terra Drohicen, q illis multa et intollerabilia dna, multeq violencie inferuntur, de Dominio vre Illtis, occupanturq hereditates, et sylue illorum, vltra limites antiquos, Quod nos non libenter audiimus, Id em sumopere cupimus, vt subditi nri, cum subditis vre Illtis, viuant in bona pace et amicicia, Meminimus aut, iam antea nos de his ipsis iniurijs, vre Illti scripsisse, querele tame subditorum nrorum non cessant, nam forte paruum, aut nullum fructum, attulerunt illis litere nostre, Postulamus à vra Illte, contineat subditos suos, à tanta licencia atq audatia, Efficiatq vt damna illata, illis resarciantur, Nam si aliter factum fuerit, veremur, ne aliqd malum inde eueniat, Verte si em tot querelarum eorundem subditorum nostrorum, permisimus illis, vt cum pacem in bonis suis habere, Justiciamq à vra Illte consequi, ita vt pax et equitas suadet, non pos sint, vim vi repellant, seq defendant, ita vt melius pos sunt, Quare prouideat vra Illtas tempori casus futuros, Nam ex parua scintilla, magnu nonnunq incendium oriri solet, Bene valeat Illtas vestra.

Sigismundus I. Rex Polonie
Anne Duci Maso. vidue

Illtris dna, sincere nobis dilecta, Exposuit hic cora nobis et Cosiliarijs nris Magcus Januszius Koscicicuicz, multis se, et subditos suos, premi iniurijs, ab Offlibus vre Illtis terre Liuen, quas ex schedula pntibg inclusa cognoscet. Postulaus a vra Illte, mandet Officialibus et subditis suis, vt eudem Januszium, et subditos ipsius, in Juribus, et libertatibus antiquis, coseruent, et in nulla re, preter solitu grauet, pro iniurijsq illatis satis faciat, Officiu suu, et nob rem grata facturus vra Illtas. Que bene valeat.

Rex
Stanislao et Janussio Ducibus Masovie

Illtres dni, Significauit nobis nobilis Stanislaus Kownaczki, Succamerarius Visnen, se delatum esse apud Illtes vras, tanq hic apud nos existes, gueri de illis coram nobis debuisset, et propterea accepta sibi es se nonulla peccora et hoies, per Capitaneu illarum Visnen, et se non esse satis in rebus et vita sua tutum, Nos meminimus ipsum Kownaczki apd nos fuisse, causa repetedi cuiusda debiti sui; quod sibi teneri a Jozeph Ciue Plocen asserebat, sed preter id nihil egis se, nec vlla metioez vrarum Illt fecis se, Quare postulaus ab illis, vt ei ablata restitui mandet, et securitatem illi dent, res suas apud illas agedi, et se purgandi, Nam hec delatio facta est immerito, et cum sua iniuria Faciet vre Illt, rem se digna, et nobis gratam. Que bene valeant.

Decretum Regis inter Duces Masouie et eorum subditos.

Sigismundus etc Significamus, Quia cum Nobiles terre Visnen, quererentur nobis, q; Illmi dni, Anna Mater, et Stamslaus ac Januss filij, Duces Masouie, illis Jura, et Immunitates, à Predecessoribus nris concessas, seruare nollent; et nos meminius et scimus eis, ab ipsis Predecessoribus nris, et presertim à Sermo olim dno Rege Alexandro, fratre nro charmo, nonnullas fuisse datas immunitates et Priuilegia, nosq; cum eisdem Priuilegijs, et immunitatibus, terra ipsam Visnen, dictis dnis Masouie Ducibus dediius, et tradidimus, decernimus vna cum Consiliarijs nris Regni Polonie, q; illis eade ipsa Priuilegia et Immunitates, quas à Predecessoribus nris habet, dni Duces Masouie, seruare et tenere debeant, nec ea illis vllo modo infringere valeant. In cuius rei testimonium.

S. Rex P.
Anne Duci Masouie vidue.

Preclara dna, sincere nobis dilecta, Intellexim̃us S. tuam Decimas quasdam Nouales, in damnum et preiudicium Epatus Posnaniensis, à Summo Pontifice impetrasse, Cum tamen non ignorat decretum esse antiquum, inter Duces Masouie, et Epos Posnan, de ipsis decimis noualibus, eciam cum poena pecuniaria, quocienscuq; illud

per partem aliquam fuerit transgressum: Quare cum officij nri sit, Jura Ecclesiarum nrarum tueri, et manutenere, Jdq; minime deceat, vt talia absq; volútate et sciccia nra, tanq; vnici illius Eccle Patroni, fierent, hortaur S. tuam, et mandaus, ne quicq; tale, aduersus Eccias et decretum ipsum attentet, quia cogeremur nos authoritate nra, non solum de prefata poena, cum tua S. agere, sed eciá id omne exequi, quod ad defensionem ~~cause, omniumq;~~ conservationem Jurium et immunitatum dicte Ecclesie pertinere, et expedire arbitrareur, nec illi aliquo modo deesse. Datum.

Venblis deuote dilecte. Relatum est nobis D. tuam, quasdam Nouales Decimas Epatus Posnan, à Summo Pontifice impetras se, cum no mediocri damno, et iniuria Ecclesie illius, Nos, quibus defensio et tutela Ecclesiarum nostrarum incumbit, hortamur et admonemus D. tuam, ne se quoquo modo ad ipsas Decimas intromittat, Nam nos neq; paciemur, vt hec Ecclesia, cuius nos Patronus sumus, aliquid sub alis nris detrimeti aut iniurie paciatur.

807

1607

Sigismundus .I. Rex Polonie.

Nobilitati Mazovie.

GEneroſi, Venbles, et Nobiles, ſincere denoti, et fideles dilecti, Fuins eius Spei, q̃ poſt Nunctium noſtrum, et lr̃as, quas iſthuc ad vos miſeramus, debuiſſent tumultus et diſſenſiones, in quibus eſtis conſtituti, conquieuiſſe, verum cum intelleximus malum hoc magis inualeſcere, moleſto et indigno animo tulimus, volentesq̃ illud tempeſtiue ſiſtere, ne ad aliquod graue incomodum Reipublice vr̃e redundaret, mittimus in medium vestri Generoſum Januſſium Swirczewſki, Caſtellanum Bieceñ, et Campiductorem noſtrum, ad Conuentum generalem, vobis denuncti-andum, Et vt interim sitis vtriq̃ in pace et quiete, vadium noſtru Regium vobis declarandum et interponendum, Quare volumus et hortamur vos, vt omnes pro feria tercia proxima poſt feſtum Purifi-cationis Marie proxime venturum, ad Ciuitatem Varſchemen conuematis, ipſum Januſſium Nunctium noſtrum audituri, Pro commodo et quiete vr̃a communi, ac gracia nr̃a. Vilne.

S. I. Rex. P.

Ianussio Swerzewski Castellº Becen.

Generose etc. Attulit nobis Zakrzewski lras tuas, quibus nobis declaras id, quod dña Dux, cum Ducibus Masouie tibi responderunt, Nos graviter et indigno animo ferimus, q; illi, qui ad nos cum querelis confugerunt, recusant deinde id, quod pro pace et quiete eorum statuimus, suscipere, Sed et miramur, ac moleste ferimus, q; tu, accepta à nobis sufficienti Instructione, quid agere in hac deberes, petis demum per literas edoceri, Proinde volumus, et mandamus tibi, vt ea quæ tibi cõmisimus, et in quibus à nobis missus es, exequaris, suscipiat aliquis, vel non suscipiat, Nos enim demum sciemus, quid facere cum hac re debebimus, et libenter videbimus, quis ex subditis nris infringere, aut leuipendere mandata nostra ausus fuerit, Tu vero facto officio tuo, ad nos redeas, Ex gracia nostra,

S. 1. Rex P.

Ioanni de Lasko Archiepo Gnesnen. primati
Nicolao Firley Palatº Sandomirien. Campidoctorj.

RXme in Chro pater, sincere nobis dilecte, Cum intellexerams motu in Ducatu Masouie, magis indies inualescere, volentes hoc malum intestinu sistere, ne ad aliquod magnum dispendiu plaberetur, statui feceram Conventum illic gnalem pro Dnica pxima Letare, et vadiu gnquaginta Milliu florenoru, auctoritate supioritatis nre, interposuius, Veru cu hec, Gnosus Janus Jius Swirczewski Castellanus Biecen, illuc à nobis missus, Ducibus retulisset, suscipe noluerut et Couentu et Vadiu, Nobilitas vero Couentu qdem acceptauit, sed noluit vadiu, Miserat pterea ad nos Duces, supplicates enixe, vt mandatu nrum, tam de Couentu q ecia vadio, reuocaremus, Offerentes se, nihil violeter cu subditis suis acturos, Conventuq suo nomie, alias posituros, Nos, videtes parti vtriq no vsque quaq ca placere, que nos pro bono et qete illoru censuius faciendu; reuocauius ta Conuetu q vadiu, Stag iam non opus est, vt et illi qs nos designauius, et ij, qui per Couentu sunt deputati, illuc pficiscatur, si qua vero iniuria, vel vis inferretur à Ducibus Nobilitati, nos illa no desereus, Bene valeat,

S. 1. Rex. P.

Nobilitati Ducum Masouie.

MAgci, Venbles, Gnosi, et Nobiles, sincere et grate nobis dilecti, Cum ffris dna Dux vra, quereretur nobis, de quorunda, ex vobis, violeta immissione Curie sue, in qua vnacu liberis suis tunc agebat, no libeter id audiuius,

Sicut ẽm velleus, subditos mros, se aduersum nos gerere, ita libeter videreus, vt aduersus Duces vros, vos in fide debita, et reuerecia coseruaretis, Cuius rei gracia mississeus isthuc ad Couentum, quẽ ipsa dna Dux instituit, Consiliarios mros, Sed districti hic multis alijs curis nris, id tam cito comode facere nequiuus, Missus tamẽ Nunciũ nrum ad eius ffl, et vos pariter, vt Couentus ipse ad tempus aliud transferatur, Quod vbi factũ fuerit, nos libẽter mitteus ad eum Cosiliarios mros, neutri parti suspectos, qui congruo modo istum. motum, et dissensionem vram sedare, et coẽquare res omnes curabunt, Interim vero hortaur vos districtius, vt in gete et pace vos cotineatis, nihil tale innouantes, quo ipse motus magis fullulare deberet.

Tomicius Eid nobilitati

Ex lris Mtis Regiẽ, intelligent vre D. quare Mtas sua non deputet nunc dnos ad Conuentum, quem dna Dux constituit, Vult enim eius Mtas, vt Conuentus ipse transponatur ad tempus aliud, quo Mtas sua commode isthuc mittere possit, prout id libenter facere vult, vt q̃ ẽgus, et decetius fieri poterit, motus iste et dissensio, non satis decora, componatur. Expectabũt itaq; vræ D. ẽquo animo Conuentum ipsum, & tempus ad quod instituetur. Ego vero, quicquid aliud pro commodo et placito earum facere potero, id libenter faciã. Quẽ valeãt feliciter.

831
409

Sigismundus primus Rex Polonie
Chr°phoro de Schidlowec Palat° &
Capit° Cracouien. regni Cancellario,
Nicolao Firlej Palat° Sandomirien
Exercituum Regni Campiductori

Magci sincere nobis dilecti, Significarunt nobis Illres dni Anna, Mater et Tutrix, et Stanislaus ac Janus Jius Duces Masouie, se velle iure agere cum nonnullis subditis suis, qui Curiam eorum in Makow inuadere debuerunt, et pecierunt à nobis, vt S. vras illis in Assessores eorum Iuditio dare dignaremur, quominus suspitioni de iniqua actione essent obnoxij, Quæ res, quia nobis est æqua et conducibilis visa, cum ad partes vtramq, tum eciam ad nram dignitatem, volumus et committimus eisdē S. vris, vt quando fuerint, per dictos dnos Duces, cerciores facti, ad eos accedant, et munere Assessorio id omne, quod iustum et decens videbitur, exequantur, Facturē pro prudencia sua, et gracia nra.

Sigismundus. 1. Rex Polonie
Chroforo de Schidlowiec:

Magce sincere nobis dilecte, Accepimus lras Cæsaree Mtis, quibus humaniter nobis, et luctui nostro condolet, et consolatur nos, Subiungens demum, se in hac re, et alijs, copiosius Oratoribus nris, nobiscum agere commisisse, nihil aliud aperte inferens, Scribit tamen nobis dnus Epus Wladislauien eius Mtem, mox intellecta morte Sermē olim

Coniugis nrę, obtulis se sponte ad procandum nobis, velleq; omnino, vt non alterius, q; ipsius medio, aliud Matrimonium iniremus. Cum vero et dns Cardinalis Gurcen, de mente eius Mtis scribat itidem S. tuę, nominetq; eas, quas nobis in Connubium ordinare velit, non videtur nobis ad prę; sens, aliquid adhuc in ea re inceptare, Volumus igitur vt S. tua hoc sensu ipsi dño Cardinali rescribat, q; videlicet apud nos presens non sit, nec propter viarum longa interualla tam cito fieri potest, aut alio modo cō; mode nobiscum hęc cōmunicare, Verum quàmprimum nos conuenire po; terit, q; omnia nobis declarabit, Preterea, q; S. tuę, adhuc tempus aptū non videtur nobiscum ista tractare, cum vulnus animi adhuc sit recens, dumq; istis cum hoste nro difficultatibus distinemur, q; tamē non du; bitat gratam nobis futurā hanc solicitudinem et beneuolenciam Cæsa; ręe Mtis, quam in ea re aduersum nos exhibet, Aliter nobis nunc res; pondere non videtur decorum.

Habēs hic magnam difficultatem cum militibus nris Mercenarijs, qui nō habentes rationem necessitatum nrarum, stare nolunt ea mercede, quam ad presens illis offerimus, et qua maiorem tam cito conficere nō possu; mus; Demum et alia multa incōmoda et solicitudines, sunt ad nos deuo; lutę, quę nobis magnam molestiam exhibent, nec plāe intelligimus, quādo ex illis nos explicare poterimus. Bene valeat S. tua. Ex Brescia.

A 110

Sigismundus primus Rex Polonie Chr^o de Schidlovec Palat^o et Capit^o Cracouien Regni polo^e Cancellario.

M^agce sincere nobis dilecte, Licet nobis nec Cæsarea M^tas, nec dominus Cardinalis Gurcen, aliquid eorum significauit, que ad S. tuam de Matrimonio perscripsit: tamen ne quo pacto, beniuolencia et solicitudo eius Cæsaree M^tis, videatur à nobis paruipendi, deliberauimus vt S. tua, scribat ad d^nm Cardinalem in hunc modum, qui in schedula cotinetur, et mittat l^ras in manus Boner, vt ille eas cum alijs, quas in negocio Gdanensium, ad Cæsaream M^tem mittimus, curet perferendas. [Cum ea, que mihi v^ra R^ma D, de cura Cæsaree M^tis, in re Matrimonij S^erm^i d^ni mei, scripsit, non potui eius M^ti coram declarare, agente nunc illa in Magno Ducatu Lithuanie, et me negocia publica in Regno obeunte, reddidi eius M^tem Nunctio et l^ris meis secretis, de omnibus abunde certiorem, Que demum mibi dignata est respondere, plurimum sibi gratam esse tantam affectionem, et solicitudinem de se Cæsaree M^tis, et pro ea se amplissimas eius M^ti, simul ac R^me d. v^re, habere gracias; verum partim in dolore suo nondum extincto, partim in p^resenti summa inquietudine et occupatione bellica, non potuisse adhuc animum suum inducere, ad cogitandum aliquid de re vxoria, que non bene cum armis c^ogruit, tamen quando tempus et cogitatio quiecior subiret, et fieri aliqd in ea ipsa re M^tas sua vellet, nibil se factura^e incepturaq^ sine sciencia et c^osilio Cæsaree M^tis, cui semp in o^ibus, placere cupit, et quam vt Consanguineum et Maiorem Su^u, omni beneuolencia et studio suo complectitur, et obseruat.] . Schedula . a Schidlouico.

Petrus Tomiczki Eps Premisliēn: Viceca[n]cell

Chrofero de Schidlowec Castellō et Capitō Cracouiēn Regni Polōie Cancellario

MAgce dne etc. Multis diebus dns Archieps post suum aduentum dis si-
mulauit, qua causa impulsus, huc venerat, texens hec atq; illa, Postremo ta-
men declarauit, Nam collaudata imprimis multifarie filia Ducis Masouie,
suadere coepit Mti Regie, vt vel illam, vel Matrem vxorem duceret, vtq;
Reguncule nre illis pueris Ducibus locaretur, Proponens inde magnum
Mti sue, et Regno emolumetum, q; videlicet tanta illic dos accipi posset,
quanta fuit defuncte Regine, Demum hanc futuram potissimam occasio-
nem incorporandi Regno Ducatum Masouie, Cum vero illi Mtas Re-
gia de his, quas dns Cardinalis Gurcen, vre Mti nominauit, retulit, di-
xit se compertum habere de illa, que est Neapoli, nepte ex Sorore Regis
Catholici, habente annni proūetus septuaginta millia aureorū, et que eciam
prius Cæsari fuit in Matrimonium secreto ordinata. Preterea Neptem
ipsius Cæsaris, que est in Burgundia, eciam laudauit, et as seruit amba-
rum esse honestissimū Connubium, tamen nullius vtilitatis Regno, Idq;
modo cum Mte Regia, non mecum, pertinaciter agebat, non alia puto
persuasione, q; q; Mtas sua, maiorem vtilitatis sue, vt prius, q; honesta-
tis racionem habere deberet, Que tamen ex Masouia, qualis esse pos-
set, maxime tam arcto vinculo, vt ipse vellet, pueris illis, cum sua Mte
cōiunctis, vra Mtas agnia plane intelligit, Hec, quantum ex ipsa Mte Re-
gia cognoscere potui, summa fuit tractatus eius de Mrionio cum sua Mte.

Cocterum cōicauit mecum, et hanc maiorem causam aduentus sui esse

dixit, q; nunc debitor existens supra duodecim millia aurcorum, roganit adhuc Cracouiæ à Mte Regia, vt in hac summa Creditoribus, tam in Regno, q; hic in Lithuaniæ, bona aliqua sua inscriberet, et loco istius Inscriptionis, Clauem Skwiernieniece teneret, vsq; ad recuperationem ipsius summæ, sed Mtas sua id facere recusauit, Fecit eciam Marschalcatum magna cura pro Völski suo, Commendauit dnm Miedzileczki ad Coadiutoriam Epatus Chelmen, vt futurum illic vtilem Epum, propter sacras lras, Me quoq; tentauit Epum titularem facere, vt meum resignarem dno Lathalski, et in compensam acciperem bona aliqua in Archiepiscopatu, vsq; ad pinguiorem fortunam, Loco quorum bonorum acciperet ipse tantundem in beneficijs ab ipso dno Lathalski, Narrauit insuper mihi, velle se, vt filius naturalis Mtis Regiæ, crearetur Epus in Hungaria, dixitq; se iam fundamenta huius rei bona isthic iecisse, Et si adhuc eo ire debebit, absq; dubio confecturum eciam reliquum, Quod totum non alia racione fit, nisi vt beneficia omnium intercipiat, Habebat primum huc veniens animum Epatus hos visitandi, demum mutata sentencia, profectus est in Kamieniecz iturus demum Leopolim, vt Synodum illic celebret, et petat à Clero illo subsidium, pro impensis suis Romanis, Quod eciam est in Synodo sua facturus, Promisit tamen se huc in Vere rediturum, si Hungariam non mittetur, Sed quantum intelligo, necessarium erit, vt vre D. illuc mittantur, quando generalis Conuentus celebrari debebit, Nunc quod ad Matrimonium Mtis Regiæ attinet, quia nihil certi dno Archiepo respondit, promisitq; sibi nihil in hac re, sine consilio ipsius, et aliorum dnorum aggredi; Relignit ei, et Duci nonnullam spem, locumq; dedit varijs artibus et modis fabricadis.

Quos, licet proculdubio credam, nullius momenti futuros, quantum nunc eius Mtis animum intelligo: tamen, ne quid preter spem accidat, quod dns Deus auertat, curami sedulo, vt Mtas sua missis set Nunctium ad Cæsaream Mtem, agendo ei gracias de beneuolencia, et solicitudine, quam de Matrimonio suo haberet, referendo id ad relationem vre Magcie, Et q. polliceretur ipsi Cæsaree Mti, nihil se facturam absq. sciencia et consilio ipsius, Sed excusante se Mte sua eo, quod ei singulariter nihil est vel scriptum, vel significatum, effeci tandem vt vra Magcia, suo nomine, quasi edocta à Mte sua, respondeat in hunc sensum, quem ex lris Regijs intelliget, feciq. id, partim, vt ista significatione aliquo modo stringeretur animus Mtis sue, nihil agendi sine volutate Cæsaris; partim, vt auctoritati vre Magcie consulerem, Que cum fidem et obseruancia meam erga se, nunq. alienam intellexit, quam alioquin in omnes semper integram et immaculatam gessi, queso, ne vel minimum dubitet in me, et constancia mea, Noui ego iampridem hos, qui vna manu panem ostentant, altera occultant lapidem. Itaq. frustra me in viam aliam flectere niterentur, et ducere me aliter, q. incedere consueui. Et quod ad id attinet, vt aliqui aliter interpretari deberent coram me affectum et favorem vre Magcie erga me, adhuc nihil quidem memini mecu actum esse, tentatum me tamen memini, sed frustra, et fortas se ij, qui hoc fuerunt aggressi, cum me à tenore meo seducere no potuerunt, aliqd eorum, coram Magcia vra locuti sunt, que mecum eciam prius loquebantur, vt est mos eorum, qui se perfidia magis, q. industria faciunt prudentes Curie Practicos, A quibus, vtcumq. familiaritati mee se insinuantibus, semper mihi caui, nec aliqd eorū verbū in auiz meū admisi.

Credat firmiſſime vra Magcia, q, vt antehac conſueui, ſic et nũc, quęcũq; ad dignitatem et res eius, ſimul ac fratris ipsius pertinere intelligo, ea non minoris ſtudij, et curę mihi ſunt, q̃ mea propria, nec aliter vnq̃ comperiet,

Hic, vſq; huc, milla ſpes apparet pacis, vel rei bene gerendę, ſed ne cogitatio quidem eſt vlla, Proinde ſcire non poſſum, quando futurus eſt finis malorũ iſtorum, vel quomodo illa deinceps propulſare debeaus,

Milites eciam nri, non contenti de eo, quod actum eſt cum Rothmagiſtris, magnam inter ſe ſeditionem fecerunt, Obligarunt primum ipsos Rothmagiſtros, ac demum ſe inuicem ſponſione fidei et honoris, vt nullus, niſi exoluto eorum ſtipendio, audeat ad Mtem Regiam, in quacunq; ipsius neceſſitate, venire, Preterea vt omnes huc rurſum poſt feſtum ſancti Joannis Baptiſtę, in quatuor hebdomadis conueniant, ad reliquum ſtipendij sui exigendum, Quę res vt turpis eſt, et indigna, ſic Mti Regię longe moleſtiſſima,

Nuncij dnę Ducis Trencinen, qua cauſa huc venerint, non incognitũ eſt vrę Magtię, Decreuit Mtas Regia, ad illam fraternam Mtem, mittere dnm Garnkowſki, in his rebus, quasi patrocinatum dno Vayuodę, nihilominus tamen vult, vt declaretur ſoli illi Mti, id eo fieri, q, ſe Mtas ſua honeſtę excuſare non potuit, Tamen quod neq̃ vellet rebus et dignitati ſuę fraternę Mtis deeſſe, dnorum nulli id ſignificare voluit, ne quo pacto dns Vayuoda intelligeret,

Nos iam hinc verſus Vilnam ſoluimus, Illuc proculdubio tantisper acturi,

donec pax aliqua se offeret, Interim agat oro vra Magcia id, quod expedire arbitrabitur in rem Matrimonij Mtis Regie, Scit em, q interdum male artes sint potentes,

Regina Francie vidua, que est in Anglia, non videtur eciam pretermittenda, quod Connubium esset valde et honorificum et vtile, nec Cæsarea Mtas vt puto, contraueniret.

Alia, que hic acta sunt, dicet abunde Vitbwienski, Commendo me gracie vre Magcie, Quam optime valere desydero.

Petrus Tomiczki epſ Premisl. Viceca̅cell. Matheo Cardinali Gurcen. et Ceſaris in Italia Locumtenenti

RMe dn̄e etc. Poſt ſcriptas lr̄as, allatę ſunt Mt̄i dn̄i mei à Cæſarea Mt̄e lr̄e, quibus eius Cæſarea Mt̄as innuit, et quaſi teſtificatur ea, quę ante hac v̄ra Rma D. ſcripſit de Nepte illius Mtis, referens reliquum ad v̄ram Rmam D. et dn̄m Chriſtophorum Palatinum Crac, Qui cum nunc abſes eſt, miſſus iam pridem in Hungariam, Ego coniectura ipſa ductus id, quod maxime expedire puto ad conficiendum hoc Matrimonium, Et quando ipſe dns Chriſtopherus redibit, et intellexero ea, quę à v̄ra Rma D. in docum̄eto habet, nihil opere parcam quo fiant omnia, pro augm̄eto neceſſitudinis dn̄i n̄ri, cum Cæſarea Mt̄e, et laude v̄re Rm̄e D. Cuius gratię me eciam atq eciam comm̄edo.

Petrus Tomicius epſ Eidem Car^li Gurcen

RMe in Chriſto pater, et dn̄e dn̄e colendiſſime, Poſt ſeruitutis et obſeruancię mę, in gratiam v̄re Rm̄e D, commendationem, Reddite ſunt iam lr̄e ille Mt̄i dn̄i mei, quas Celſitudo Cæſarea ſcripſit ad illam, pro filia Ducis Maſouię, Et quia ego p̄emonitus lr̄is v̄re Rm̄e D. retuleram ante Mt̄i ſuę id futurum, aliudq eſſe propoſitum Cæſaree Mt̄is, voluptatis plus q momenti alicuius habuerut, Sed profecto, niſi tempori id v̄ra Rma D. declaraſſet, adducta fuiſſet Mt̄as Regia

in magnam admirationem, et animi perplexitatem, Grataq; est vehementer eius Mtas, de tanto studio et cura vre Rme D. de se et rebus suis, et nullum est dubium, q, vt in alijs omnibus sequi instituit voluntatem et arbitrium Cæsaree Mtis, sic et in Matrimonio incundo, nihil faciet, nisi, quod eius Cæsaree Mti placebit. Sed in hac re, quanto mora longior, tanto deterior est. Et Mtas sua in his bellicis~~simis~~ suis difficultatibus, negüt vel cogitare quidem de Matrimonio, nc dicam aliquid agere, Proinde rogo plurimum vram Rmam D. vt pro sua, erga Mtem suam, beniuolencia, et voto omnium nostrum subditorum Mtis sue, operam faciat, quo istud sacrosanctum Matrimonium q; celerius conficiatur, pro maiori coniunctione et vinculo eius amicicie et foederis, quod vra Rma D. cum summa sua laude, inter tantos Principes, sola effecit. Sed imprimis omnino necesse est, vt vel pax, vel Inducie aliquæ fiant cu Duce Moschorum, Nam durante bello, Mtas sua hinc nullo modo discedere potest, Itaq; hoc ante omnia efficere dignetur vra Rma D. Nam Cæsaree Mtis sententiam et voluntatem, Dux ipse vtcumq; temerarius sit et ventosus, haud dubie sequetur. Commendo me gracie vre Rme D. Quam dns Deus sanam et sospitem ad longos annos conseruet. Datum Vilne

S411
1454

Petrus Tomicki Epʃs Premiſl. Regni Vicecanc. Lucæ de Gorca Caſtell. Posnanien. et Capitaneo Maioris poloniæ generali

Magce dne, dne et fautor colendiſsime. Hactenus tenui apud me hunc Lucrum vre Mgcie, timens eum, niſi bene in ſanitate confirmatum, dimittere, ne in itinere aliquod illi peius accidens contingeret, Per alium vero non auſus fui vre Mgcie quicq scribere de liberorum eius Matrimonio, propter multos viarum euentus, et incertam hominum fidem, ſtaq non ægre ferat, me de hac re ſerius illi respondere, Cogitaui mecum diligentiſsime, quod ſalubrius conſilium prebere poſſem de ipso Matrimonio vre Mgcie, Cuius beneficencia adeo ſum deuinctus, vt plus illi debeam, q vlli homini qui viuat, Sed profecto in tanta re comperire non potui, quod auderem illi ſuadere, cum et illa prudentiſsima ſit, et ego qui liberos nunq habui, recte de eorum comodis nequeam conſulere, Verum tame explicabo, vre Mgcie rationes meas, Ex quibus quid potiſsimum ſit, ipsa eligat,

Primum, no poteſt non placere mihi, vt dns Andreas filius illuis, bona Ruthuiani, que ſunt non parui momenti, aſſequeretur, hoc em precipuum eſſet, in hoc Matrimonio commodum, Nam ſublato è medio dno Archiepiſcopo, quid aliud in eo laudis et vtilitatis eſſet, non video, Pulchra eſt res igitur dos ampla, sed à Sapientibus in vltimo prospectu ſemper habita, Cogitare imprimis debet vra Mgcia, ſe vnicum habere filium, tantis à Deo immortali facultatibus prouiſum, vt nihil aliud deſyderari videtur, q vt illis bene perfrui poſſit, Matrimonium vero quanta ſit res

in humanis, facile exemplum dñi olim Thesaurarij, et multorum aliorum, quos videmus, nos docet, Irretire aũt vnicum filium propter bona temporalia, et ea quidem q̃ bene parta, norunt omnes, vxore adeo tenera, vt qualis futura sit, adhuc dignosci non possit, Imo Parentum et Maiorum eius virtutes, non possunt aliud, q̃ malum de illa polliceri, rursus mihi non placet. Preterea, vt confidenter cum vra Magcia loquar, et debito meo erga illam perpetuo satisfaciam, si hanc Coniunctionem cum dño Archiepiscopo iniret, nullo modo possem malam de se, et bonorum hominum, et certe Mtis Regie existimationem euadere, Quis ẽm est adeo racionis et virtutis expers, qui nõ intelligat? qui non execretur mores illius? Quippe, qui nunq̃ esse potest quietus, miscens diuina et humana omnia. nullo alio studio, q̃ priuati commodi, propter quod audet indignissima et damnosissima queq̃ agere et cõsulere, Nam vt hoc vnum exemplum adducam, quo eciam intelligere possit vra Magcia, quid agatur in Matrimonio Regie Mtis, venerat ipse in Brzeczie ad Mtem Regiã, conductus parno emolumẽto, Ducis Masouie, et summa importunitate suadere cepit Mti sue, vt filiam ipsius Ducis in Matrimonium duceret, et cum tam egregia Familia, et puella, tam pudica Matre prodita, se conũgeret, De qua re, fuit Mtas Regia valde mirata, tantam esse illi insitam auariciam, vt propter eam id illius Mti suaderet, quod hostis penis nõ posset, Et quia intellexit dñm Cardinalem Gurcen scripsisse Cæsarem velle Mtis sue Procum esse, et nominasse tres, quas illi collocare vellet, Inter casq̃ magis suaderet, ducendam Neptem Cæsaris, dnam Leonoram virginem Principem Burgundie; non solum est conatus id improbare et disuadere, quod nihil honestius et vtilius esse posset,

sed curauit insuper, vt impetraret Dux Masouiæ à Cæsare lras, quibus sua; deret Regiæ Mti, vt eius filiam duceret, Et sunt iam istæ lræ Mti Suæ missæ, verum scripsit ante ad me dns Cardinalis Gurcen, non potuis se Cæsarem se honeste ipsi Duci excusare, tamen habere eum hoc propositu et desyderium, vt locet Neptem suam eius Mti, hortatusq; est me, vt de hoc certiorem facerem Mtem suam, ne miraretur, aut dubitaret de animo Cæsaris; Quod itidem ipse Cæsar, confirmauit lris suis, ad Mtem Re; guam, allatis, modico post q; ille, quæ pro filia Ducis erant scriptæ. Mtas Regia, tacet quidem de eo, guam velit ducere, tamen certis sima sunt indicia, illum Cæsaris Neptem accepturum, Quæ res quanta in se cómmoda haberet, quantum honorem, longum es set explicare. De filia Ducis Mazouiæ tantum abest, vt illam ducere cogitet, vt eciam mirari sa; tis non possit, tantam eorum impudenciam, qui id illi cósulere audent. Mihi eciam per dnm Palatinum Vilnen, commendauit hoc suum negoci Dux Masouiæ, guando lras Cæsaris misit Mti Regiæ, et promisit mihi Mille florenos aureos, Ego vero Mti Regiæ omnia dixi, Quæ valde ri; dens, iussit vt operam meam itidem pollicerer vt alij. Mitto copiam vtrarumq; lrarum Cæsaris vræ Magciæ, Et hæc est summa eius, guod agitur de Matrimonio Mtis Regiæ,

Nvnc igr pensitet vra Magcia, si coniungeret se cum eo homine, qui cum omnibus alijs, tum Mti Regiæ notus est suis moribus, et virtutibus. Et de quo omnium est mala existimatio, Quicquid pro more suo ageret, ad id vel traheret vram Magciam, vel trahere, ab omnibus existimaretur, Vnde et concideren multorum bonorum animi, et vestra Magcia, quod dns Deus auertat, optimam de se hominum opinionem,

amitteret, Et profecto Mtas Regia id miraretur, et indigne ferret.

Hec igitur omnia, ponat vra Magcia ad libram cum Rithuiam. Nam que alia racio huius Matrimonij fieri deberet, non reperio. Defuncto em dño Archiepo, quid est aliud, quod laudem aut comodum facere posset vre Magcie in hac affinitate? Sentencia igr mea est, vt vra Magcia bene super hac re deliberet, nam omnino non parui est momenti, agitur em de bona existimatione vre Magcie, et illius vnici filij foelici vel misera vita,

Nam quod ad filiam attinet, facile quidem illi vir reperiri potest, qui facultatibus et dignitati Domui vre Magcie melius respondeat, q̄ filius dni Laski: si deligere sibi vellet vra Magcia, ex multis nobilissimis Juuenibus, qui nunc sunt in Regno nro, et non ponderare exacte omnia, Nemo enim sine crimine vivit, et suum cuiq̄ natura vicium indidit, Sit modo fama immaculata, et racio bona virtutis, et verum suarum. fiat quisq̄ in alijs vt velit. Sed vt de nris taceam, nemo est eciam externus adeo insignis, qui cum vxorem ducere vellet, non libenter ducat filiam vre Magcie, ex tanta Domo, et dignitate, presertim cum ea sit, vltra amplam Dotem, et iuuenis, et optime educata, Nihilominus censeo non simpliciter reijciendum dum Archiepum, sed si fieri potest negocium suspendendum, vsq̄ ad reditum Mtis Regie in Regnum, vt mutuo de hac re melius cōsultare possemus. Et interea querendus esset tamen maritus aluis filie vre Magcie vt in hac etate magis grata omnibus edi posset. qui, vt dixi, facile reperiri potest.

Sunt aũt multæ cauſæ, quæ confingi poterunt ad ſuſpendendam rem. Vtcumq; dñs Archiepus, eſt homo importunus et ſolicitus, Nam profecto non videtur mihi tutum, aliquid ei ad finem, miſi cum ſumma deliberatione reſpõdere. Habet vra Magcia ſententiam meam, non odio vllo, aut aliquo alio reſpectu ſcriptam, q; mera ratione vtilitatis et honoris vrę Magcię, liberorũq; ipſius, Nam non faciat dñs Deus, vt aliquid in hac re videre deberem, quod eſſet pœnitendum.

Redijt ex Moſchouia Nuncius Cæſaris, et vadunt cum eo Oratores illius Ducis, fuit hic apud Mtem Regiam relictis illis in Liuonia, ſed nihil nobis retulit de pace, ſta ẽm ſibi Dux ipſe Moſchouię reſpondit, nolle ſe Legatos mittere ad Regem Dacię, conſueiſſe Lithuanos in Moſchouia am ſemper pro pace mittere, et nunc ſi vellent, mitterent ad ſe pro Salvo conductu Oratoribus ſuis, Quem an dare vellet, eſſet adhuc dubium in pectore ſuo arbitrium, videriq; ſibi graue, ſi renunctiare deberet Patrimonio ſuo, his videlicet arcibus, quæ ſunt adhuc in poteſtate Lithuanorum. Præter hæc dixit ſe mittere Nunctios ſuos ad Cæſarem, et alia illis commiſiſſe, ſtaq; conſiderare poteſt vra Magcia nihil tẽdi ad pacem, et nos hinc diſcedere, miſi illa facta, nõ poſſe. Acc.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Lubranski Epo Posnanien.

RNde in Chro pater, etc Ea que nobis Lras vra, de ineundo Matrimonio iam secundo scripsit, fuerunt nobis non vulgariter grata, Cognoscimus enim omnia hec que nobis consulit, cum dignitati nre Regie, tum Statui Regni, et Dominiorum nrorum expedire, Et proinde consilium illius in optimam partem accipimus, et illud inter alia illius in nos fidelia et grata officia reponimus. Verum, vt prius Lrti vre scripsimus, nd potuimus profecto in tantis difficultatibus, et inquietudinibus nris, hactenus in hac re quicq vel constituere, vel eciam cogitare, Et subinde compertum habentes fuisse quasdam Legationes isthic in Polonia, apud Consiliarios nros, quibus illis id persuadebatur, nos ad partem vnam animum nostrum inclinasse, et iam voluntatem nram aliquibus declarasse, valde miramur, et molestum est nobis vehementer, tanta quemq esse impudencia et temeritate, vt id asserere audeat, de quo nos nunq cogitauimus, et presertim in tanto negocio, quod ad agendum alterius conditionis homines requireret, Itaq si ad vram Lrtem, prout censemus, hec nebulonum comenta deuenerint, illis fidem no adhibeat, Nam nos cum diuina erit voluntas, et de hac re Matrimonij constituere aliquid voluerimus, nihil faciemus absq consilio vre Lrtis, et aliorum Consiliariorum nostrorum, idq abunde intelligimus, quod Statui et dignitati Regie congruere videbitur.

Sigismundus I. Rex Polo[nie]
Joanni de Lubrane Epo Posn.

Rnde in Chro Pater, sincere nobis dilecte. Est nobis non vulgariter grata, hec cura et solicitudo, quam vra Prtas habet, de valetudine et rebus nris, Semper cm cognouimus sinceram eius erga nos fidem et affectione,

Valuimus hucusq; gracia Dei recte, et deinceps, vt, fatales cominationes, euitemus, curabimus, Et licet non possumus non es se soliciti in his bellorum motibus, et decessu tam charme Coniugis nre, q; eciam vnici et optime de nobis meriti fratris: tamen ferimus illa eo animo, quo nos decet, dirigentes, vt melius fieri potest, res nras, et reliqua dno Deo commendantes,

Quod vero ad rem Matrimonij nri attinet, vidimus eas lras, quas scripsit dns Cardinalis Gurcen, Magco Christophoro etc, in quibus nominauit eosdem, quos et P. vra lacius nobis descripsit, Quod fuit quide nobis auditu gratum, Verum, vt P. vra intelligere potest, tante nobis ad presens, difficultates et cogitationes incumbunt, vt neq; vllas alias admittant, Proinde id, quod nobis visum fuit nunc respondendum, edocuimus ipsum Christophorum etc vt rescripsis set, Quod, vt remur, cum Prte vra comunicauit, Nos vero quando animum nrum ad eam cogitationem flectere poterimus, nihil agemus absq; sciencia et consilio vestre Prtis, et aliorum Consiliariorum nrorum. Et de hoc nihil omino dubitare debet, Mittimus vre P, exemplum Breuis Aplici, ecia in ea re nuper ad nos scripti, Et valeat foeliciter vra P. Vilne.

Petrus Tomiczki Epʒ Premisslien Vicecancellarius Chʃtro de Ssidlovec castellº et Capitº Crac Regni Cancellº

Magce dne, dne et fautor colen^me. Post reditum huc meum, maior nra occupatio fuit cum dna Duce Masouie, que intelligens spe Matrionij Regij, cuius causa potiʃsimum huc cocesʃerat, se esʃe frustratam, nesciebat, quomodo de rebus suis domesticis constituere, quidq ꝫ a Mte Regia petere deberet, Tandem vero, volens tam diuturnam hic moram suam colorare, coepit solicite agere, et rogare, vt Mtas sua hinc in Regnum proficiʃcens, in Masouiam diuertere, et ibi motum illic excitatum sistere dignaretur. fuitq ꝫ mihi magnus labor obsʃistere magnis et importunis illius precibus, Quas no parum adiuuabant no solu dni Lithuani, sed eciam nri, deducetes magnis ratioibus Mtem suam, in tanta Ducum Regni sui necessʃitate, iure id facere debere. et mihi magna munera pmittetes, vt illoru desyderia adiuuare, aut saltem illis me no opponerem. Veru ego cognoscens, quati res hec sit momenti, quatumq ꝫ periculi, et timoris in se cotineret, curaui p virili mea supplicare et suadere Mti Regie, ne vllo modo id faceret, sed se cum angustia tpis, tum publicis Regni, et priuatis suis necessʃitatibus excusaret, Obtinuiq ꝫ tandem, licet cu magna difficultate et labore, q, Mtas sua, ire dignata est in meam sententiam, Sicq ꝫ vt ego cosului et optaui, ipsi dne Duci respodit, Que, in hac sua petitione, in quam omes vires et neruos suos intenderat, repulsam passa, iteru nescio quid aliud molitur. Quod quale sit adhuc incertu habeo, sed cum id intelliga, et quo illa expedicus, scriba postea vre Magie, aut solus refera, Spero em, p ffa grta pxia an festu Scte Barbare, deo bene iuuante, hic egredicur, et in Radom sacra Natalis dni Celebrabius, Comen me pluriu etc Vilne

Petrus de Tomice Eps Premisslien regni Viecancell Matheo Cardinali Gurcensi

RXme in Christo pater, et dne dne colen. Post seruitutis et obseruacie mee commendationem. Ab eo tempore, quo cum vra RXma D. digressus sum, nihil illi scripsi, partim varijs occupationibus, partim nulla rerum, et Nunciorum oportunitate, tamen pro concepta fide et studio meo erga illam, paratus fui semper omnia eius mandata, et nutus ipsos obire, Expectoq; si quando mihi aliquid negocij sui iniungere dignabitur, Idq; loco muneris alicuius habebo; cum mihi promerende gracie sue occasione prebebit,

Sacra Mtas dni mei, licet cum nonullo adhuc moerore, tum bellicis inquietudinibus districta sit, tamen clemencia Dei optime valet, degitq; nuc in Dominio isto, expectans quid responsi Nunctius Cæsaree Mtis ab hoste referet,

Habuit eius Mtas lras vre RXme D. quas dno Palatino Crac, in re Matrimonij scripsit, De quibus Mtas sua fiut plurimu grata, et respondebit ad eas ipse dns Palatinus Crac vre RXme D. Ego nihil ambigo eius Mtez secuturam in hac re, vt in alijs facit, cosiliu et voluntatem Cæsaree Celsit mis, Veru in hac moderna eius Mtis Status inquietudine, videtur mihi oportum, vt vel ipsa Cæsarea Celsitudo, vel RXma D. vra, illam specialibus lris, clarius adhortaretur, Quato em hec res celerius cofici posset, tanto magis expediret, Solent em varij, varijs rebus Pncipum aures solicitare, et tantas eoru coniunctioes impedire. Comendo me gracie vre RXme D. et rogo illa plurium, vt me, ac opera mea qualicuq; no secus vti velit, q cuiusuis sibi addictiss imi. Valeatq; optime, letosq; et foelices agat dies.

Sigismundus primus Rex Polo[ne] Consiliariis regni Polonie

Magce sincere nobis dilecte. Per id temporis, quo in Dominio hoc agius, Serma Cæsarea Mtas, pro eximia sua erga nos beneuolencia, et coniuncti; one nra mutua, sepius nos cohortari dignata est, cum medio Rmi dni Cardinalis Gurcen, tum eciam suis lris, vt racionem habentes ven; turi status Regni, et Dominiorum nrorum, ac Sermi Nepotis nri dni Ludouici Regis, cum masculina prole careamus, et vna duntaxat in vtroq nostrum spes posteritatis supereset, animum ad incundum alterum Matri; monium induceremus, Proposuitq nobis Mtas sua, inter alias, Neptem sua, Illmam dnam Leonoram Principem Burgundie, virginem annorum dece septem, Alteram vero Illmam dnam Bonam, virginem annorū decem nouem, que cum Matre sua, dna Isabella, filia Alfonsi Regis Arago; num, degit in Regno Neapolitano, Offerens Mtas sua, intellecta vo; luntate nra, omnem suam operam, quo ipsum Matrimonium, q maxime ex re et dignitate nra conficeretur, Nos vsq huc Cæsaree Mti, nihil certi respondimus, suspendentes rem, partim gemino luctu, et moderuis difficultatibus nris, partim eciam, quia inconsulta S. tua, ac alijs Co; siliarijs nris, nollemus tale negocium aggredi, quod ad bonum statum Reipublice augendum, vel diminuendum, plurimum habet momenti, donec his diebus Mtas sua Cæsarea, misit ad nos Oratorem suum insignem, Magcum Bratislaum Swiehowski, ex Proceribus Bo; hemie, Per quem nos itidem de ipso Matrimonio incundo admonet. et vt se hinc ad festum sancti Martini proximum, de instituto animi

nostri, cerciorem faciamus, propterea q; predicte ambe virgines in Con;
nubium ab alijs poscuntur, et res longius differri nequit, Declaras no;
bis cuis Mtás, prefatam Illmam dnam Leonoram Neptem suam, ha;
bituram dotis tercentum millia aureorum, Et si fratres eius Sermi
Carolus et Ferdinandus Reges, sine Masculina prole, quod absit, decede;
rent, ipsa vt senior, in Principatum Flandrie et Burgundie succederet.
Alteram vero Illmam dnám Bonam habere dotis ducenta millia parata,
Post mortem vero Matris sue, accessura adhuc ei quingenta millia aure;
orum, Promittens insuper cuis Cæsarea Mtás, quo testacior esset eius,
erga nos, beneuolencia, et affectus, q; cognita voluntate nra, et si anius
nobis esset, secum Vienne, aut alibi conueniendi, et id alioquin nego;
cia Sermi dni Ludouici Regis, et nra mutua, valde exigunt, se effe;
cturam esse, vt ambe predicte virgines, illic constituerentur, et nos
coram, vtram vellemus, eligere possemus. Id Mtás sua vehementer
cupiens, vt nupcias in presencia ipsius, et de manibus eius auspicare;
mur, in quibus ipsa adhuc hastis concurrere vellet, et id gemus stra;
tagemata sua, hoc iucundo fine concludere, Nos itaq; cognita Mtis
sue Cæsaree, tanta in nos affectione, et q; huius rei deliberatio dinci;
vs produci non potest, vt coram cum S. tua, et alijs Consiliarijs mutu;
um caperemus consilium, decreuimus voluntatem nram, sue Cæsaree Mti,
per Nunctium, vel lras nras, cum id tantopere á nobis exigit, declara;
re, ne per longiorem cunctationem, tantam rei bene gerende occasione
amittamus, et tam fauorabile, eius Cæsaree Mtis, erga nos officium
negligere et parumpendere videamur. Primq; vero id faciamus,
voluimus ante cum S. tua, et alijs Consiliarijs nris, quibus ad

prẽsens visum fuit, rem cõmunicare, Quam emixè hortamur, vt in primis cõsulat, si nobis vxor ducenda sit, nec ne, Deinde, cum in Matrimonio tractando, quemadmodum in omnibus Principum actionibus, duo prẽcipuè sunt consideranda, honestum nostrum, et vtile Reipublicæ, perpendat secum diligenter pro prudencia et fide sua erga nos, quæ nobis potißimum his raciombus sit ducenda, Et si, vt Cæsarea Mtás optat, res q nrę mutuę exigunt, conuenire cum illa debeamus, perscribatq nobis q celerius suam sentenciam, vt ad tempus, quo res exigit, eius Cæsareæ Mti respondeamus, et quoad eius fieri potest, habeat id S. tua secretum, Nam adhuc quibusdam de causis ita opus est. facto, et Cæsarea Mtás archano hęc nobis significauit, Vilnæ xj Octobris Anno Dñi M°. D°. xvj°. Regni nri, anno x°.

S. REX. P.

Chr̃fero de SSchidlowiec Palatino Et Capitaneo Cracouiensi : & Regni Polonie Cancellario.

Magce sincere nobis dilecte, Intellexim̃us omnia, quæ nobis S. tua scripsit, tam per Rauam seruum, q̃ etiam Nunctium dñi Ducis Casimiri, et fuerunt nobis, vti cætera sincera et fidelia eius obsequia, valde grata.

A dño Cardinali Gurcen, nullas habuimus lr̃as per dñm Swihowski, et hoc ea causa, q̃ à longo tempore abfuerit à Curia Cæsareæ Mtis propter ægritudinem, ſtaq̃ nihil etiam illi scripsimus, et propter id, quod absens sit, et quia voluntatem nr̃am, adhuc aperire noluimus, anteq̃ exploratas haberemus sententias Consiliariorum nr̃orum, Sed q̃ primum Cubicularius Pleczki veniet, qui solus nondum redijt, et nescimus, cur tam diu moretur. declarabimus mentem nr̃am, illius Cæsareæ Mti.

Agimus magnas gracias S. tuæ, et profecto plurimum nobis rem grata fecit, q̃ nobis significauit, quæ proposita sunt per dñm Archiepum, inter nonnullos Consiliarios, apud eum congregatos, habebimusq̃ oportunam aduertenciam et custodiam, in his omnibus rebus, à quibus nobis cauendum censet; quamuis ista diuerticula et artes eorum, qui suam intencionem perducere vellent ad effectum, nullius sunt apud nos momenti.

De Mrakschi, et alijs Nunctijs Cæsareæ Mtis, nihil adhuc certi habeus, Qui q̃ primum Cracouiam aduenient, reddemur cerciores. Nunc gracia Dei viuimus in bona pace ab hoste nr̃o, sed angit nos tam propinquus Thartarorum accessus, à quibus erit continuo metuendum. Et quamuis

sint in Russia, mille et septingẽti Equites: tamẽ nesciũs, quo modo illic vsq; ad Aestatem seruari poterint. Scribit ẽm nobis Magcus Nicolaus de Schidlowiecz, Castellanus Sandomirien, et Regni nri Thesaurarius, sibi ad Thesaurũ publicũ, non plus collatum esse, ex omnibus exactionibus q; xx Millia florenorum. Ex quibus iam soluit Stipẽdiarijs, et qui dudum seruiũt, et quos postea suscipi feciũs, stipendium demeritum, et pro istis eciam, quos demum vos, ex cõmuni cõsilio suscipi fecistis, summa' mutuo accepta mandauiũs. Prẽterea ex eadem sũma, soluẽdũ erit Thartaris, et ita quatr. sufficere debeat, nõ videns. Consiliarij vero nri, nihil aliud, cũ eos per lras consuluiũs, nos edocuerũt faciendũ, omnes id cõmittũt arbitrio, et dispensationi nrẽ. Sed hẽc est valde grauis dispẽsatio, cũ id deficiat, quod dispensari deberet. Vt aũt respicere debereus ad id, qd in futuro Cõuentu decernetur, si ventũ erit ad fertones, iuxta antiquas Quittacias, nos propescimus, quantũ id faciat. Quare sumus anxij et pplexi, qd facere debeaus. Intelligiũs qdem omnino necessarium esse, vt illic Stipendiarij seruentur, sed vnde id fiat nõ videns. Et ppterea cupeus, vt subditi nri habita rone tantẽ necessitatis et periculi, ingrederẽtur aliũ modũ, p defendẽda Repub^ca, q; ex fertonibus, qui tam incẽdijs, q; pestilencia, q; ecia' malo ordine exigendi cõtinue decrescũt. Et vtcum q; bene colligerentur; valde paruũ numerum stipendiariorum, possemus ex eis seruare.

Quod nobis S. tua scribit Exactores Regni, nõ posse se explicare, de exigenda Ciuili exactiõe, nos eos nõ possuus docere. Habẽt ẽm Vniuersales lras, ex gbus cerciores fieri possunt, quatr se gerere debẽt. Nam nos decreta generaliũ Cõuẽtuũ, mẽoria tenẽ nõ possuus. Verũtamẽ quatũ meminiũs, solum semel ipsa exactio Ciuilis cõtribui debet itidẽ vt fertones. Itaq; illæ Ciuitates et Opida, quæ post Cõuẽtũ Crac ꝓteritũ, eande exactiõez cõtribuerũt, ampliꝰ illa' cõtribuere nõ tenẽtur, quæ aliogn ex alijs exigi debet. Bene valeat S. tua

Sigismundus primus Rex Polonie Chr̃fero de Szidlowec Palat° et Capit° Cracouien: Regni Polonie Cancellario

Magce, sincere nobis dilecte, Scripsimus non pridem S. tue, et quibus; dam alijs Consiliarijs nr̃is, de his, que nobiscum egit, nomine Cæsa; ree Mtis, ad Matrimonium nr̃um, Magcus Bratislaus Swiehowski, quibus q̃ primum sententiam S. tue, et aliorum accipiemus, non negli; gemus respondere, et illius Cæsaream Mtem, vti promisimus, cerciorum de voluntate nr̃a faciemus, nō id absq̃ sciencia Consiliariorum nr̃oruꝫ facere noluimus, cum Matrimonium nostrum non minus ad Rempub; licam, q̃ ad nos ipsos, pertinere videtur. Imago vero, quam nobis Joannes Boner misit, satis nobis placet, dum modo sit iuste et sinceri; ter picta. Si tamen S. tua nobis aliam mittet, vt scribit, erit nobis id tanto gracius, quo ex collatione veriusq̃, res melius cognosci poterit.

Ad Conuentum Ducatus Masouie, decreuimus Consiliarios nr̃os mittere, qui motum illius oportuno modo sistere curabunt, verum quia id cō; mode, pro tempore designato, facere nequimus; misimus ad dnam Du; cem, et Consiliarios, ac Communitatem illam, venblem Stanislaum Tharlo, Archidiaconum Lublinen, Secretarium nostrum, qui ageret, vt Conuentus ipse, ad tempus aliquod nobis cōmodius mittendi, trans; ferretur, et interim, vt pars vtraq̃ se in pace et quiete contineret, ecciam si visum foret diem duci, sub vadio triginta millium florenoꝝ. Exauctorare vero ipsam dnam Ducem, et eius Offles, nobis equū non videtur, non em videremur eam excedere inuemisse Cum tamen

adhuc neutram partem, ream volumus declarare, Itaq; cum statuetur tempus aliud Conuentus, mittemus ad eum, et quæ necessaria fuerint faciemus.

Ex Orda Thartarorum, significatum est nobis, vniuersos et cum Imperatore traiecisse tam flumen Boristenis, et in Campis nris hyemare velle, Admonuitq; ipse Imperator Palatinum Kijouien, vt homines finitimi se in custodia continerent, et ad Arces transportarent, Impossibile em fore, tantam multitudinem et familiam, à se posse retineri, quin huc excurrat, et prædetur. Quare q; profecturi erunt, ad tantam vim sustinendam, hi sexcenti Stipendiarij, quos conducere feciſtis, S. tua intelligere potest, Quæ res nos plurimum angit, sumusq; soliciti, vt in hoc dominio, quoquo modo pecunias aliquas inueniamus, quibus delinire possemus filios Imperatoris, vt se ad terram hostis nri conuertant. Quod si efficere poterimus, erit spes aliqua quiecioris hyemis, Alioquin erunt Dominia nra, in magno discrimine, Nos vero plus ex nobis præstare non possumus, q; quod vires nræ ferre possunt, Quare emitatur tua S. vna cum aljs Consiliarijs, ne quod damnum, à præfatis hostibus, subditis nris inferatur. Et bene valeat.

Sigismundo primo Regi Polonie.

Erasmus Eps Roterodamus.

Reddite sunt michi Lre Sacre Mtis Vre, quibus michi perscripsit mentem Cesaree Mtis de matrim^a S. Mtis Vre. et exquirit sententiam meam: an vxor querenda sit. et que inter duas pcr Cesarem propositas. Dignissimum mysterium est Matrimonij vinculum. neq; enim potest nisi sanctissimum esse. quod Deus instituit: religio tenuit semper: leges humane ac diuine sanxerunt. Hor vnum enim ad productionem humani generis propagationemq; legittimam, nature inuentum est. isto regna et Ciuitates, et omes hominum status et pene Mundus totus consistit. Quod ante orlos habens Lignrgus Philosophus apud Lacedemonios instituit, vt qui vxorem non ducerent: hij estate arcerentur a Ludis, et hieme nudi forum circumirent. et a Senibus Athenien̄sibus qui vxoribq; carebant contemnebantur. Et veteri lege sanctum est vt restaurent. Alioqui genus humanum deficeret, ni liberis creandis opera daretur. Magnam insuper partem consolationis, vir optimus ex bona vxore habere solet, dum sit idem pene quod ipse. et in duobus corporibus vnus est animus: omnis consensus: eadem illi tristia eadem iucunda. et vix alter potest esse in vita, altero fido migrante. quorum iam partem teste experiēa, discere potuit Vra Mtas. Denicq; qui vxore non habet, domi non est. alio enim cogitat. alio suspirat. denicq; non quidquid gratum est. et nisi viri sapientes vxorem duxissent, non essent in orbe terrarum, tot excellentes reges, tot dignissimi Principes, et strenui milites. q̄ quibus omnes respe gubernantur florent et manutenentur. Et ad priuata descendam: si non esset huius Sanctmi matrimonii misterium: non haberemus vestram Sacram Mtem, ex qua regni huius et multorum dominorum salus dependet. Non haberemus Lodouicum, in quo tot et tantor. Regnorum salus consisteret. Salubberrimum itaq; consilium est Cesaris: qui vram Mtem super hoc pulsat. in quo etiam singularis integritas, et fidelis in eam amor denotari possunt. Debet merito suis in hoc persuasionibus acquiescere, et ranſam vxoriam quantocius curare, et eque tandem cum vita contendere, vt heredem nobis optatissimum relinquat. qui multorum discordiarum semente cum tempore aboleret. Augustus primigenii sui filios adhuc pueros Populo Romano, in publico spectaculo ostendit. hortatus et alios vt eum in tam pulcerrimo fructu imitarentur. Quandoquidem Natura non amplius, q̄ vnum nobis patrem dare potest. vxor vero et

multorum patet efficiaris tribuit. Sed quę inter duas propositas, eligenda sit, hoc opus: hic labor est. Quia tamen in hac vita honor maxime cum utilitate attendi et queri solet: cetera sint fabule. reginni ego sanguinem vt honori satisfiat eligendu reseco. eam quę Alfonsi Aragonum regis neptis est. neqz virtute alteri cedere potest. que Bona re et nomine credi potest. cognatio preterea cum alti gradus hominibus magis semper appetenda est, in quo tot plerumqz maior sapiena reluctre consuevit. ea vero quę ad comodum et utilitatem attinent: quanis in hystoriis legatur multi, qui dotem uxoribus dabant tantum, non accipiebant: sed dum ista Matrimonii sint adimenta: iure etiam omniu gentium et equitate summa observata, maius comodum minori iuste preferendu est. Ista enim, Septingenta millia, cum hiis quę post matris obitum accedere debent, secum prodote afferet. et sint certiora illis, quæ per devolutiom Flandrię et Burgundię Ducatuum sub magº dubio expectari deberent. cum duo supersint veri heredes: qui et alios ex se relinquent. et iste successiones semper cum armorum strepitu adiri solent. Etatem demum si recte metiri oportet, et ista multo habilior est quę decimum nonum annum attigit, philosopho in Politicis testante: puella rombio aptam, cum octo supra decem annos implenerit. Virum autem cum septem supra triginta superaverit. et iacta est alea. De pulchritudine disputare nil necesse est. Solent enim omnes puellę Italię et singulariter Neapolitanę, decore ac venustate ceteris præstare. dummodo defectu aliqui in salubritate corporis et membris principalibus non occultentur. quę omnia debent et possunt facile explorari. Supplebit reliqua, fides, amor et benevolentia mutua. et dominus Deus rem omnem diriget et felicitabit.

Si Viennam eundum erit, vti Cęsar optat. de hoc in proximis regni Comitiis Vtras Vra, cum Consiliariis suis consultabit. quia tamen sub eo tempore Cęsareę Mti respondendum erit, vt de voluntate Vtis Vre certior reddatur. ego etiam Viennam eundum censeo. quo et impense impharj minuentur, et maior necessitudo cum Ccs. Mte indies crescet. et cum Ordine Crucifferorum omnes differentię facilius fortasse inter solatia componi poterunt. Et roganda est Vtas eius Cesarea vt Magistru et primarios de Cruciferis illuc aduocaret. Secretum autem hoc vt mandat Vtas Vra apud me manebit.

Cupio Vtatem Vram optime valere et feliciter regnare. Cui me clementie me comendo. Ex Moxolin 19. Novembr 1517

423

Sigismundo primo regi Polonie / Mathias Drzewicki Epus Cuiavien

Sacratiſsime Rex, et dñe dñe clemen^me, et beneficen, Oratiombꝫ et fidelibus seruicijs commendatis, Dum heri cum terre Prus Sie Optimatibus, de Decimis soluēdis haberem tractatus: redditē sunt mihi lre vre S. Mtis expectatiſsime, cum quia vram S. Mtem incolumem, Deo fauente, testate sunt, tum quia indicarunt eandem animum inclinasse, in cōtrahendi Matrimonij intentionem, Vtrumq; em mihi iucundiſsimum est, et Deo omnipotenti gracias egi, q; tandem meam expectationem resoluere dignatus est, Nihil em mihi, et cuilibet fideli vre Mtis seruitori optatius est, q; eiusdem statum incolumem audire, nihilq; desyderabilius, q; id, vt ipsa imagimis Sue virtutis, Regno de se bene merito, heredem relinquat, Igitur non modo consulo, verum eciam plurimū supplex obsecro, vt vra Mtas quato maturius, ad cōtrahendum Matrimonii acceleret: nam cum expectatione diuturna, etas labitur.

Quod vero Sacra Cæsarea Mtas, vre Mti, duas anteponat virgines, vt vnam earundem, sibi in Consortem deligat, peuldubio ex integerrimo erga vram Mtem amore hoc facit, Scripsi nanq; vre Mti alias, me cognouisse, illius Mtem, plusq; integre, vram Mtem amare, et modū querere, vt ipsam sibi alliget, et obliget, Modus aut hic honestiſsimus est, et Regno suo vtiliſsimus.

De Illustr Principe Bona, gne sit, aut cuius condicois nescio, dotis tamen

plemitudo, ipsam insignem facit, Sed de Principe Leonora, laudatissimam famam, à plerisq; magnæ conditionis viris, audimi, Nam et virtus et forma, in eadem eximiè laudantur, Præterea ipsius Imperatoris Neptis est, et præter omnes, vt mihi persuasum est, carissima, Eidem duo Germani sunt Principes potentissimi, Quorum alter Christianissimi Regis filiam, et alter Neptem vrę Mtis, Sermi moderni Regis Hungariæ Sororem, sibi in Matrimonium desponsauit, Est etiam eidem Soror germana, Consors S. Regis Daciæ, Sunt præterea tot alij Principes magnæ estimationis, sanguine iuncti, Sic igitur futurum erit, vt vra Mtas, cum primoribus Christianæ Reipublicæ Principibus, contrahet sempiternam amicitiam foeliciter, Hæc ém recensui, nó ob eam rem, q; vram Mtem istud cognouisse melius nesciam, sed vt currenti calcar adhibeam, Nec hoc parui momenti est, q; Cæsarea Mtas, suum erga vram Mtem integerrimum affectum declarás, optionem eligendi proponat, et easdem virgines, ad locum propinquiorem deducere intendit, Tametsi vram Mtem, scio in omni sua actione esse prudentissimam, in hac quoq; Deo optimo Maximo suggerente, sapienciam non defuturam: tamen inditio meo, hoc consilium esset amplectendum, vt vra Mtas cum Cæsare conueniat, et virgines conspiciat, atq; sub vno et eodem contextu Sermi Regis Ludouici statui prospiciat, et tunc proculdubio præsenti aspectu, quod Dotes omnes superabit, vtriusq; habitum ad producendam prolem considerabit, Nam hæc omnibus desyderatissima expectatio est, vt vra Mtas, dum et hæredem Regno tradat, vt hoc genus omnibus amabile, per Stemmata perpetuo pie regnans, permaneat, Fortasis sumptus

861
2174

magnitudo, vrám Mtém deterrebit à Conuentu cum Cæsare, sed idem Deus, qui in cunctis prouidet vré Mti, et sumptum prẽparabit, et nos fideles Seruitores et subditi, in tam desyderatissimum opus, submini; strabimus subsidium, Et veluti mecum mente reuoluens conijcere pos; sum, multo minori sumptu hẽc res extra domum, q; domi, absoluetur. Tota ém impensa donariorum, et ad nupcias inuitandorum, retorqueretur in Cæsarem, Restaret duntaxat, ca turba, qué conductum faceret, vré Mti expediẽda, At cum vra Mté, fauente Deo, conuenientes super reliquo consultabimus, Auspicata igitur fronte, in nomine dni nri Jesu Christi, vra Mtás aggrediatur hoc negocium, vt tanto celeri; vs confici possit, Interea vero eciam consultabimus, quomodo cum perfidis hostibus agendum sit, siue qualis modus defensiomis constitu; endus, Sed vereor, q; vra Mtás isstinc non prius poterit mouere pedé, q; aliquid aut de pace, aut de Treugis constituat cum Moscho.

Hic fama est, q; Oratores Cæsaré Mtis venirent ad componẽdam eam pacem inter vram Mtém, et cum hostem temerarium. Et ideo vra Mtas, vix poterit ad celebrandum Conuentum in Regnum venire an; te Carnisprium, Dare tamen operam deberet, vt se isthinc matu; rius absolueret, et cicius in Regnum adueniret,

Deus vram Mtém per omnia incolumem foeliceq; faciat, et seruet sem; per. Cuius gracie me et fidem meam commẽdo. Datum Dersbomé quarta Nouembris. Anno dñi M°. D°. xvj°.

Sigismundus. I. Rex Polonie

Matheo Cardinali Curcen Coadiutori Salczburgen. Et Cesaris Maximiliani in Italia Locumtenenti

RMe in Chro pater, et dne amice nr charme ac honoran, Qmuis iam multis alijs argumentis, cognita et perspecta sit nobis abunde singularis benevolencia, erga nos, et studium, in rebus nris vre Rme D: tamen hec illuis cura et opera, quam mox, intellecto Serme olim Conjugis nre immaturo obitu, impendere cepit apud Cæsaream Mtem de altero Matrimonio nro, quod maxime ex re et dignitate nra fieri videretur, maioris cuiusdam apud nos testimonij, pondus habet, Ex quo tantum quidem voluptatis cepimus, vt magis nulla alia ex re capere potuerimus, Verum q hactenus neq Cæsaree Mti, neq Rme D. vre, Nuncio, aut lris nris declarauimus, q nobis gratus fuerit tantus illuis Cæsaree Mtis in nos affectus, et quid animi in ipsa re Matrimonij haberemus, fecit partim geminus noster luctus, iactura tam vnici et concordissimi fratris, q eciam charme Coniugis, partim summe bellice difficultates, quibus hoc toto tempore distinemur, et gne, à connubialibus solacijs longe dissident, Sperantes q sedatis paulisper his inquietudinibus nris, potuissemus cum illuis Cæsarea Mte, et vra Rma D. liberius et decencius rem aggredi, Postq vero illuis Cæsarea Mtas, dignata est superioribus diebus mittere ad nos Magcum Bretislaum de Swihaw, Mgrum Curie Sermi dni Regis Ludouici, et affectum, amoremq suum fraternum, in nos, cumulacius testari, propositis nobis ad eligendum duabus clarissimis virginibus, vczt Illma dna Leonora Principe Burgundie Nepte

sua, et altera Illma dña Bona, ex Regno Neapolitano, voluitq illius
Cæsarea Mtas, animum et voluntatem nram sibi declarari, nolluis comit-
tere, vt Mtas sua, causa vlla haberet, vel arguendi nos ingratitudinis, vel
suspicadi sinistre de nra suma in se observancia et amore, Sepositisq co-
gitacoibus et curis bellicis, rem nobiscu, et cu fidis Cosiliarijs nris ppedims,
Et stetit sententia, vt cu illius Cæsarea Mtas, arbitrio et electioi nre, id
deferre dignetur, eligaus pocius Neptem Sue Mtis Cæsaree, q vllam alia,
Intelligims cm hac foelici affinitate, no solu beneuolecie et coiunctioi nre
mutue, qua nihil apud nos charius habem, sed ecia vniuerse Reipublice
Chriane, plurimu vtilitatis accessuru. Qua sententia et instituto anim
nri, mittius ad declaradu illius Cæsaree Mti, Nunciu nrum Gnosu
Raphaelem de Leschno, Capitaneu Schlochomien, Quem cu ipso ne-
gocio Srti vre Rme impense comendaus, Rogausq illa enixius, velit
opam suam omnem prestare, quo hec res, vti ea nobis, et ipsa primu, me
dio Magci Christophori Palatini Crac, et demu Cæsarea Mtas, per dictu
Nunciu suu Magcum Bretislau Swibowski obtulit, effectu suu celere
sorciatur, Qua opam voluus vicissim vre Rme D. omni studio, et bene-
volecia nra sep referre. Licet vero rone bellice occupacois nre no pote-
rit hac Aestate Matrioiu ipsu cosici, tamen poterut co tpis medio solenes
à nobis Oratores mitti, qui et rem cu dignitate debita trasiget, et nupcijs
diem designabut, Sro quo esset qdem multo comodius, vt ptata Illma dña
Leonora Vienna adduceretur, Vt ecia Cæsarea Mtas se effectura obtulit.
Quod vt fiat, vra Rma D. agere apud sua Mtem dignetur, Laude
huius tam insignis negocij no mediocrem, debitumq apud nos, et gracias
amplissias habitura, Que sit fochix et incolus, nosq et res nras, bene-
volecia et studio, quo solet coplectatur, et Cæsaree Mti diligeter comedet.

Legatio a Sigismundo .i. rege Polo^e ad Cesarē Ma: ximilianum

Data Raffaeli de Lesszno.

Nuictissime Cæsar, Inter alia benevolencie, amoris, et officij fraterni, plurima et nō vulgaria testimonia, quē Sacra Mtās vra, erga Sermū et graciosissimum dnm meum Regem prestitit, hoc eciam illius Mtās, ne, quāq; postremum putat, q; sublata ex humanis Serma olim dna Barbara Regina, Conuige sua concordissima, è vestigio vra Celsitudo, dignata est illius Mtem, cum inuisere, et consolari, suis benignissimis lris, tum ad ea cohortari, quē illi, et Sermo dno Regi Ludouico, Regnisq; ꝫ, et Dominijs veriusq; ꝫ, racione posteritatis et prolis masculinē relinquēde, expedire putauit. Et insuper partim per dnm Epum Wladislauien, et me, cum munere Legationis, apud vram Cæsareā Mtem, fungebaur, partim medio Rmi dni Car^lis Gurcen, et dni Christophori Palatini Crac, dignata est vra Celsitudo, offerre et pollicēri vltrò suā opam et studium, quo illius Mti cōciliaret in Matrimonium eam Coniugem, quē maxime ad ornamētū domus Mtis suē ac cōmodum Regni, et Dominiorum suorū cedere videretur. Qua solicitudinem de rebus suis, et tantū in se affectū vrē Cæsareē amplitudinis, q; illius Mtās grato et iucūdo acceperit animo, facilius est vnicuiq; existiare, q; mihi exponere. Sed q; hactenus illius Mtās, neq; gracias egit vrē Celsitudini per Nunctium suum vt debebat, et dudum proposuerat, neq; mētem et voluntatem suam illi in ipsa re Coniugali declarauit, fecit partim geminus et grauis dolor, quem illius Mtās, tum fratris sui desyderatissimi, tum charmē Coniugis obitu, cōceperat. partim varie et multiplices difficultates, motusq; bellorū, in qbus Mtās sua toto hoc tempore conflictatur,

et qui illam totam sibi vendicat et distinet. Speras Mtas sua fieri, vbi se paulo hac occupacoe explicare potuisset, vt postea de his rebus cum vra Cæsarea Mte, comodius et liberius ageret, Verum postq vra Celsitudo clarius et cumulacius illius Mti suam in hac re beneuolencia, et fraternum amorem, exhibere voluit, misso ad illam Oratore suo insigni, dno Bretislao de Swchow, Mgro Curie, Sermi dni Regis Ludouici, Et duas clarissias virgines illi in Matrioiz spponere dignata est, videlicet Illmam dnaz Leonoram Principem Burgudie, Neptem suaz, et alteram ex Regno Neapolitano Illmam dnam Bonam, filiam dne Ducis Bari, vt vtra vellet, eligeret, et vre Celsitudini significaret; Serma Mtas dni mei, vtcumq magnis curis, et occupacoibus implicita, que à nupcialibus solacijs sunt multu aliene, tamen ne vra Cæsarea Mtas, aliqd aliud in hac re suspicari posset, et sinistra opinione de illius Mtis animo cocipet, dignata est me, ad vraz Celsitudiez, q celerius potuit expedire, et institutum animi sui illi aperire.

Primis aut agit et habet Mtas sua sumas et meritas gras vre Ces. amplitudini, de tanto affectu et amore, que erga sua Mtem tot argumentis, et officijs frnis, vra Sacra Mtas exhibet, et pollicetur illius Mtas eundez affectum et amorem vre Celsitudinis, illi vicissim, quoad vixerit, omni beneuolecia, studio, et facultate sua semp demereri et referre, Idq omne pariter ex se, atq omni ope sua prestare, quodcuq vnq intelliget, ad comodum, dignitatem, et placitum vre Cæsaree Celsitudis futurum.

Perpenso aut secum Mtas sua salubri cosilio et frno affectu vre Celsitudis, habitaq secum, et cum fidis Cosiliarijs suis matura deliberacoe, cepit eius Mtas animum et voluntatem, alteru demq inire Matrioiz, et quod foelix, faustum, ac fortunatum sit, Illmam d. Leonora, Neptem

vrē Cæsareē ampl, sibi prē cæteris deligit et optat. Idq cum multis aliis de causis, tum maxime ratione vrē sacre Mtis, Cum qua, licet illi satis firma et arcta necessitudo intercedit: tamē hoc foelicis et sacro sancti Matrimonij vinculo, sperat adeò Mtās sua, vt optat, suam deinceps cū vra Celsitudine Coniūctioēz, multo clariorem firmioremq futuram, qua pro suo incredibili in eam amore et obseruācia, nihil apud se prius, antiqus, et prēstācius esse ducit, Rogatq plurium vraz Sacra Mtem, vt, quo hēc res ad celerem et optatū finem pducatur, opam et fauorem suum prēstare dignetur. Intelligit em Mtās sua, q hoc clarissimz Combius ccederet, cū in magnū decorez et firmitatez Domorū vtriusq Mtis vrē, tum ad vniuersē Reipublicē Christianē summam vtilitatem et amplitudinem.

Post Responsum Cæsareē Mtis

Dicendum erit cum eius Mte, q hēc res Cōnubialis pduci nō posset hac Aestate propter bellū, cui Mtem Regiā intēdere oportet, Et q ta cito se Mtās sua hinc ex bellicis difficultatibus, qbus distinetur, explicare nō posset. Verū q, intra hoc tēpus, mitteret Mtās sua Cōsiliarios suos, viros insignes, qui rem cū dignitate debita cōficeret, et tēpus Nupcijs designaret. Pro quo vt eius Cæsarea Mtās adduci faceret ipsa illustrimaz Neptem suā in Ciuitatem Viennam, vt per dnm Swchowski se obtulit, quo deinde illinc cōmodius ad Regnū deferri possit, erit rogandum.

Cæterum, postq vtrumq Regnū Hungarie et Bohemie, cōcorditer elegit vram Cæsaream Mtem, et gracioßissimū dnm meuz, in Tutores Sermi dni Regis Ludouici; intelligit Mtās sua expedire bono Statui ipßius Sermi dni Regis Ludouici, et Regnorū eius, vt cum vra Cels. simul cōueniret, Quod Mtās sua cupet qdem q celerius fieri, cia multas alias ob causas,

et pſertim, vt fruerctur mutuo colloquio, et pncia vrē Cæs. Mtis, qua vni; ce diligit, et obſeruat, verū qa Mtas ſua eſt cū hoſte ſuo bello occupata, Ita ēm per Exploratores ſuos didicit, q; ille paret ſe hac eſtate aduerſū illam. Propter quod Mtas ſua, ſe viciſſim inſtruit, vt ſibi et Dnijs ſuis, nō ſinat damnum, aut leuitatem inferri, Et mādauit ſubditis ſuis, vt parati eſſent ad occurrēdum omni periculo, et neceſſitati, Putat illuis Mtas hūc con; greſſum mutuū, tam cito fieri nō poſſe, vt cupit, et expedire videtur, tame adnitetur Mtas ſua oībus viribus, vt ſe ſuo bello q̄ celerius explicare, et cum Sacra Mte vra conueniri poſſit. Interim aūt, ſi qua bona feudalia deuoluerētur ad ipsū Sermū dnm Regē Ludouicum, vt id ſepe in vtroq; Regno ſolet accidere, Rogat pluriūq; Mtas ſua, vram Cels. declarare illi dignetur suaz sntjam, quatr ei videretur de talibus bonis caducis disponēdum, cōſeruari ne deberet ad annos lītios dicti Sermi dni Regis Ludouici, vt ipsa vel iure, & merito, fieri debere putat, an aliter. Nam in oībus sequi vellet Mtas ſua cōſiliū et arbitriū vrē Cels. nec ab ea in minima quaq; re diſſentire.

Preterea, cū Serus dns meus collocauit in Matrioniq; Illme Sorore ſuaz, dno Friderico Duci Legnicēn, voles Statum illuis facere honoratiore, curauit vt dns Dux Caſimirus illi Capitaneatu Inferioris Sleſie cederet, Quia vero talis inter eos reſignatio parū firma et valida videtur, rogat Mtas ſua vram Cels. vt illā ratā habere et cōfirare velit mutuo cū ſua Mte.

Deinde, qa Serus olim Rex Wladiſlaus donauerat Mti dni mei id Juris, quod q; deuolui ad eū debeat poſt mortem dni Ducis Opolien, in ipso Ducatu Opo; lieſi, Quod Mtas ſua, cū cōſensu eiuſdez Sermi dni Regis Wladiſlai, donauit rurſū, et trianſfudit in dnm Casimirū, Hec aūt res eo inualida videtur, q; ipse Sermus dns Rex Wladiſlaus deceſſit viuēte adhuc dno Duce Opolien, Rogat Mtas ſua vraz Cels. dignetur huic Donationi Cōſensū ſuū

pstare, et illa ratam habere, comittit tamē hēc, et alia omnia cōsiliō et arbi-
trio vrē Sacrē Mtis, Cui semp in oibus deferre, et inniti vult, et pollicet.

Postremo habet in bona memoria Ser^mus dns meus Rex, quātr cū vra Cæs.
Mtē coram de Mgro Prussiæ, et eius Ordine cōstituerit, postea tamē ad po-
stulacōm vrē Cels. nihil Mtās sua cū illo inceptauit, nec debitū sum exegit.
Verū ipse Mgr nō cōtentus pacīcia Mtis sue, mlta molitur, partim Rome,
partim apud vicinos Pncipes, vt ingerat aliquas difficultates Mti sue.
Pr̄terea anno supiore, admouerat Exercitū ad trām Mtis sue Samogitiæ,
et in gratificacōm hostis Mtis sue aliqd hostile patrare voluit, sed inuētis
illic validis p̄sidijs, coactus est re infecta discedere, Nūc aūt munit arces,
delectus hoīum facit, et stringit varijs iniurijs subditos Mtis sue, vt illi
ptesi ingetudinis, et difficultatū suarū, se ei subderēt, Quē res nō est vlte-
rius Mti sue vllo modo fereda, Et pinde rogat pluriūz vrāz Cels. dignet
ipsum Mgrūz, ab eiusmodi conatibus, debito et pfessioni eius indignis, re-
trahere, et admonere eum, quo debito suo satisfaciat, Et sup oibus cōsulere
velit vra Sacra Mtās Ser^mo dno meo, qd vlteri agere cū illo debeat, si eo
modo se gerere, aduersus illius Mtēz voluerit, nec ab his cēptis suis desiterit.

Memoriale dno Raphaëli.

Si Cæsarea Mtās, rnderit se nodum exploratum hre ad plenū volūtatē dni
Regis Caroli, de dna Leonora, et q. vellet adhuc opam p illa facere, iube-
retq vos expectare, id faceretis, et per lras manu ppria scptas, reddetis Mtēz
Regiā certiorem. Si vero dixerit se rem pducere nō posse de d. Leonora,
et alia, vzt D. Bona cōciliare Mti Regiæ volet, dicetis se de illa in cōmissis
nihil hre, sed significare vos velle Mti sue, ēdercq q. et breui rnderet illi
Mtās sua, et in oibus generātr id faceret, qd cōsultum videretur sue Cæs. Mti.

De Excudendis falsæ monetæ Regni Mtis Regiæ, roganda erit Cæsa-
rea Mtās, vt nihil statuat, absq mutuo scitu et consilio Mtis sue, Nam

et illa vicissim nihil in hac re et alijs facere vult, absq; mutuo consensu, et cō; silio illius Cæsareæ Mtis.

Dscendum eciam erit, vbi sermo incideret de his quæ multi fingunt, vt hanc coniunctionem Mtis suæ cum Cæsarea Mte, soluere possint, quibus vt Mtas sua fidem non adhibet, it idem sperat, et petit vt Cæsarea Mtas nō credat, nec coram se logui permittat.

Sigismundus primus Rex Polonie Raphaeli de Lessno Oratori ad Cesmaximilianu misso.

GEnerose etc, Reddidit nos certiores Magcus Palatinus Cracovien, et Joannes Boner, te in itinere morbo correptum decumbere, Quod est nobis valde molestum, Scis em in q; arduis negocijs te missimus, q; illas celerius exequi velimus; quando quidem multa euenirent ex mora nocumenta, Quare si releuatus es hactenus, vt munus tuum obire possis, Mandamus tibi, vt per hunc Cubicularium, Instructiones omnes mittas Cracouiam in manus dicti Magci Palatini Crac, Opus enim erit, vt alius loco tui q; celerius expediatur. Aliter non facturus pro gracia nostra.

volumus vt ita z tu/ sine mora prosequaris
Sin vero adeo langueus, vt id nec comode
facere non possis

S. i. Rex. Polonie

Chr̃oforo a Sidlovec Palat° et Capit° Crac. Regni Polo^e Cancell°

Magce sincere etc. Affecit nos magna molestia egritudo Raphaëlis. Negocia ẽm, in quibus missus est, moram non paciuntur. Et proinde si hactenus non conualuit, id quod ex Cubiculario nr̃o quem ad eum misimus, S. tua breui cognoscet. volumus vt Venblis Joannes Carnkowski, loco ipsius q̃ celerius proficiscatur, Scimus ẽm illum esse paratum. Generosum vero Petrum Kmitha libencius missẽus, vt qui et notus illic sit, et Cæsareæ Mti gratus: sed electus in Nunctium ad Comitia Piothrcomien, tam cito se expedire nõ posset, vt res exigit. Quare S. tua, diligenter instruat ipsum Carnkowski, iuxta eam Instructionẽ, quam Raphaëli dedimus, et quam illi mandauimus, ad manus S. tuæ mittere, si solus ire non poterit.

Ea vero quæ nobis S. tua scribit, fieri per dñm Vaynodam Trãsyluanẽ, nobis multum displicent, verum cum iam sepius, et illum, et dominam Ducem Matrem admonuimus cum per lras, tum eciam per Nunctios, non videtur nobis ampluis eos hortari, Sed cum se aliter gerere voluerint erga Dominum Suum q̃ deceat, non aderimus illis in his, quæ rursus eis accidere poterint. Agant igitur suo periculo, quando toties admoniti, suum officium et debitum non faciunt. Et non dubitamus, q dña Dux, libenter videret, vt dñs Voienoda, obseruaret fidem et obedienciam debitam, Sed ille fortas se eius voluntati non paret. Et proinde non videtur nobis tociens et frustra illum admonere.

851

851
929

Filias mras, quando aura suspecta non est, volumus in Niepolomicze manere, Nam et non satis tutum esset illas inde nunc mouere propter ingencia frigora, Bene valeat S. tua.

S. I. REX. P.

Joanni Garnkowski PP Scarbimirien
Secretario suo.

VEnblis, etc. Designauimus ad Cæsaream Mtem Nunctium Generosu Raphaëlem Lescinski, in quibusdam multis arduis et necessarijs negocijs nris, Qui cum egritudine correptus, nequeat iter istud segui, volumus, vt tu loco ipsius proficiscaris: quandoquidem res est, que moram non patitur, et tu, vt nobis scripsisti paratus isthic existas, Quare si ipse Raphaël ire nequibit, tu q3 celerius te expedias, et vadas celeriter illo, vbicumq3 suam Mtem Cæsaream inuenies, ac iuxta Instructionem nram, quam tibi Magcus Palatinus Crac, aut in eius absencia Joannes Boner dabit, ages omnia diligenter, cum ea prefatione, q3 dudum Raphaëlem ad suam Mtem miserimus, Sed eo inter eundum egritudine correpto, tu loco eius missus fueris, vt sua Mtas, de mora nos no accusaret, aut ne quid sinistri de nobis suspicaret, Precipimus vero tibi districte, vt ea, que agere debebis, agas cum consilio Rmi dni Cardinalis Gurcen, et nemini alteri comices, preter Joannem Mrakschi, si illic fuerit, Res em sunt, quas et hic et illic secretissias esse volumus, Aliter no facturus pro fide tua et gracia nra. Quod vero ad viaticu tum attinet comisimus Joanni Boner, vt de illo tibi puideat.

Sigismundus Primus Rex Polo[e]

Chiffero de Schidlowicc Palat[o] Crac[ē] Regni Polo[e] Cancell[o]

Mage sincere nobis dilecte, Inter coetera retulit nobis Nunctius Cesaree Mtis, q; illius Mtas omnem impenderit operam, vt conciliare nobis in Matrimonium potuis set Neptem suam Illmam dnam Leonoram, verum no potuisse se hanc rem vllo modo perficere, propterea q; renuant omnes tam Regni Hispanie, q; Burgundie Optimates, illam tam longe tradere; Ad quam omnia illa Dominia, mortuis fratribus, qui adhuc pueri et debiles sunt, devolvi deberent, et cōsulit nobis illuis Cesarea Mtas, et optat multum, vt accipiamus dnam Bonam Principem Bari, as Jerens se nullam preter eam scire, que congrueret egue dignitati, et rei nostre, q; illa, Declaravitq; nobis sua Mtas, et genus et Dotem illius, vtrumq; non vulgare. Preterea venit cum ipso Nunctio, Secretarius Matris ipsius virginis, et imaginem eius attulit, que nobis bene placet, Retinuimus illum tantisper, donec per Raphaelem cerciores fiamus, Et licet non dubitamus, q; illuis Mtas iam aliter non respondebit, q; nunc significavit: tamen non videtur nobis, vt cum illic Nuctius noster sit, aliqd aliud constituere, eius responso non habito, deberamus, Quicqd aut facere deliberabimus, reddemus prius S. tua, et alios Consiliarios nros cerciores.

S. Is Rex P.

Clr̃o foro a Sidlowec.

Magce etc, Intellexeramus abunde ea, quæ nobis S. tua scripsit, se de conseruatione Cæsareæ Mtis erga nos, à Groff Petro accepis se, et perpendentes illa nobiscum, eorumq; omnium causas et circũstancias discucientes, induci non possumus, vt illa vera esse credamus, Quæ ẽm ratio esse potest, vt illius Mtas propensioris animi sit erga Ducem Moschouiæ, q; nos, facta præsertim inter nos mutua reconciliatione, et noua necessitate, non videmus? Quinimo cum dño Epo Quinq; eccle; siensi, omnia vel cómenta, vel nullius momenti esse existimamus, Et proinde non videtur nobis, vt aliquid cum ipsa Cæsarea Mte, de nugis istis, per Nunctium, aut trás agamus, ne illius animum vel irritaremus, vel saltem ancipitem redderemus, de nra in eam constante fide et benevolencia, Et profecto eciam si cõpertum haberemus ea à veritate non abes se, cõsulcius esset in his, cum illius Mte, dissimulare, ne quasi exprobrare illi videremur factum nõ conueniens, vnde et pudere eam oporteret, et deinceps nõ forti amicicię nrę fideret. Solet ẽm ex deprehensione culpę alicuius, odiũ plerumq; nasci, Vt cũq; est, valde nobis rem gratam fecit tua S. q; hęc quæ intellexit, quæq; ipsa censet facienda, nobis declarauit, fecit hoc ecia ex debito et consuetudine fidei et solicitudinis suæ in omnibus negocijs nris, Ne aũt pemtus hęc silecio prętereamus, videtur nobis, et volumus, vt S. tua, cum ad dnm Cardinalem Gurcen, nomine suo scribet, inserat illi ista omnia, prout inter alia magis congruum videbitur, tanq; ea in

Hungaria, vel cum inde redibat accepiſſet, et nobis declarare noluiſſet, Non dubitan illa ita vt indigna, ſic commentricia et vana eſſe, Tamen q̄ id S. tua illi ſignificare voluerit, vt intelligeret eſſe nonnullos, qui ommibus viribus enituntur, quo hec coniunctio nra, cum illius Cæſarea Mte dis̄ſolueretur Ad hunc ſenſum ſcribendo ad ipſum dnm Cardinalem, poterit S. tua illi omnia, que accepit, quaſi nobis ignorantibus, ad plenum declarare, et hortari illum, quo ageret, apud illius Cæſaream Mtem, vt quemadmodum nobis bona fide pollicita eſt, ita effectu ſe gerat et exhibeat, tam in negocio Moſchouitico, q̄ ꝫ alijs rebus, et conſeruatione beniuolencie, et neceſſitudinis nre mutue, vtq̄ ꝫ eius Cæſarea Mtas efficeret, quod per Lanthalconem eius Nunctium ab ea poſtulauimus,

Quando vero idem dns Cardinalis Gurcen S. tuam, de voluntate Serenissimi Hiſpanie Regis Caroli, in eo, quod ad Sororem eius attinet, certiorem faciet, nobis ſignificare non negligat, vt quid illam in hac re agere voluerimus, ipsum edoceamus.

Ea que nobis ſcripſit dns Dux Caſimirus, de captis falſis Excuſſoribus Monete Regni nri, et Duce Ratiborien, nobis valde displicuerut verum, ne quid temere, vel in conditionem Ducis illius, vel eciam dignitatem mam, inciperemus, non viſum eſt nobis ad pſens eorū aliquid facere, quod ipſe Dux Casimirus nobis ſuaſit, Sed cum agitur de non vulgari dispendio Regni nri, ſtatuimus hanc rem ad Conſiliarios noſtros primarios referrēdam, et Conſulere illos, qualiter nos in illa gerere deberemus, cum decenti proceſſu et dignitate noſtra, Mittimusq̄ ꝫ S. tue exemplum lrarum, quibus illi reſpondemus, vt in eadem re ſententiam mam cognoſcat,

Status rerum nostrarum is est, quem non pridem S. tuæ, vna cũ dño Archiepo significauimus, Admouerunt quidem Cruciferi, armatas quasdam gentes, ad Confinia terræ Samogitiæ, sed intelligentes illic præsidia nra esse, continent se.

De Duce Moschouiæ eciam nihil aliud sentimus, q̃ q̃ se ad oppugnãda Castra nra accingit, Cũi cum hac gente nra, quantum poterimus, resistemus, quam his diebus iam in campum mittimus,

De discessione Thartari à foederibus nris, nihil comperti habeus, et omnino si quid esset, Nuncij nostri, quos illic habemus, nobis declararent. Sed q̃ irruptiones ab eis abiguot, tam in Rus̃ iam q̃ in Dominium hoc sunt factæ, fit vt remur, licencia nonnullorum Latrunculorum, quos ille Cæsar cõtinere nõ potest, et præsertim nũc, cum propter pestilenciam omnes ex Orda discesserunt, et per Campos libere vagantur. Bene valeat S. tua. Datum.

856

S. 1. Rex. P

Chr°foro a Sidlouec Palat°. Cancell°

MAgce sincere nobis dilecte, Intellexim⁹ abunde hec, que S. tua nobis, et illi Generosus Joannes Mrakschi, scripsit, et grata est nobis plurimum hęc solicitudo S. tue, de rebus nostris.

De Nunctio, quem mittere deberemus ad Conuentum in Moraniam, non videtur nobis faciendum, Cum enim ad Bohemiam non miserimus, opus non videtur in Moraniam mittere vel scribere, eciam ex die Conuctus ipsuis designata, videtur res serior esse facta. Verum quando huc Oratores ex Bohemia venient, quicquid ex eis intelligemus opus esse facto, ad rem tutelę, tam in Moravia, q3 alibi, nihil facere negligemus, Expectamus vero ipsos Oratores grato animo, et non minus Cesaree Mtis, erga quam nos omni fide et affectione volumus semper conservare, et ea omnia facere, quæ eius Mti placere intelligemus

Quod aut nobis S. tua scribit esse isthic in Regno quosdam motus et conspirationes aduersum nos, ob hoc damnum, quod est per Thartaros illatum, sd quidem nos nihil solicitat, cum per nos nihil stetit, quod fieri potuit ad defensionem Reipublice, nihilq3 egimus inconsulta S. tua, et alijs Consiliarijs nobiscum Sandomirie existentibus, et quod illis visum fuit faciedum, nihil prętermisimus, Eciam quid subditi nri in nos moliri deberęt, non videmus, futurumq3 est breui, quod clare apparebit, cuius culpa hoc dispendium est factum.

De natis nris, quando circum Crac pestis serpere incipit, nescimus quo alio transferri deberent, nisi in Radom. Itaq3 S. tua pquiri

faciat, si ibi sit aura salubris, Nam si in Niepolomice secure ma-
nere nō possent ipse natē īrē, traduci eas illuc faceremus. Valeat

S. I. REX. P.

Chr̄oforo Widlowicio

MAgce sincere nobis dilecte, Immeritō queritur de nobis cōmunis Nobilitas, vel quisquis est alter, q̄ nos Regnum neccssarijs prē-sidijs et cura destituueremus: quandoquidem et tempestiue Mercena-rium Militem conduci fecimus, et omnia quē intelligebāus à Thar-taris, vel aliunde imminere, non negleximus Capitaneis, et alijs Primoribus declarare, Vltra quod eciam si in visceribus Regni essemus, quid magis facere deberemus? non comperimus. Cum cēm Nobilitas, suas habet immunitates, nobis ei, nisi quatenus ille sinunt, imperare non licet, verum hortati sumus per lr̄as eos, qui proximiores sunt periculo, vt tam pro virtute q̄ necessitate sua, accurrerent cōmuni dispendio, Quē nr̄a exhortatio cum parum proficiat, non possumus iure accusari,

Lr̄as vero Restium, vt eciam S. tua nobis scribit, non visum fuit in tumultario periculo emittere, quando quidem terrē minoris Poloīe non mouerentur absq̄ illis remotioribus, Et si vniuersum Regnū moueri deberet, et sera res omnis ēs set, et maioris detrimenti q̄ vtilitatis. Vtcūq̄ est, si tua S. vnacū alijs Consiliarijs et No-bilitate in Conuentu, quem nunc simul agere debuerūt, cōstituert

ipsas lras Rostium emittere, reddat nos cercio res, Et quicqd aliud putabunt à nobis posse commodè, et ex re fieri, nihil prętermittens.

Hostis noster Moschus, discessit ab obsidione arcis Vistempsko, apud quam triduo duntaxat iacuit, Et nihil ad presens aliud agit.

Magister Prus sić ecciam à finibus Samogitić discessit re infecta, Missiq ad nos Legatos, purgando se et pernegando omnia que struebat.

Permittimus libenter, vt S.tua ad vxorem descendat, verum quod ad Sororem eius attinet, nolumus vt nunc à liberis nris discedat, partim ob infectionem aurę, quę multa loca occupauit, partim q non deceat ipsas filias nras, cum vna solum Matrona degere, quas non est visum nobis alio trans ferri, Ereq̃ens ćm mutatio fit plerumq̃ exicios̃a, Mancant itaq̃ in Niepolomice, et nemo extraneus ad nos mittatur.

Sigismundus. 1. Rex Polonie Nicolao de Sidlovec Thesaur° Regni

Magce sincere nobis dilecte. Quando ex Regno discedere debuimus, edocueramus S. tuam, q3 diu soluere deberet stipendium his Militibus, quos ad Russiam conduci fecimus, Et ita non visum fuit opus istud repetere. Volumus itaq3 vt S. tua soluat illis ipsum stipendium, et in seruitio illos manere permittat, ad medium tercium Quartale anni, vt est de Constitutione communi, Et si necessitas postularet, vt diucius computari eorum seruicium deberet, redderem debinc S. tuam cerciorem, Cuius profectio ad occurrendum publico discrimini, est nobis non mediocriter grata, et volumus eius, inter alia S. tue merita, equam et benignam habere racionem. Vilne

S. 1. Rex. P. Jordano Castell° Voinicen.

Magce sincere nobis dilecte. Hoc omne, quod S. tua intelligit ad vtilitatem rerum nrarum pertinere, volumus vt faciat, Et cu tres Piscine sint, que demitti hoc anno deberent, illas demittat, piscesq3 comunes vendat, et seruet pro nobis electiores,

Quod ad testamentum olim Joannis Galka Plebani Biecen attinet, postq3 audius esse nunc in terra Crac Generosum Nicolaum Lancz; korunski, volumus vt in exequtionem ponatur, Nam ta diuturna

dilatio posset nobis afferre nó modicum detrimetum, Libenter sci
reus an Magcus Castellanus Cruc, reddiderit lras supra bona nostra
Lanczkoron, et similr octingentos florenos pro Arce Camenecensi,
Staq reddat de his S.tua nos cercriores. Cætera significabim
per Generosum Castellanum Polaniecensem.

881
434

S. i Rex. P.

Chr°fero de Schidlowec Palat° et Capit°
Cracowiensi. Regni Polonie cancell°

Mágce sincere nobis dilecte, Mittimus hunc Cubicularium, ad inuisendú chariſsimas Natas nr̃as, quas vellemus quidem iam ad aliũ locum trãs; ferri, sed veremur, ne illic, vbi manere deberent, satis salubris eſſet aura. Credimus tamen in Chaczini nullum eſſe periculum, quod S. tua perſcrutari poterit, Et si comperiet non eſſe aliquid metuendum, faciat vt illuc traducantur, Videtur ẽm nobis ille locus salubrior, et commodior eſſe pro manſione ipſarum.

Nihil ſcripsimus hactenus S. tuæ, de rebus et succeſſibus nr̃is, quia nihil tale euenit, quod ſcribendum eſſet S. tuæ, et aliis Conſiliarijs nr̃is, Omnia ſunt quieta in finibus, Idq; vt putamus, non minori anguſtia et laſſitudine hoſtili, q; nra, Fiunt tamen à nobis illuc crebræ incurſiones, et gracia Dei, cum victoria noſtri ſemper et prẽda reuertẽtur,

Id vero, quod S. tua ſcribit, Ducem Conſtantinum eſſe à Thartaris profligatum; nobis aliter conſtat, Nam vt cũq; aliquos ex ſuis amiſit, victoriam tamen obtinuit, et prẽdam omnem abegit,

Lrę omnes, quas nobis S. tua ſcripsit, ſunt nobis reddite, prẽter eas, quas afferre debet Jaſtrzębſki, Adhuc ẽm non venit.

Mittimus Quittanciam. ad Magcum Andream de Radzeiowicze Palatinum Plocẽn, pro ea pecunia, quæ dari debet Matronis et puellis illis quæ ſũt circa filias nr̃as, vt secũdũ ordinacõm nr̃az illis diſtribuat. B. V.

Sigi. Rex. Polonie

Sophie castellc Sandomirien
Elisabete Sborowska castelle Zarnouien
nutricibus filiarum regiarum : Babam .

Magce sincere nobis dilecte, Mittimus ad inuisendum charmas Natas nostras hunc Nunctium, de quarum valetudine vos diligenter nobis significatis. Scribimus eciam Magco Christophoro de Schidlowiecz, Palatio et Capitaneo Crac, Regnq nri Cancellario, vt si ab insalubri aura, nullum esset periculum in Chaczini, illuc ipse filie nre trans ferretur. Qui secundum instructionem nram, vos deinde collocabit, ita vt melius et tucius videbitur. Datum.

S. I. Rex. P.

Capitaneo plocen

Generose etc. Contulimus iampridem Preposituram sancti Michaëlis Plocen, Venbli Andree Krziczki, Secretario nro. qui hactenus possessionem bonorum eius, per violentam aliorum occupationem, habere non potuit. Comittimus f. tue, et mandamus, vt ipsa bona omnia, ad eandem Preposituram pertinencia, recipiat pro dicto Andrea Secretario nro, et tueatur auctoritate nra, detq operam, vt nullum illi, ab aliquo, in eis bonis et prouetibus damnum inferatur. Pro gracia nostra.

Sigis. Rex Polonie Consiliariis regni Polonie

RXNde in Chro pater. etc Allatum est nobis nunc Breue Summi Pontificis, quo illius Sctitas significat se Concilium Lateranen iam clausis se, Inter cuius tractatus et decreta hoc potissimum esse, vt fieret expeditio generalis contra Thurcos, Prout ex Copia ipsius Breuis Prtas vra, qua illi mittimus, clarius cognoscet. Et quomodo illius Sctitas postulet à nobis, vt ad tractandum de eadem expeditione mittereus ad se vel Nunctivm cum plena potestate, vel Mandatum ad aliquem, res nras illic agentem. Que res, licet nobis, vt periculo propinquioribus esset adeo grata et salubris, vt facile absq solenni testificatione credi pos sit, nos omnia, quantum nra interesset, et bella, et difficultates alie sineret, facturos: ne tamen videremur, nostre imprimis, ac demum tocius rei Christiane saluti deesse, hortamur vram Prtem, vt nobis consiliu et sentencia sua perscribat, qualiter in ea re illius Sctitati respondere et exhibere nos debeamus.

Cocterum venerat ad nos iam pridem Orator Imperatoris Thurcorum, nunctians in primis victorias et successus illius foelices contra Soltanum, vt illum ad internitionem fuderit, et Dominia illius, in potestatem et ditionem suam redegerit, Deinde q Inducias nobiscum inire vellet, non eas solum, de quibus Sermus olim frater noster dns Rex Hungarie, ad illum significauerat, sed tam prolixas, q esset volutas nra, Nos tenuimus hactenus illum apud nos, donec à Sermo dno

Rege Hungarie, et Consiliarijs eius, cerciores essemus; de voluntate et sentencia ipsorum: quandoquidem ex foederibus nris ita est conuctum, vt Inducie non nisi mutuo cum Thurcis inirentur, Verum cum tantisper nihil nobis significarent, nobisq; alie actiones nunc incumbunt, absolui-mus eundem Oratorem, et inducias suscepimus, quemadmodum cõmuni decreto vro, in Conuentu Piothrcouiensi, faciendum censuistis, Sed persuasum item habemus dnos Hungaros, in eandem sententiam venturos, Siquidem intra hoc Induciarum tempus, vix generalis expeditio, que dudum negnicq; struitur constitui posset, Quia vero ipse Orator nullum habuit Mandatum ad Iuramentum à nobis capiendum, nihil cũ illo concluſimus, sed retulimus nos ad Oratorem nostrum, que brem illuc mittemus, De qua voluimus L. vram cerciorem facere.

Preterea, dns Mgr Prus sie, multiplices per hoc omne tempus infert iniurias vicinis subditis nris, premens eos, partim conniuencia de Incursionibus Predonum, partim vectigalibus nouis, in terra sua, contra pacta foederum, vt ne minime quidq; res à nris illic emi et educi possint, quin spolientur, retrahantur, mancipentur, nõ alia racione, q; vt illi pertesi tante oppressionis, se illi dedant, aut tributum soluant, Nos causa Cæsaree Mtis, et aliarum difficultatum, que nunc nobis incũbunt, dissimulauimus vsq; huc tantas iniurias et indignitates nras, Admonentes ipsum nihilominus sepe, vt se ab illis cõtineret, nec cogeret nos, aliter erga se gerere, q; postulat coniunctio, et necessitudo nra, nihil tamen profecimus, Quare nolentes vlterius querelas subditorum nrorum et preces obaudire, quibus assiduc solicitamur, vt nos quoq; aliquid contra subditos dni Mgri

in terra nra ſtatuaus, et prouideamus oportuno remedio huic calamita-
ti, conſulere Rtem vram et alios Conſiliarios voluimus, quid nobis fa-
ciendum putent, vtrum eciam precludere libertatem educendi res et mer-
cimonia ex terris nris, vel ſtrictis humeris hec incomoda ferre et diſ-
ſimulare debeamus, Rroinde conſilium ſuum de hac eciam re nobis per-
ſcribat, Roſtremo, vt non ſit neſcia Rtas vra, eorum que hic nobis
cum aguntur.

FEcit nos cerciores Orator Cæſaree Mtis ex Moſchouia, Ducem illum
nolle tractatus aliquos pacis ingredi, niſi Nunctios ad ſe mittaus, Que
res, quia nobis grauis et indigna eſt viſa, vt quaſi mendicatum pacem
ad hoſtem noſtrum mittere, et ſubdere nos, et hoc Dominium, huic in-
digne conſuetudini deberemus, Scripſimus ad illum, vt ageret, quo
ipſe hoſtis noſter mitteret Nunctios, cum plena poteſtate, vel ad fines
ſui Dominij, vel ad Ciuitatem Rigenſem, et nos itidem nros illuc
mitteremus, vbi aut neutrum iſtorum perficere poſſet, mitteret nobis
ab illo Saluum Conductum pro Nunctijs nris, ſta videlicet, vt ſimul
pertentata voluntate et animo eiuſdem hoſtis, de reſtitutione Smolenſko,
nos cerciores faceret, vt quaſi ad rem paratam Nunctios aliquos leniores
mitteremus. Oſtenderemusq; Cæſaree Mti per nos mihil ſtare, quo
æqua pax, medio et opera illius Mtis, vt id valde ſtudet, cõficiatur.
Alioquin, ſine reſtitutione ipſius Smolenſko, nullo modo nos neq; poſſe
neq; velle pacem inire, aut Nunctios mittere. Rarum vero ſpei ha-
bentes, q, iſtis tractatibus aliquid boni perfici deberet, niſi arma ac-
cedant, ſuſcepimus non contemnendum numerum militum Mercenari-
orum, et recta iam aduerſus illum, freti auxilio diuino, et iuſticia

nra proficiscemur, Vbi qualiter nobis succesſerit, reddemus deinde Rr^tem vram certiorem, Interim vero poſtulamus ab illa, vt quia prope adeſt dns̄ invocatibus ſe, et nos ſicut in alijs rebus, ita maxime in actione bellica, Dei et Latronorum adiutorio et fauore indigemus, fieri mandet pro nobis à Clero ſibi ſubiecto, publicas et priuatas, ad ipsum dum̄ Deum, et ſanctos eius ſupplicationes, vt quod pro pace et quiete populi nri laboris ſubimus, id cum optato fine cōficiamus, Factura R vra ſuum officium, et nobis rem tam gratam, quoniam procul abeſt, vt in alio q3 in diuino auxilio ope nram ponamus, Bene valeat vra Rtas. Vilnæ.

867

437

Anno Domini M°. D°. Xvij°.

30 Julij Sigismundus Rex ex Vilna discessit
ad Poloczko.

23 Augusti Rex venit ad Poloczko.

8 Septembris, Boguscb cum Nunctio Cæsaris,
et cum Nicolao Nipssicz, profecti sunt ad
Moschouiam.

Petrus Tomicius Cps: Vicecancell Constantino Duci in Ostrog: Castell° Vilnen. exercituú Lituae campiductoj

Illtris Princeps et dñe ac fautor honorañ, Non placet mihi, q; Exercitus Mtis Regiæ non vult esse sub obediencia et disciplina Militari, verú cú subiectus sit Imperio vrè Illtis, habet potestatem ipsa, et potest vnum; quemq; corrigere, et ad suam obedienciam reducere, et opus certe est, vt ita faciat, Nam multitudo, quæ plus sensu q; ratione dirigitur, vult seueritate, et iusta animaduersione in offitio contineri.

HAbeo magnas gracias vrè Illti, q; perscripserit mihi de his, quæ ex terra hostili illi sunt nunctiata, Habemus spem optimam in domino Deo, q; vra Illtas, cum populo et exercitu sibi commisso, deponet cri; stas et fastum tumido et iniusto hosti, et cum insigni victoria ad nos salua et foelix reuertetur. Cui me commendo, et quam dñs Deus in sua gracia diu sanam et foelicem conseruet, et per omnia fortunet. Datum in Loloczko.

Petrus Tomicius Eps Vicecanc
Joanni Bonero Zupario Crac

GEneroſe dñe, amice charme, Et miror et valde doleo, q; tam diu lrē Promiſionis ad Prepoſituram ſancti Michaëlis, mihi ex Vrbe Romana non aſſerūtur, Et volebam ego quidem, vt dñs olim Gallus Cuſtos Crac miſiſſet proprium Nunctium pro eiſdem lris, Jam ēm pluries ſum expertus, q; negligenter ij, quibus negocia mea Rome cōmitto, agere illa conſueuerunt, Verum ille aliter fecit, q; ego cenſebam et cupiebā, Et ita circiter decem Menſes, eaſdem ipſas lras expecto, Rogo plurimum vram D. quando afferentur, det eas in manus dñi Bedlenſki Scholaſtici Crac, Ipſe aūt ſciet, quid facere vlterius in re mea debebit.

QVod ſcribit mihi vra D. non placere ſibi, q; ſumma Dotis eſt diminuta, et non integra ſimul Mti Regie exolui debet, Sciat nos plurimū in hoc laborāſſe, vt tota Dos, vna cum Illma dna Bona allata fuiſſet, verum Nunctius, cum quo tractauimus, dns Chriſoſtomus, dixit ſe nō habere aliter in Inſtructione ſua, niſi vt in duobus annis, medietas Dotis reliqua exolueretur, nec Illmam dnam Iſabellam Ducem, cicivs illam ſoluere poſſe, Quare ita vt fieri potuit concluſimus, Satis tamen multis poenis obfirmauimus ſolutionem eiuſdem dotis, ita vt non ſuſpicemur aliquam difficultatem, in ea ſoluenda et reddenda, futuram.

MItto lras Obligationis Conſulibus Crac, ſuper ſumma decem millium

florenorum, quam mutuarunt pro conducendis stipendiarijs in Rus Jiam, et cum eis Mandatum ad dnm Thesaurariu, vt eandem summam exoluat de publicis Contributionibus.

TRia millia ducentos florenos, quos vra D. dedit in mutuum dno Jamssio Swircewski et Jwachno Thesaurario, Mtas Regia accepit ex Thesauro et pecunia huius Ducatus pro Aulicis, et hac bellica expeditione sua, Quare vult Mtas sua, vt eam summam sibi ex prouentibus Zupparu recipiat et exoluat vra D.

LRas quas optauit Rcmus dns Archiepus Gnesnen, ad exequenda gras ciam Jubilei, et quas vra D. habere voluit pro loco suo, et rebus per eum pro Mte Regia ex Venecijs adducendis, cum presentibus mitto.

QVod vero attinet ad Prebendam Sandomirien, que vacauit per mortem dni olim Galli Custodis Crac, Mtas Regia me instantissime et diligentissime petente, consensit, vt cognitio de Jure conferendi illi; vs ita pendeat ad suum foelicem in Regnum aduentum; Jta vt optauit Rcmus dns Epus Crac! Tarde nimis res geritur contra Moschum, fuit magna difficultas cum Stipendiarijs racione valoris huius Monete, Interim vero dum cum eis tractamus, tempus melius, et ad belligerandum apcius effluxit, et superuenerunt frigora et continui ymbres, Vtcumq tamen est Mtas Regia, missis prius Oratoribus in Moschouiam ad tractandum de pace, Cras mittit ecia illuc exercitum suum, Sperat em hostem suum facilius equas pacis conditiones susceperum, cum cognoscet se à Mte sua bello vrgeri.

Aegre aut et cum magna difficultate consenserunt dni Lithuani, ad mittendum illuc Oratores, tamen deferri in hoc placuit sentencie et

891
439

postulationi Cæsareæ Mtis, Quæ cum Mediatorem se posuit, inter Mtem Regiam et illum Ducem, non fuit visum honestum eius voluntati et consilio non obtemperare, Præscripta tamen est formula Oratoribus, ex qua discedere non poterunt,

Cæterum paucas vestes habeo Pontificales, nam in his difficultatibus et impensis, quas extra Regnum seruiens facere continuo cogor, comparare illas mihi non potui, Cum vero quisq; se ornare studebit ad nupcias Regiæ Mtis futuras, vellem vt Sodocus familiaris vræ D. emeret mihi Venecijs quatuordecim vlnas Saiæ Venetæ de sarlatho pro pallio et Caputio Pontificali, et viginti vlnas de athlassio nigro Veneto meliori qd illic haberi poterit pro vna veste, Saiæ vlna vna venditur tribus aureis, et athlassij vlna venditur vno aureo, et aliquot Marcellis. Mitto itaq; pro Saia emenda, quadraginta, et pro athlassio trigita aureos. Spero aut q; leuiore prætio emi poterit athlasij nigri vlna quælibet q; vno aureo cum medio, Missi tamen ad illud, vt dixi, aureos triginta, Nam si quid supererit, non dubito q; non perdetur, et mihi restituetur, Commendo me vræ D. quæ sit incolumis et foelix. Datum in Polóczko.

Petrus Tomicius epʃs Premisl. Viceccancell. Andree de Tanczin Palat° Lublinensi.

Magce dne, amice charme ac honorande. Scripsi lras Donatiois propter Nupcias dne vxoris vre D. quas dns Oleschniczki à me accipies non me fecit cerciorem, quando illas remittere volebat, Quo factum est, q nihil tunc scripsi vre D. nec eius lris respondi.

Post meum ex Vilna discessum, habuimus multum difficultatis, tractado cum Militibus Mercenarijs de valore Monete huius, et propterea tardo huc venimus, Et primum Sabbato, post festum Natalis dne nre sancte Marie preteritu, exercitum in terram hostilem hinc dimisius. Speramus tamen, q iuuante dno Deo, aliquid boni faciet,

Missi sunt eciam Oratores illuc in Moschouiam, dns Scith et Boguschi vt satis fieret consilio et postulationi Cesaree Mtis, Prescripta est tamen eis formula, ex qua discedere non poterunt, vt videlicet sine restitutione Arcis Smolensko nihil fiat, Suntq; in ea re ita constantes dni Lithuani, vt dicant, nisi ipsa Arx restituatur, se à prosequendo bello non destituros, vsq; ad proiectionem vltimi pueri, Suntq; profecto in hac re optime constancie et voluntatis,

Erat hic his diebus Nunctius Imperatoris Thartarorum, qui retulit q filius vnus eiusdem Imperatoris Halt soltban, tendebat versus partes nras, Sed alius Bohatir soltban eum retraxit, Allegas debitum quo tenentur Mti Regie, et q fecerint Iuramentum ire omnes, vel mittere Exercitus in Moschouiam, seq; ab illis locis, nobis

suſpectis dimouerent, Retulit preterea, q; Imperator filium ſuum in obſi-
dem dare nobis ad preſens non poſſet, Promittit tamen ſe poſtea datu-
rum, Quod vtrum facturus ſit, necne, ſatis compertum non habemus.
Vtcumq; eſt, ſi irrumpent Thartari in terram hoſtilem, et ex vna parte
noſtri, illi ex altera, terram ipsam vaſtabunt, poterimus rebus nris optime
sperare, q; videlicet hoſtis sapere aliquando ad pacem incipiet,

Die craſtina proficiſcimur hinc cum Mte Regia in Bracslaw, et illic ad-
vocabit ad ſe Mtas Regia dnm Cancellarium, et dnm Notariu Regni
Bohemie, qui ante dies octo Vilnam aduenerunt, Quomodocumq; aute
succeſſerit, tam Exercitui q; Oratoribus, in Moſchouiam miſſis, reddet Mtas ſua
vram D. et ceteros dnos cerciores, Que ſit incolumis et foelix, et me
diligat. Datum in Loloczko feria quarta proxima, ante feſtum Trans-
lationis ſancti Stamſlai, Anno dni. 1517

Petrus Tomicius Eps Premisliен. Vicecancell
Paulo Duci Oſſſanen, Epo Luccoriensi.

RMe in Chro pater, et dne amice charme ac honoran, Die craſti-
na proficiſcimur hinc in Bracslaw, et illic expectabimus, quoad intelligaus
quomodo tam Exercitui q; Oratoribus in Moſchouiam miſſis succedet.
Speramus aut, q; hoſtis perteſus tam longi et gravis belli, ſapere aliqua-
do ad pacem incipiet, preſertim cum Thartari promittant ſe eciam
terram illius ab alia parte vaſtaturos, Commendo me vre D. que
sit incolumis et foelix et me diligat. Datum in Loloczko.

874

ANNO DOMINI. M°. D°. XVIJ°.

zz Julij. Chrisostomus cum Konarski Vilna discesserunt ad Italiam pro Bona Regina desponsanda.

Petrus Tomicki Epſs Premiſſien Regni Polonie Vicecancellarius

Sigiſmundo de Erberſtein Nuncio Cesaris Maximiliani - apud ducem Moſcouie.

MAgce dne amice chárme et honoran. Impendi omnem operam, vt Sacra Mtas Regia Polonie, cauſa Cæſaree Mtis, et vtilitate tam cómunis Reipublice Chriſtiane q3 Regni ſui, à quo eſt longo tempore abſens, in moſcouiam mitteret iſthuc ad vram D., ſuos Nunctios, pro pace facienda, adduxiq3 et vetera Priſcorum Regum, et Principum eius modi exempla, et novum, quod nuper, cum Poſonij eßemus, accidit, quòd Thurcarum Impератur fuſis Hungaris, paulo poſt miſit ad eos pro Inducijs, non timore aliquo, ſed quia ita rebus ſuis, quas cum maiori ſuo emolumento et laude parabat, expedire videbat, Contenta eſt Mtas ſua eoſdem Nunctios ſuos, vt poſtulauit vra D. iſthic ad eam mittere, cum quibus vtinam aliqd ꝑficere poſſit. Et verum eſt qdem, vt mihi ſcripſit eadē D. vra, debere Principes eſße clemetes et placidos, Nihil em his eorum dotibus eßе poteſt humano generi vtilius, quas ſi omnes haberet, nó eſſent bella et tumultus iſti ꝑnicioſiſßimi, verú cótra iſtos homines, qui temeritate magis nitutur, q3 ratione, opus eſt vti alijs dotibus, q3 clemecia q3 placabilitate, si res ad equum perduci debet.

Dominú Joannem, neceſſariú vre D. retinuit apud ſe Mtas Regia, vt vna cum Nunctijs ſuis iſthuc vadat, qui breui mittetur,

Dnum Chriſoſtomú iam hinc abſoluimus eo modo, quo Cæſarea Mtas, per vram D. ſuaſit, et cóſuluit faciendum, Quē rogo agat, vt poßet hác Concordia ꝑficere, vnde laudem ſibi ꝑpetua, et acceßioq3 fortunaru, cóparabit,

Aliqn fieri res nō poterit, ſine multa et memorabili ſanguinis profuſione, Quam nec Mtās Regia, vt Chriſtianus et clemens Princeps, nec ego pro mea ꝑfeßione, lubēter viderem. Bene valeat vra D. et me diligat.

Petrus Tomicius Epſ Premiſl. Regni P. Vicecancell. Chriſtoforo Sidlouiccio Palatō et capitō Cracouienſi Regni Polonie Cancell.ō

MAgce dne, dne et fautor colendiſßime. Tametſi nihil intelliga de reditu vre Magcie: tamen eunte iſthuc in Hungariā famulo meo, volui illā cerciorē reddere de his, que ad preſens apud nos agūtur.

Redijt Nunctius Cæſaris ex Moſchouia, nihilq; attulit eorū que expectauimus. Nam Dux ille cōſentire noluit, ad vllas vel pacis, vel Jnduciarū cōdicōes. Jngnies videri ſibi indignū, vt cū antehac cōſueuerint Lithuani pacem apud eum petere, et nūctios ad tractādū de illa in Moſchouiā mittere, nūc id Regi Dacie deferre, et ſe ad eum mittere debere. Verū ſi Mtās Regia vellet, mitteret ad ſe pro Saluo cōductu Oratoribus ſuis, Jdq; adhuc eße ambigū et arbitrariū in ſuo pectore, ſi cum cōcederet nec ne. Preterea nō videri ſibi cōgruū, aut factu facile, vt renūcieī Patrimōio ſuo his ſcilicet arcibus, que ſunt adhuc in poteſtate Lithuanorū. Hec fuit ſūma Responſi illius. Cætera dixit ſe cōmiſiſſe Oratoribus ſuis, quos vna cū eodem Nūctio ad Cæſareā Mtem mittit.

Regia Mtās ſpe pacis fruſtrata accingit ſe ad bellum cū his ſubditis ſuis, nam facultas nō eſt Mercenariū Militem cōducēdi. Decreuitq; eius Mtās ſe tantisper tueri, donec et hoſtem ludi huius aliquādo ꝓtedeat.

Fuit ecia hic Nunctius dni Regis Dacie, Poſtulās renouari illa fœdera,

que inter Mtem Regia, et Parentem Suum dnm olim Joanne Rege Da-
cie fuerut, Quod Mtas Sua fecit,

Cetera cum vram Magcia intellexero rediys Se, describam illi lacius, aut ipse
cora referam, si huc visitatum Mtem Regiam venire no grauabitur, Cu-
ius solite gracie, me interim comendo, et foelicissie illa valere desydero.

S. I. Rex. P.

Joanni Bonero Zuppario

Generose fidelis dilecte, vt nobis scripsisti designationem Capelle ab
Architecto, itidem ipse hic existens, omnia nobis declarauit, et placet no-
bis totum, preter q testudinem illam, ante fores Eccleie deponere vellet.
Nam et confessiones ibi solite sunt fieri, et homicide illuc introduci, et
proinde nollemus vt locus ille absq tecto esse deberet. Sed volumus,
si diruet illum parietem, vt rursum testudinem faciat, Hoc tamen fieri
prius non poterit, q nos isthic constituemur, et tunc coram omnia
meliis dimecietur, et designabimus.

Istos Nunctios nros, quos ad Cesaream Mtem, et dnam Ducem Bari
mittimus, edocuimus, vt agerent summa diligencia, quo absq sponsali-
bus educeretur Illma dna Bona, verum si aliter fieri non poterit,
vt ea illic in loco contrahant, Pro quibus, postulamus à te, vt annu-
lum isthic acquiras, valore ducentorum aut trecentorum aureorum cu
Diamante, aptum ad tam insigne negocium, et des Magco Stanis lao
Ostrorog Castellano Calisiensi. Si vero isthic Craconie talis q
valeret non reperiretur, scribas Venecias, vt illic eodem precio, sezt ducetis

aut trecentis aureis emeretur, et daretur ibidem prefato Castellano Calis Tiensi.

Ceterum, ordines et Viennę, et Venecijs, quo lrę à Nunctijs nris, quos ad Cæsaream Mtem, et Illmam dnam Ducem Bari, misimus, celeriis per postas, ad nos transferantur, quas tam ex Curia Cæsaris, q3 ex Bario ad nos scribęt,

Non opus iam putamus profectione istius Generosi Viti, Nunctij Cæsareę Mtis, qui isthic est in Moschonia, quandoquidem à longo tempore illic est alter Sigismundus de Herberstayn, et si qd fieri poterit, fiet per illum, nam totum negocium in vna summaria re pendet. Et nos iam cu Exercitu ad fines proficiscimur, iamq3 breui conficietur id omne, quod fieri debet, et proinde reuertetur dominum, et tu illi gratum nobis eius aduetu esse dices, et cum ex hospicio redimes,

Quod tibi prius scripsimus, vt nobis disponeres Axamentum rubeum Altembastum de Carmesino, pro vna veste, volumus vt disponas pro duabus.

Reliquum est, scripsit nobis Magcus Palatinus et Capitaneus Cracouien, Castrum nostrum Noue Ciuitatis Korczin, egere magna reformacoe. Quare volumus, vt tu cum eo, aliquo tempore illuc descendas, et remedias quę sunt ad reficiendum necessaria, et nobis deinde vna cum eo significetis. Datum Vilnę.

Particula Legationis missa ad nuncios regios: ad Ces. Maximiliánú missos.

Agendé Cæsareé Mti, amplissimé gracié, de hac cura et studio illius, ad pacem, inter Mtem Regiam et hostem eius Ducem Moschonié, faciendam, Quodq; ob eam rem, Mtás illius, tot Nunctios ad eundem hostem mittere non grauatur.

Deinde referendum illius Mti, q. Dux Moschonié, noluit amplecti vllas conditiones, quæ fuerunt illi per dnm Sigismundum, nomine illius Cæsareé Mtis propositæ, nisi vt ad se Nunctij mitterentur, Quodq; Mtás Regia, suasu et intuitu illius Mtis Cæsareé significauit illuc in Moschoniam ad dnm Sigismundum, pro Saluo conductu suis Nunctijs, verum nescire adhuc illius Mtem Regiá, vtrum illos mittet, nec ne, recusantibus id valde dnis Lithuanis, et non credentibus Saluo conductui illius, per quem eciam Jusiurandum violari solet. Vtcunq; tamen res cesserit, quod Mtás sua faciet illius Cæsaream Celsitudinem certiorem. Recé.

S. I. Rex. P.

Joanni de Lasko Archiepo Gnesnen primati Chrphoro de Schidlovec Palat° et Capit° Crac Regni Polonie Cancello.

Rme in Chro pater, et Magce, sincere nobis dilecti, Inter alias curas et solicitudines, quibus in hoc Dominio distinemur, fuimus hucusq3 magno affecti tedio, nihil audientes de statu, et actionibus rerum Sermi Nepotis nri dni Regis Ludouici, Quando vero S. vras incolumes redijsse intelleximus, presertim compositis bene rebus ipsius Sermi Nepotis nri et Regnorum eius, non mediocrem cepimus voluptatem, Et cuperemus quidem, vt vel vterq3 vestrum, vel vnus saltem ad nos huc veniret, quo abundius ordinem illarum actionum omnium cognoscere pos3emus, verum perpendentes nobiscum magnam necessitatem, et periculum, quod nunc Regno nro incumbit, non visum est nobis, vt S. vre, in quorum prudencia et auctoritate magna consistunt momenta, vel perlatum digitum absit à Regno, Et vt ipsam necessitatem et pericula Regni et Dominiorum nostrorum planius intelligant, non ignorent Nunctium Cæsaris ex Moschouia redijsse, sed hostem nostrum nullas conditiones pacis vel Induciarum, que illi ab eo proposite sunt, complecti voluisse, missise duntaxat cum eo ad Cæsaream Mtem proprios Oratores, sed cum quibus mandatis ignoramus, Compertum vero habemus illum coniunctis animis cum Thartaris et Cruciferis moliri, vt nos vndiq3 adoriatur, habereq3 illum numerosum Exercitum prope fines, Crucigeros ex parte alia delectum gencium suarum facere, machinas bellicas instruere, vt in Samogitiam, et partem nram Prussie insiliant.

Preterea significauerunt nobis Oratores nri, quos apud Thartarum

884
961
444

habemus, nullum illic es Se Ordinem, nullam obedienciam, Vereriq illos, ne qua ipsorum Thartarorum pars ab Imperatore scis Sa, Regnum nrum vel dominium hoc inuadat, Valachus eciam non minus aduersa nobis cogitans, dat operam, vt vel per se, vel Thartaros nobis dispendium aliquod afferre possit, Quare quod ad hoc Dominium attinet, mittimus Exercitum nostrum, qualem possumus, huius gentis, versus fines Moschouié, Samogitiensibus propter Cruciferos, et Volhiniesibus ob Thartaros domi relictis.

Scripsimus eciam ad terras nras Prus sié et Rus sié, omnibus Palatinis et Capitaneis, conatus istos hostium illis denunctiantes, vt parati sint ad obsistendum his bellicis tempestatibus, Et vras S. hortamur, vt cum nos hinc, nullo modo discedere possumus, curent in absencia nra, ne Regno aliquod graue dispendium interueniat, Volumusq vt vra Prtas dne Archiepiscope, in partem Maioris Polonié, se absq mora transferat, Consultura, vt primarius Consiliarius noster, de his que acciderét à Cruciferis, Vos vero dne Palatine, sitis in parte Minoris Polonié, vt supremus Palatius, et Capitaneus illarum terrarú, ad cohercendos homines, et cósilia prebenda, cótra imminécia pericula et conatus tam Thartarorum q Valachorum, qui magno studio Ducis Moschouié aduersus nos instigútur. Aliter non facturé S. vré, pro virtute et offitio suo in Remp. ca et gracia nra, Nam nó satis decet, Repub ca nra in súmis difficultatibus posita, de alijs magis, q de illa nos esse solicitos,

Ea vero que vel per S. vras, vel alios in Húgaria sút acta, quadoquidem nihil est tam amplú et ardúm, qd lris cóplecti nó possit, S. vré nobis, vel p lras, vel núctiú aliqué q celerius, et abúde declaret. Ac bene valeat. Datú

Petrus Tomicski epʃ Premislien. Vicecancell
Andree de Tanczin Palatº Lublinensi

Magce dne, honoran. Jampridem redijt Nunctius Cæsaree Mtis ex Moschouia, sed nihil eorum nobis attulit, que sperauimus, Noluit enim Dux ille ad aliquas honestas pacis, vel Induciarum conditiones accedere. Itaq; Mtas Regia, frustrata spe quietis, bellum instaurat cum magna sua granitate et dispendio,

Accedit ad hoc, q; fiunt quidam motus, et apparatus bellici, in Ordine Prussie, ad subsidium et gratificationem Ducis Moschouie.

Preterea, et de Thartaris, prout ex lris Mtis Regie, vra Magcia intelliget, asseruntur certi et pernitiosi rumores, Et ita vndiq; angustia et calamitas, Quibus Mtas sua vtcunq; varie districta, nō cessat tamen curare et prouidere, vt ex nulla parte, possit illi et subditis eius aliquod detrimentum inferri, Mittitq; partem gencium suarū, versus fines Moschouie, partem in presidium terre Samogithie reliquit.

Itaq; quod ad Thartaros attinet, vra Magcia, vna cum alijs isthic Dnis curet et prouideat in absencia Mtis sue, et tanta eius difficultate, ne aliquod in Russia damnū ab illis, et ignominia patretur.

Dns Kozlowski nondum est expeditus, deliberante adhuc Mte Regia, quomodo constituere deberet Cameram salis et cere in Rathno, Curabo tamen, vt breui absoluatur. Commendo me Magcie vestre, quam foelicissime valere desydero.

Sigismundus primus Rex Polonie Fabiano Epo Varmiensi.

RNde in Christo pater, sincere nobis dilecte. Redyit ex Moschouia Nunctius Cæsaree Mtis, sed nihil nobis illinc attulit, nolente illo Duce, ad eas Conditiones pacis, vel Inducierum consentire, que fuerat illi per ipsam Cæsaream Mtem oblate, Itaq; accingimus nos cum subditis nris ad bellum, vt illius temerarios conatus, auxilio Dei, et iusticia nostra coherceamus, et non sinamus nobis, vel dispendium, vel leuitatem aliquam ab eo inferri, Non ambigimus eum ab Ordine Cruciferorum confirmari et incendi, quod viderit Deus. Itaq; postulamus à vra Prte, vt aduertat omnia que agunt, et moliuntur, et disquirat quantum potest eorum institutu, et spes quibus nituntur, nosq; diligentissime reddat cerciores. Factura officium suum, et nobis rem valde gratam, et necessariam. Que be; ne valeat.

S. I. Rex. P

Luce de Gorca Castell° Posnanien & Capit° maioris polo[e] generali

Mage sincere nobis dilecte. Speravimus hactenus medio Nuncij Cæsareæ Mtis, aliquas honestas vel pacis, vel Jnduciarum, cum hoste nro conditiões inire. Verum cum ille noluit ad aliquid eorum, quæ per illius Cæsarea Mtez sunt proposita, consentire, constituimus nos cum his subditis nris tueri, iamq nos ad bellum, quantum fieri potest, accingimus, ne hostis imparatis nobis aliquod dispendium inferre valeat.

Euntes vero ex Regno, constituimus cum Consiliarijs his, qui penes nos erat, de statu et defensione Regni. Nam quod ad suppecias ferendas huic Dominio attinet, non ignorat S. tua, nihil fieri potuisse, nisi in Conventu generali. Et in hoc quidem vix reperitur aliquid, quo debite fines Regni, non modo aliorum, possint defendi.

Oblationem S. tuæ de se, et facultate sua in necessitate nra grato animo suscipimus, et gracias illi habemus.

Non libenter videmus nobilitatem cerusiam coquere, et ad propinandum subditis suis tradere incepisse in damnum Reipublicæ, et eorum indignitatem. Committimus igr S. tuæ, vt tales vel prohibeat id facere, vel si facere velint, soluant id à coctione, quod Reipublicæ debetur. In qua re, scribimus eciam Exactori nro Posnanien. Vilnæ.

885

446

Sigismundus primus Rex Polonie / Spitkomi a Tarnow Castell[a]no Cracouien

Magce sincere nobis dilecte, Hactemus nobis hic existentibus, nulla alia emerserunt in rebus nris, que significanda essent S. tue, preter illa que iam pridem illi lris nris declaranimus. Pependimus hactemus in perplexitate, et spe pacis alicuius cum hoste, medio Nunctij Cæsaree Mtis, incunde. verum ille paucis ante diebus ex Moschouia rediens, retulit Ducem illum, nullas conditiones concordie, vel induciarum, que fuerunt illi proposite, acceptare voluisse. Itaq; cogimur restaurare bellum, et tueri subditos, et iusticiam nram. Damusq; operam pro viribus nris, ne tam a Duce Moschouie, q; ab ordine Pruthenorum, vbi eciam nonnulli motus, et apparatus bellici senciuntur, aliquod dispendium nobis, et Dominijs nris accidat.

Ceterum, quia Nunctij nri, quos apud Thartarum Precopen habemus nobis significarunt, nullam illic esse obedienciam, Verendumq; est se, ne pars illorum ab Imperatore Scitsa, irrumpat in terras nras Russie, prout se instruit et parat. Scribim̃s ad Palatinos et Capitaneos isthic in Russiam, vt vna cum Nobilitate, et Stipendiarijs parati sint, ad occurrendum vbi opus esset communi periculo et necessitati. Tua eciam S. hortamur, et postulamus ab illa, vt cu isthic est, comoneat illos, et alios quos potest, vt eo vigilanciores et instructiores sint omnes, ne inopinate aliquod damnu, quod Deus auertat, isthic accidat. Factura S. tua officiu debitu, et nobis rem valde gratam. Que bene valeat.

Petrus Tomicius Eps Premisliens. Vicecancells Thome Archiepo Cardinali Strigoniensi Sedis Apca Legato

RMe in Chro pr, et dne dne colendissime, Post seruitutis et obseruacie mee comendationem. Speraueram hactenus, q Nunctius Cæsaree Mtis debuisset nobis ex Moschouia, vel pacem aliquam honestam, vel inducias afferre. Verum noluit ille Dux ad aliquas condicões sibi per illius Mtem oblatas cõsentire, Itaq cogitur Mtas Regia bellum cum illo prosequi, et temeraria illius pertinaciam cohercere. Quandoquidem post acceptam ingentẽ cladẽ, post tot cedes et vastationes, quas úri per cõtinuas excursiones, in terram illius ederát, intelligere non vult, bellum esse rem non expetendá, Fit ea res maxime instinctu Cruciferorum nrorum in Prussia, qui nihil minus videre optát, q pacem nram, Addútq animũ et spem auxilij sui, hosti temerario, ac his indignissimis modis prebent causas Mti Regie, cum variarum difficultatu, tum ecia more huius tam longe et ingrate, Nulla em alia res maiorem in hac inquietudine Mti sue molestia exhibet, q q appropinquare negueat Regno Hungarie, et Sermo dno Nepoti suo, vrisq D. adesse. quia nullis modis hinc vel latum digitum discedere potest, infecta pace, Aliqui ageretur de Statu huius Dominij. Sperat tamen Mtas sua, q ipsius Sermi dni Nepotis sui res, ita nunc ordinabúntur, consilio precipue et cura vre Rcme D. prout status et dignitatis illius amplitudo postulare videtur. Expectatq illius Mtas in horas à dnis Oratoribus suis hoc fochx Nunctiũ, quo intelligat se, hac sua spe non esse frustratam. Nam quod ad Mtem suam attinet, illa quidem vtcúq vel bello, vel negocijs quibuscumq occupata, nunq illi Mti, Regnisq ipsius decerit, cura et viribus suis omnibus.

Vadit ad vram Rcmam D. iste seruus meus pro lris Promissois sue

ad quendam Plebanatum, quam illi apud eam adhuc Posonij impetrauera. Supplico vre Rcme D, dignetur ei et in hac causa, et alijs meis negocijs favorem et benignitatem suam exhibere, quam illi volo meis debitissimis obsequijs demereri. Cuius bone gracie me comendo, et felicissime illam valere desydero.

Sigismundus primus Rex Pol.
Mathie de Drzenicza epo Wladislauiensi

Rde in Chro pr sincere nobis dilecte. Libenter quidem videmus, et inuenimus ad hoc, vt cultus dei in regno nro augeatur: verum quando id pro bono decreto constitutum est, vt non consentiamus ad nouas inscriptiones permutandi in titulum redemptionis, id nobis adeo insigniter et passim facere non licet quia per eiusmodi vendiciones regnum in bonis terrestribus diminuitur tocius defensio || recipere rmis nre co maior habenda est ratio, quo plures hostes, et pericula dominijs nris vndique imminent. Itaq; V. vra, cognoscat animo, q consensum quem a nobis petit non prebeamus. Et profecto quemadmodu nobis pro bonis constitutionib infringere ac labefactare non licet, ita et vre Pti, cuius tanta est consilii mri auctoritas et officiu in regnis minime decet ea postulare, que firmitatem decretoru communitatium, et totius defensionis minuere videntur.

Nos hic frustrati spe pacis vel concordie aliquamdiu cum hoste, regimur diutius immorari, et bellum restaurare, que difficultas una fit potissimum opera || et instinctu Ordinis Cruciferor prussie vbi etiam sentimus quosdam motus et apparatus bellicos fieri. contra quos id quod ad presens facere potuimus, laboramus presidia, ne quod dispendium in terra Samogithie

ab illis. arridat. Sin autem aliqd mains contingeret, id
etiam „maiori consilio indigeret, et non negligeremus D. Vrany
& alios Consiliarios suos & Gor vedder rehorib. Bene
valeat vro. D. Datt. In Lituania.

879

448

588

891

911
2/45

Anno Domini. M°. D°. xvij°.

24 Septembris Rex discessit ex Poloczko.

29 Septembris. Rex venit ad Bratslaw.

Sigismundus primus Rex Polonie. Tutor Ludo vici Vngarie & Bohemie Regis: conseruat omnes Status Regni Bohemie in eorum iuribus & fide

Nos Sigismundus, Dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masouie, dns et hères, recognoscimus et notum facimus, tenore présencium vniuersis, Quia cum duo status Baronum, et Militarium Regni Bohemie, sponte, et libera eorum volutate, sine préiuditio Jurium et libertatum suarum, nos in Tutorem et Protectorem illius Regni, vna cum Sérmo et Excellentissimo Principe, et dno dno Maximiliano, diuina fauente clemencia E. Romanorum Imperatore semper Augusto, ac Hungarie, Dalmacie Crocie étc Rege, Archiduce Austrie, Duce Burgundie, Brabancie, et Comite Palatino, fratre et Consanguineo nro charmo, vsq; ad legittimos annos Sérmi Principis, et dni Ludouici, Hungarie et Bohemie étc Regis, et Marchiois Morauie, Nepotis nri charmi, per suos insignes Oratores susceperint, ea lege, vt ipsos, et Regni Bohemie terras, ac Dominia ad id pertinecia, in eorum Priuilegijs, Juribus, Ordinationibus, Institutionibus, et laudabilibus Consuetudinibus, ac eciam fide, seu religione, prout in lris, à priscis Romanorum Imperatoribus, et Regibus, ac eciam à Sermis Bohemie Regibus, desuper concessis, Similiter à bone memorie Sérmo

Wladislao, Bohemie, et Hungarie Rege, Germano nro charmo, cofirmatis, et nouis trs, per States eciam Regni Bohemie factis, et in Tabulas seu Regestrum Regni inscriptis, patet et cotinetur, conseruare dignarentur, Ita vt Rex Bohemie illorum dns facere tenetur, Nos consyderantes, eorundem Statuum Regni Bohemie, singularem fidem, bonum animum, et cofidenciam erga nos, et eorum honestam postulationem, promisius ipsis sub fide et dignitate nra Regia, et tenore pr̃sencium promittimus et pollicemur, q, vna cum pr̃fato Sermo fratre nro Romanorum Imperatore, quandoquidem ab ipsis Statibus, simili modo susceptus est, nos tanq Tutor et Protector, status supra nominatos Regni Bohemie, ac terras et Dominia, ad id pertinentes, et pertinencia, in prdictis eorum Priuilegijs, Juribus, Ordinationibus, Institutiombus, et antiquis eorum bonis, et laudabilibus Consuetudimbus, et eciam in fide, seu in Religione, et ad que predicti Status in Regno Bohemie Jus habent gracios pr̃mittere, et inuiolabiliter obseruare, et in eo ipsos manutenere, Et si qui essent, qui in contrarium eos, vel Regnum Bohemie aggranare atte, tauerint, contra eos, ipsos tuebimur, et protegeus, sicuti tenetur facere Rex Bohemie, sine dolo et fraude, Harum testimio lrarum, quibus Sigillum nostrum est appensum. Datum in Arce nra Braczlaw feria sexta die sancti Galli. Anno dni M°. D°. xvij°. Regni nri Anno vndecimo.

Petrus Tomicki Eps. P. Proconsulibus et Cadanensibq

Salutabiles dni amici charmi, Agimus D. vris non vulgares gracias de munere et propensione, quam erga nos habent, Volumus vicissim illis hanc beniuolenciam animi, opera et studio nro semper referre.

Exercitui Sermi dni nri hactenus in terra hostili feliciter succedit. Bino em conflictu nri excubias hostium validas fuderunt, Quod hostes ipsi intelligentes, se inter aquas posuerunt, pugnam vitantes, Nostri vero, vt eos eliciant, ferro et igni omnia depopulantur, Arce Opoczka, licet ad hoc non sint instructi, expugnare student, In qua multi Nobiles ex hostibus se munierunt, Qualiter cumq; res cesserit, Id em in arbitrio diuino constitutum est, reddemus vras D. cerciores, Quas felices et incolumes esse cupimus. Datum in Braczlaw.

805

457

897

452

Anno Domini M°. D°. xvij°.

30 Octobris, Rex rediit Vilnam.

Oloczka oppugnata.

S. I. Rex. Polonie

Chr°phoro de Schidlo c Castellº Palatino & Capitº Crāc. Cancellario R Polonie. et ceteris consiliarijs Regni Polonie.

Magce sincere nobis dilecte, Per totum id tempus, quo in Dominio hoc agimus, fecimus impensam operam, vt hostem nostrum Ducem Moschouie potuissemus ad aliquas decentes et honestas pacis conditiones inducere. Verum cum ille temere et pertinaciter se in omnibus aduersum nos exhiberet, coacti sumus cogitare, vt illum bello saciare aliquando et stringere ad concordiam et pacem amplectendam possemus. Confecimusq; non vulgarem Exercitum Militum Mercenariorum, nullo alio adminiculo, q; sola contributione horum subditorum nrorū. Cum quibus quidem Militibus licet hic multum difficultatis habuerimus de valore Monete, multumq; temporis altercando consumpsimus, tamen eos demq; ad equas conditiones reduximus, et huc vna cum illis et vniuersis subditis Dominij huius nri venimus, recensitisq; et ordinatis omnibus copijs, misimus eas Sabbato intra Octaua Natalis sancte Marie in terram hostilem versus Opoczkam, nobiscum Consiliarijs aliquibus et Aulicis grauioris armature, nonnullisq; alijs gentibus nris relictis. Et quia Cesarea Mtas solicite agit cum per Iras tum Nunctios suos, vt nos cum illo hoste ad concordiam reduceret, Postulauitq; et suasit nobis, vt si aliter fieri non posset, ad illum, tractatum pacem mitteremus. Volentes illuis Cesaree Mti in hac re gratificari, et ostendere nos, nec pacem detrectare, nec adhuc bello succúbere, Nolentesq; aliquid pretermittere, quo ipsam pacem q; celerius facere posse videreur, Vt tandem isthuc ad Regnum reuerti, et necessitatibus illuis consulere et adesse possemus, Misimus eciam ad eundem hostem nostrum Nunctios

nros, prescripta illis formula, quâ excedere ne transuersum quidem digitu possint, Et presertim de eo, vt sine restitutione Arcis Smolensko nihil fiat, Qualiter cumq; succedet tam ipsis Nunctijs, q; Exercitui nro, reddemus è vestigio S. tuam certiorem,

Inter has vero actiones et difficultates nras, Mgr Prus sic, non cessat vrgere et premere multifariam subditos nros, partim grassatoribus, partim eciam vectigalibus insolitis. De quibus illum, per lras et Nunctios nros, sæpe admonuimus. Sed et indies magis augeri ea maleficia ex terra ipsius videntur. Preterea, cum hoste nro, nescimus quid nunc tantum commercij habeat, vt nunq; alias magis. Eunt inter eos frequenter vltro citroq; Nunctij, vnde manifeste apparet, q; successibus nris faueat, et quid rebus suis meditetur. Quare opus erit, vt S. tua tempori deliberet, quomodo ipsum Mgrum cohercere, et ad prestandum nobis debitu suum stringere possemus, vt cum ad Regnum foeliciter redibimus, consilijs meditatis rem aggredi valeamus, quam nec vellemus, nec expediret temere ordiri, Dissimulare aut vsq; adeo tot iniurias et damna est incentiuum illi dare ad maiora aduersus nos et subditos nros patranda et molienda.

Cæterum studuimus emixe in istis difficultatibus nris, Thartarũ nobis deuincere, vt actiones nras non interturbaret, Misimusq; adhuc ante Aestatem Magcum Gastoldum Palatinum Polocen, cum stipendio ad Cezarkassi, Promiserant em se nobiscum arctam societatem contra hostem nostrum, et foedus inituros, filiumq; Imperatoris in Obsidem daturos, tamẽ pro astu suo solito expectabant hucusq;, quorsum res nra, aut Ducis Moschouiæ inclinaret, Et interim Gastoldum verbis de pecunia

Aud.

circumuenire tentabant, qui in Kijow subsistens, noluit nisi Obside recepto, eas illis numerare. Nunc aut scripsit ad nos idem Thartarus, se missurum Exercitum in Moschouiam, cum eciam nos mitteremus, firmare reg velle foedus nobiscum, sed filium in Obsidem dare ad presens non posse, promittens tamen se postea daturum. Quod vtrum facturus sit, nec ne, adhuc satis compertum habere no possumus. Bene tamen nobiscum actum putabimus, si saltem actiones et Dominia nra non infestabit. Datum in Poloczko feria sexta ante festum Translationis Sancti Stanislai. Anno dñi M°. D°. xvij°.

S. I. Rex. P

Varmien Epo

Fabiano Epo Varmiensi

RNde in Chro pr sincere nobis dilecte, Per totum id tempus, quo in Dominio hoc agimus, fecimus impensa opam, vt hostem nostrum Ducem Moschouie, potuisseus ad aliquas decentes et honestas pacis codicoes inducere. Verum cum ille temere et pertinaciter se in oibus aduersum nos exhiberet, coacti sumus cogitare, vt illum bello faciare aliquado et stringere ad cocordiam, et pacem amplectendam possens, Confecerausq no vulgare Exercitum Militum mercenariorum, et cum eis, ac vniuersis subditis Dominij huius nri profecti fuimus in Poloczko, Recensitisq et ordinatis illic omnibus copijs, miseramus eas Sabbato, intra octauam Natalis sancte Marie, in terram hostilem, versus Arcem Opoczkam, Circa quam, supra vnum Mensem iacentes, et hostium Exercitum, qui se in locis aqua munitis, prope illa collocauerat, ad pugnam prouocantes, longe lateq omnia ferro et igni depopulabantur, binisq conflictibus, validas hostiles excubias

millo alio adminiculo q sola contributione horum subditorum

921
454

profligarũt, Et licet semel duntaxat, Arcem ipsam expugnare tentarint, temereq; res, et sine sciencia Prefectorũ, ac vllis Instrumẽtis coepta fuit: tamen gracia Dei, salui omnes, paucis ex Leditibus, et vno vel duobus de Equitibus desyderatis, redierunt, Nam nõ fuit voluntas nra, vt diu circa oppugnationem ipsius Arcis occuparẽtur, Nunc nescientes qualiter hostis noster sit animatus, presidia oportuna in finibus collocauimus.
Et quia Cæsarea Mtãs solicite agit, cum per lras, tum per Nunctios suos, vt nos etc. Vide antecedentem Epstam, cuius tenore hec fuit cõscripta, paucis admodum mutatis.

S. I. Rex. P

Nicolao de Schidlowec Thesaurº regm

MAgce sincere nobis dilecte, Miramur vehementer, et molesto ferius animo, q, vt S. tua nobis scripsit, modice pecunie sunt ad Thesaurum congeste, Nos quidem hactemus parsimus de dispensandis illis, volentes quod pro necessitate publica q plures cogeretur, et sperauimus ita futurum. Verum si aliter sit, S. tua curet et hortetur Exactores, vt celerius exigant et comportent ipsas pecunias,

Et quia scripserũt nobis Consiliarij nri ex Russia, necessarium esse, vt hoc instanti tempore cõducatur plures Mercenarij Milites, volumus vt S. tua absq; mora cõducat adhuc quadringẽtos Equites. Et si pecuniam paratam non habet, illam aliquo cõquirat, ne quod per negligencia' maius Reipublice accidat detrimentum.

Cæterum, intellexius hos stipendiarios, qui nũc in Russia sunt, magnum

acceptis Se damnu persequedo Thartaros, et cum eis cofligedo, Volumus itaq
vt eis de ipsis eorum damnis que nūc sunt passi S. tua, vna cum stipendio
satis faciat, quo deinceps fiant in Milicia Sua diligenciores.

Coeterum habemus gracias S. tue, q illic in Rus Sia non defuerit communi
necessitati presencia et impensa Sua, aliosq ad id cohortari, et ducere secu
curauit, volumus illi hoc officium dignum meritis et virtute ipsius, gracia
et beneficencia nra semper referre. Scribimus idem reliqis Consiliarijs
et primarie Nobilitati, que sponte Sua illuc cotra hostem accurrerat.
Alijs aut ad quos non scripsimus, de quibus S. tue melius costat, ipsa nro
nomine gras agat, et polliceatur illis hanc laudabilem operam, gratam apt
nos, et non neglectam futuram. Vilne

455

S. I. Rex. P.

Palatinis Regni.

Magce sincere nobis dilecte, Grani et acerbo animo ferimus damnu, quod Thartari nunc in terris Russie perpetrarut, Et non putauimus nos quidem quod Imperator eorum, initam nobiscum, et Iureiurando firmatam amicicia et societatem violare debuisset, Verum cum tam insignem perfidia in nos comisit, opus erit, vt de hac re nouum aduersus illum consilium capiamus, Interim vero, quia veremur, ne in gratificationem hostis nri Ducis Moscho; vie, iterum terras nras adoriatur, comisimus ad numeru stipendiariorum adhuc quadringentes Equites conduci. Et insuper ad S. tuam lras Re; stium mittimus. vt si illi opportunu videbitur, eas publicari, et nobilitate vniuersam ad arma comoueri id curet, diemq; ad locum ad quem eade Nobilitas conueniat, adscribi faciat, Sin vero conditio temporis ali; ter suadebit, agat vna cum alijs Consiliarijs et Primoribus, prout meli; vs expedire videbitur, Nam nos nollemus quicq; negligere, quo tam subito et inopinato discrimini occurri possit, Aliud vero nunc presencius reme; dium huic malo afferre nequiuimus, scribente nobis Magco Thesaurario Regni, nullas in Thesauro esse pecunias, quod et miramur, et valde est nobis molestum, Hactenus em parsimus à dispensatione ipsarum publi; carum pecuniarum, speramusq; congestum iri debere non paruas su; mas ex fertonibus et Czopone, que sustinere potuissent onus defensiois Reipublice, Que quidem spes nos fefellit. Staq; S. tua his admiculis, que fieri possunt, admitatur, ne quod iterum perfidus hostis damnum inferre valeat

Ceterum habemus gracias S. tue, q; isthic in Russia non defuerit, coni

neccs̄itati, opera, p̄sencia, et impensa sua. Aliosq; ad id cohortari, et
cōfirmare curanit. Volumus illi hoc officiū dignū meritis, et virtute ipsius,
gracia et beneficēcia n̄ra semper referre. Scribimus idem reliqs Con-
siliarijs, et primarie Nobilitati, quē sponte sua illuc cōtra hostem ac-
currerat. Alijs aūt, ad quos non scripsimus, de quibus S. tuē melius
constat, ipsa n̄ro nomine gracias agat, et pollicēatur illis hanc eorum
laudabilem operam, gratam apud nos et nō neglectam futurā. Datum

S. I. Rex. P.

Nicolao Thirleÿ Palat° Sandomir. Campiductori

MAgce sincere nobis dilecte. Intelligim̄s opus esse, vt S. tua sit in Rus-
sia, postq; defensio in Conuentu generali sit leniter cōstituta. Vbi enim
neccs̄itas aliqua ingrueret, faciliūs se homines in p̄sencia illius cōgrega-
rent, staq; sit illic S. tua, et nos cōmisimus illi stipendiū dari ad triginta
equos per decem florenos, tam diu q; diu illic māserit. Censeūs opus esse
multis Pr̄fectis Stipēdiariorū, cum mala sit pluralitas Principū. sed sit
vnus quisq; illic, vbi eum S. tua collocabit, et faciat illud, quod ei ab illa
cōmittetur. Thworowski iam diu cōmisimus dari stipendiū ad vi-
ginti equos per decem florenos, Et proinde nescimus, quare ille à nobis
vel quam promissionē expetit, Cum ratione Pr̄fecturē, quā gerit, id ei q̄d
nulli alteri pendimus. Quod nob S. tua scribit, de Pr̄editibus et tor-
mētis bellicis, nobis nō videtur adeo opus esse illis cōtra Thartaros, Pr̄-
sertim cū pauce sint peccunie defensiois, tamē cōmittim̄s id eidem S. tuē.
vna cū Magco Nicolao Schidlowieczki Thesaurario, vt id faciat quod magis
intelligent expedire, habēdo respectū ad facultatem peccunie, vt illa sup-
peteret. Bene valeat S. tua. Datum.

S. Rex. P.

Nicolao de Sidlowec Thesaur° Regni.

Magce sincere nobis dilecte, Comisimus Magco Palatino Sandomirien vt sit in Russia, per ista tempora suspecta. Volumusq3 vt S. tua illi per hoc tempus, quo ibi fuerit, soluat ad triginta equos per decem florenos. ad Quartalia, Peditibus vero et tormentis bellicis, non videtur nobis opus esse aduersus Thartaros. Tamen si peccunie defensionis suppetere possunt, suscipiatur tantu Peditum, quantum necesse videtur, cum intelligencia dicti Palatini Sandomiriensis.

Tomicius Eps. Vicecancell.s Dno Cracowczik. Jo.ni de Tarnow

dno Cracowczik

Generose dne, amice et frater charme. Scribit mihi D. vra, plerosq3 Notabiles accingi se isthic ad veniendum huc pro ea necessitate Mtis Regie, et quod illa nolet pariter abes se ab hoc obsequio, Vtcumq3 hactenus paruam sui rationem Mtis sue experta, si meum adsit consilium. Ego compertum habeo Mtem suam optare, vt omnes tales Insigniores manerent domi, ad presidium Regni, cum valde temiter sit defensio Reipublice constituta. Tamen si vra D. huc veniet, erit procul dubio grata sue Mti,.

De fortuna vero, non est cur adeo queratur, cum sit in eo gradu constituta, quo facile ad locum Maiorum suorum accedere possit. Que res tame obseguijs et meritis faciluis et dignius coparatur. Bene valeat vra D. et me diligat.

S. Rex P. ?

Sta Lanczkorunski Capit. Camenecen

GEneroſe fidelis dilecte, Miramur, iam bina hoc anno Incurſione, Thartaros terras noſtras Ruſſie infeſtaſſe, cum tu iſthic ſis cum Militibus Mercenarijs, et nihil eſt à nobis neglectum, quod ad preſidiu partis iſtius videbatur attinere, Committimus igitur tibi diſtrictius, vt diligentiſſime intendas per Cuſtodes et Speculatores, ne deinceps vel irrumpant ipſi Thartari, vel quando aduentarent poſſis tempeſtiue dnos et nobilitatem reddere cercziores, Significarunt em nobis Nuncij nri, quos in Precop habemus, nullum illic eſſe ordinem et obedienciam. Conariq; partem Thartarorum non modicam ſe ab Imperatore ſcindere, et in terras nras Ruſſie irrumpere, et itidem aliam partem, que adheret fratri Imperatoris Achmath ſoltan, moliri, ac iam eſſe in procinctu, Quod tibi propterea denunctiamus, vt eo diligencius incumbas, quo id, quicquid ipſi Thartari inceptarent, tempeſtiue ſcias, et ſubditis noſtris declares, ne quod graue dispendium inopinatis illis accidat, Et quando irruptionem aliqua facerent, tu quo numeroſuis poſſes, vna cum alijs accurreres celerius communi neceſſitati et periculo. Pro gracia nra aliter non factur, Vilne.

S. Rex P. 2

Joanni Laski Archiepo Gnesnen. primati Legato nato.

RXme in Christo pater. Que nobis Ptas vra scripsit, sparsa esse de nobis in Italia, ad dedecus et perturbationem rerum mrarum, iam prius non ignoraimus: Et qui tractatus de nobis isthic in Regno, quasi iam morituris fuerint, compertum habens. Verum nos, cum Christianu Regem agimus, non permouemur quicq; his nugis, que cum à sanctis Patribus damnate, tum à gentibus sapientibus semper irrise et explose fuerint, Nam si Deus immortalis prescienciam futurorum, rem omnium maximam, impartiri vellet hominibus, alterius sortis tamen et sapiencie illam haberent, q; ij, qui tales artes prestigiarias exercent, Cum vero scimus ipsos Authores Astrologie fateri, neminem ex arte particularia predicere, nisi numine afflatos, et presertim fata Principum, que non ex se ipsis dependent, minime ambigimus, et scripta Astrologi magis particularia, q; vllius Prophete, Et alia multa commenta de industria esse instructa, Que indignissimo ferimus animo, Dabimusq; operam, ita vt nobis P. vra consulit, tam per lras ad Pontificem, q; alios, qui rem abunde inuestigare poterunt, vt cum promulgatorem honoris nostri cognitum habeamus, Sciemusq; qualiter nos vicissim erga illum gerere debeamus.

De Matrimonio vero intelligit P. vra voluntatem et tractatus nros ex alijs lris. Que bene valeat.

S. Rex. P.

Spitkoni de Tarnow Castellº Cracouien

MAgce etc. Scribit nobis S. tua se intellexisse, quę nonnulli Astrologi Italici, de successibus nris aduersis prędixerint, et quę per Cedulam hic affixam nobis minatum et indicatum sit, vt curam nri haberemus. Nos quidem grato animo suscepimus hanc fidem et solicitudinem de nobis tuę S. Verum nos vt Christianum Principem decet, et quia ats in vita sępe experti sumus diuinationes tales, nihil neq; veritatis, neq; rationis habere, non mouemur illis, Alioquin si cuius moneti essent maioris auctoritatis et sapiencię homines illam exercerent, q; ij, qui Astrologiam profitentur, Sequimur pocius edictum Dei, quo per Propheta nos admonet, ne timeremus à Signis Coeli, quę gentes timent, sed in illo, in cuius manibus sortes nrę sunt, fidem omnem et spem ponereus. vt nos hactenus fecimus, et sumus, eius diuina benignitate, in maioribus talibus minis et periculis seruati, Itaq; vt à leui homine, et arte vana prędito, ita in fumum et ventum abitura confidimus. Quod vero ad cedulam attinet comperimus itidem, vt alias multas fabulas, figmentum esse, Scimusq; nos eciam hic fidos et benuolos habere subditos. Vtcumq; est, admonitionem S. tuę, vt diximus, grato animo suscipimus, Quę bene valeat.

≠ quod et in futurum speramus succedere.

Thomicius Epus Vicecancellus
Christoforo Sidlouicio Castellano
Crac. R. P. Cancellario

MAgce dne dne et fautor colendissime, Vidi bina Iuditia ex Italia, que mihi misit vra Magcia. Que quoniam diuerse predicunt de valetudine et successibus Mtis Regie, et in dubijs semper est ad meliorem partem interpretandum, non me multum permouerunt. Presertim cum nri, qui prestant in hac arte Italis, nihil tale metuendum referunt. Tamen quantum agere mihi licuerit, vt Mtas sua caueret à malo euentu, nihil pretermitta.

Scribo tras, nomine Mtis sue, ad Doctorem Miechouitam, vt eciam ille proferat suam sentenciam, et vra eciam Magcia illum cohortetur.

Filij olim dni Palatini Ploccn, composuerunt cum Mte Regia de Tenutis suis. Dimiserunt sue Mti Rauam libere, et summa eis ad alia bona est tradicta. Et propterea nihil effici potuit ad presens pro dno Vithuinski, Ostenderunt eciam presentationem ad Plebanatum in Viskithki cum clausula per cessum vel decessum, Quam videns Mtas Regia, reliquit eos iuxta tras in Plebanatu, miratag est, q illam dm non ostenderunt, fuisset enim ista omnis difficultas adhuc ab initio discussa.

Dominum Capitaneum Premisliensem, et comendatione vre Magcie, et q defendere solet bona Epatus mei, habco libens in omnibus suis negocijs commendatum. Commendo me vre Magcie,

Petrus Tomiczki epʒ Premislien
Chrʒfero de Sidlo c Palatº & Capitº Cracomien : Regni poloc Cancellº

De domo, quod nobis S. tua scribit, abunde intelleximus. Verum ipsa scit, q, quando pro ea nos rogauit, concessimus ipsam illi, tantisper solum, donec pestilencia cessaret, et nos filiás nras ad Cracouiam reduceremus. Pro quarum habitatione, domum ipsam illis deputamus. Nam et aliàs semper, et nunc precipue in tanto tumultu, qui erit in Castro, non habemus, vbi eas et commodius et honestius collocare possemus. Et quia scribit S. tua, deficere sibi habitacula in suis isthic domibus, cóccedemus illi ad presens illa habitacula, quæ sunt ante Thesaurum, in quibus prius dictæ filiæ nræ habitarút, vt si velit Coniugem suam, in illis locet, Et proinde faciat tempestiue domum ipsam euacuare, eciam prius, q Crác veniamus, volumus vt isthuc filiæ nræ traducantur.

Cellaria vero in domo eadem, in quibus se vinum habere S. tua scribit, dimittimus illi, vt eis vtatur, nec vinum ex eis trans ferat.

Mandatum Regis: ad excipiend Vienne Bonam reginam. et sponsalia contrahend

Sigismundus etc. Manifestum facimus per presentes vniuersis, Quia Reuerẽ in Chro Patrem, dnm Epum Posnan, et Magcos Christophe-rum de Schidlouiec, Palatinum et Capitaneum Crac, ac Regni nri Cancellarium, et Lucam de Gorca, Castellanum Posnan, et Capita-neum Maioris Polonie generalem, Consiliarios nros, sincere nobis dile-ctos, deputauimus, et presentibus deputamus in Oratores nros, Ad excipiendum Vienne Illmam Principem dnam Bonam, filiam Illmi olim Principis dni Joannis Galiacij, Sforcie Comitis, Ducis Medio-lani etc, sponsam nram charmam, ac cum eius Illte, coniunctim cum alijs Oratoribus nris, quos prius ad illam misimus, Sponsalia nro nõie, ecciam per verba de presenti contrahendi, vbi illa adhuc, per cosdẽ priores Oratores nros, non fuis sent contracta. Promittentes verbo nro Regio, q, quicqd per eos ipsos nros Oratores, in ipso Matrimonij negocij, et Sponsalium contractione, actum et conclusum fuerit, id omne apud nos, ratum, firmum, et inuiolabile futurum. In cuius rei testiõ sigillum nostrum presentibus appendi fecimus. Datum Vilne.

S. R. P. M.

Joanni Ludbrancio Episcopo Posnaniensi, Luce de Gorca Castel. Posn. maioris Polocæ capiæ.

RVnde in Chro pr, et Magce sincere nobis dilecti. Est nobis valde grata sedulitas et cura vrarum S. in prestigandis conatibus dni Mgri Prussie, et animis Vicinorū, Nos quidem iam satis cōptū habeus, ipsius dni Mgri molimina, et auxilia, quē sibi aduersum nos comparare satagit, querens multifariā de nobis vbiq; et illud, quod ipse subditis nris facit, nobis impingens, Propter quā causā, nō minus q; de alijs necessitatibus Regni Cōventū agere statuius, In quo cum vris Sbus et alijs Cōsiliarijs existētes, cōsulemus de nobis, et subditis nris id, quod oportunū videbitur.

Quod aūt ad profectionem Viennesem, carundem Stum vrarum, attinet, nos quando illis scripseraus, vt ad festum Circumcisiois dni, illic es se cōtenderent, speraimus quōd interim debiūs emus ab Oratoribus nris plane cerciores fieri, ad quem diem es set Illma Sponsa nra illuc ventura, sed cū hactenus nihil significarunt, quō valde miramur, volumus vt interim se nō moueant, donec eas Joannes Boner faciet cerciores.

Instructio vero, nulla alia Sbus est vris necessaria, q; vt prefatā Illmam dnam Sponsam nram excipiat nro nomine, et foelici eius aduentui gratulētur. Quod ipse Stes vre eo modo et verbis, quibus decebit abunde exequi scient, Vbi aūt sponsalia contracta non fuerint, ea contrahent iuxta Mandatum, quod erit apud Magcum Palatinum Cracouien, Erunt et Credenciales lre, ad eandem Illmam dnam sponsam nram, et ad Cæsaream Mtem, cum Instructione eorū, quē cum illa erunt loquēda si illic aderit.

De locis vero aliquibus, quà S.tes vrę, redire cum ipsa dna Sponsa nra deberet, quę peste infecta referúntur, erit diligencię earúdem S. vrárum, cum iter illac faciét, sedulo exquirę, de tutiori transitu, Et nos etiam Cracouiá venientes, idem faciemus, De quo nos tamen ante S. vrę edocebunt, Quę bene valeant.

S. P. Rex. L

Chrſfero de Ssidlo Palat. Capit. Grac. regm Canall. Gostinen. Sochaczenien. Nouo Corzimen. Capit.o

MAgce Sincere nobis dilecte, Non fuit amplius voluntatis nostrę ad Hungaricos et Bohemicos Conuętus Nuncios mittere. Quandoquidę hę omnes mis Siones, quas hactenus fecimus, nullum Sermo dno Regi Ludouico, et Regnis eius commodum, nobis vero non parvum dispendiu et indignitatem afferre cosueuerunt, Vt pote cum ipsi Conuętus semper à dnis Hungaris, pro eorum arbitrio statuúntur, nihil penitus ad nos tang imaginarios Tutores referentibus. Verum quia Cæsarea Mtas, et dictus Sermus dns Rex Ludouicus, nobis nunc scripserunt, postulantes enixe, vt primum Budam pro Conuętu ad festum sancti Michaëlis Oratorem nostrum mitteremus, qui illic simul cum Oratoribus illius, vtriusq Mtis, concordata instructione, deinde ad Bohemicum pro festo sancti Martini proximo, se conferret, quod negocia prędicti Sermi dni Regis Ludouici, id valde indigerent, volentes vtrmisq Mti satisfacę et ne officium necessitudinis nrę prętermittere videremur, deputauimus ad Conuętum Bohemicum, Magcum Andream de Thaczin Palatinum Lublinen, Nam Hungarici Terminus, iam est elapsus, et nos primo nuncius quartus lras de ipsis Conuentibus accepimus.

95
1011
494

Quod aut nobis S. tua scripsit de his, que cum ea Doctor Balbus egit, super Matrimonio Sérme Neptis nre, abunde intelleximus, et probamus q; Rmus dns Cardinalis Strigoniensis, cam habet curam, et vt eam prosequeretur, ageretq; per se cum Cæsarea Mte, nobis multum placeret, sed non videtur nobis, vt nos per alienas personas, de tanta re cum Mte sua tractemus. Volumus tamen eius Mtem sedulo admonere, vt pactis et conuentis tibus satis fiat, quandoquidem intelligimus, q; cum de ea re, soli cu Cæsarea Mte, inscijs et absentibus Consiliarijs vtriusq; illuis Regni, coclusius. nobis acceptum feretur si bene succedet, Sin aliter, culpa omnis in nos trans feretur.

Coeterum, quod tua S. à nobis petit, vt illam ab eo itinere, suscipiendi Illma Sponsam nram, absoluamus, describens suas présentes difficultates, Nos quidem ita es se credimus, vt scripsit, sed cum tempus est adeo angustum, vt nullo modo alteri, ad apparandum se sufficere possit, et nos S. tuam dudum de hac re certiorem fecimus, vt eam, per quam semper omnia insignia ora negocia obire consueuimus, et cuius seruicia nobis semper cordi et laudi fuerut; postulamus ab illa, vt se non excuset, sed quod hactenus fecit, nunc eciam, cum tantum est opus, quantum vnq; alias, desiderio et necessitati nre satis faciat; Quandoquidem alij dni quos mittimus, alacriter se nobis obtulerunt, Accingat aut se, siue in gramoribus eqis, seu in Canterijs, vt lubet, modo, vt consueuit, splendide, Quando vero tempus instabit, nos illi, et alijs, faciemus de Viatico prouideri

Postremo quod scripsit S. tua de Militibus in Russia relinquendis, nos illi, et Magco Thesaurario fratri suo dudum scripsimus, vt ita eorum

susceptio metiretur, quod peccunia à Ciuibus Craconiensibus et Spualibus ac-
cepta, sufficere possit, Nam ea Contributio, quæ Liothrcoviæ est decreta, nescius
quando edetur, Racione cuius iam factæ sunt multæ impensæ, et restant alia
onera supplenda, Quantum igitur residui erit de peccunia à Ciuibus et
spiritualibus accepta, soluto emerito stipendio, pro eo stipendiarios illic
in Russia locari, et relinqui vellemus, Ad minus aut quingenti Equites
relinquendi et seruandi essent, si erit peccunia, qua teneri pos sint, Na ad
plures prorsus nescimus, vnde sumptus fieri debeat, Alijs vero vt Seruicium
edicatur,

S. i. Rex. P.

Joanni de Ludbranc3 Episcopo Posnamen
Luce de Gorca Castell° Posn: Capit° Maioris
. Polonie generali .

REuerén in Chró pr, et Magce sincere nobis dilecti, Cum adhuc nihil ad nos prescriptum sit, de profectione Illme Sponse nre, quo simus cerciores, sua Illma D, circa principium huius proxime preteriti Mensis, nauem con; scendis se, vel iam ad illud littus appulis se, ex quo iam iter terreStre ad nos factura esset, vti Illma Dux, Mater Sponse nre, lris suis nobis signifi; cauit, Existimamus suam D. tantum Materno indulgere amori, vt pocius mutata sentencia, propter pericula vitanda, que hoc potis simum hyberno te; pore nauigantibus accidere solent, istud ipsum iter ad principium Veris differre decerneret, Quapropter sacius esse existimauimus, profectione vram differre, donec sciamus, quando tempus sit illud futurum, quo cō; mode ire pos sit, Interea vero temporis, quia in presenti Cōuentu multa et grauia agenda sunt hic Reipublice negocia, que sine presencia vra; rum S. non satis cōmode agi possunt, volumus vt relictis domi equis, et reliquis impedimentis, celeri cursu ad nos veniant, vt confectis com; muni consilio Reipublice actionibus, vel hinc recta iter institutum ingre; diantur, vel isthinc ad equos suos redeant; Prout rei agende neces sitas indicabit. Et bene valeant. Datum Cracouie.

Regi Polonie

Joanni de Lubranc Cyo Posnanien

Luce de Gorca Capitellano Posnanien etc

Rme in Christo Later, et Magce sincere nobis dilecti, Contenti sumus, et boni consulimus, q. S. vre huc ad prēsens non venerint, Prē, sertim, quando Conuentus cito finem suum sit accepturus, Verum sint parate, vt cum Nunctius noster ad eas accurrerit, in mora non fiant.

DE prorogatione vero Conuentus, quod S. vre scripserant, placeret quidem nobis, sed res et negocia, que nūc agenda sunt, prorogationem pati nō possunt, Imo egent celeri consilio, et promisione. Bene valeat S. vestre.

Oratio ad Isabellam Ducem Barensem dicta ab Oribus regis Polonie

MAluiſſem ego Illma Princeps, maluiſſem profecto, vt Sermus et Inuictiſſimus dns noſter Rex, alicui alteri, vel ex Senatu, vel Aula ſua ampliſſima, munus id referendi Mandata ſua, coram tua Illte iniunxiſſet, q̃ mihi: Negocij em huius, de quo verba facturus ſum, magnitudo et ſublimitas, maturius ingenium, et maiorem dicendi facultate, expoſcebat. Quo fit vt plurimu verear, ne ieiuna mea oratione id exequens, aliquid de rei dignitate dempſiſſe videar, Verum cum ſors et eucti ita tulit, vt abſente q̃ longiſſime à Regno ſuo ipſo Sermo dno nro, conſtitutoq̃ in medio belli æſtu, inciderit hoc fauſtiſſimum negocium, nihilq̃ minus pacibatur q̃ moram et cunctationem, propter tpis ad tanta locorum interualla angustiam, viſum fuit illius Mti Sme, poſtpoſito ad eam rem oportuno apparatu, nos ex procinctu ſuo bellico tanq̃ expeditiores mittere, et mihi hoc dicendi onus imponere, Quare exponam Illma Princeps, fretus humanitate et benignitate tua, nuda et ſimplici oratione rem ipſam, que alioqui per ſemet adeo clara eſt, et illuſtris, vt ſi eam verbis ampliare vellem, ſoli, vt dicitur, lumen addere viderer.

Ab eo tempore, quo ſublata fuit ab humanis Sma dna Regina Barbara, Coniux Mtis dni nri clemetiſſimi, fuit Mtas illius Sma, cum per Sumum Pontificem, et Cæſaream Mtem, tum Conſiliarios et ſubditos

suos, crebro cohortata, vt quia id maxime ex vsu eß ſet, non ſolum Re-
gno et Dominijs ſuis, ſed eciam vniuerſe Reipublice Chriſtiane, nó vul-
gari commodo, animum ad ſecundas Nupcias, inducere dignaretur. Mtas
ſua Serma, affecta tunc partim gemino dolore, tam Conjugis charis ſime,
q3 concordiſſimi fratris, Serini dni Wladiſlai, Hungarie et Bohemie
Regis, obitu, partim eciam tumultu et inquietudine bellica, nó potuit
longo tempore, ad eam contrariam cogitationem, mentem ſuam flectere.
Verum cum modo Subditi Mtis ſue, modo Cæſarea Mtas identidem
de ea re inſtarent; proponeretur q3 Mti ſue, ab illius Cæſarea Celſitudie,
inter alias illma dna BOna filia vre illtis, Quam cum alias ſepe
per lras, et Nunctios ſuos, tum noniſſime per dnm Sigismundum de
Herberſtayn, Oratorem ſuum comendauit, et ſuaſit Mti ſue ducendam.
Ac ob eam eciam rem, dnm Chriſoſtomum Nunctium vre illtis, illuc
venire voluit, Mtas ſua Serma, retinuerat eum apud ſe tantisper, donec
Orator ſuus, quem pridem ad illius Cæſaream Mtem, in ipso Matrimo-
nij negocio miſerat, rediret, Qui licet nondum eciam reuerſus fuerat,
et ſacius exiſtimauit, illum Mtas ſua Regia preſtolari: tamen accepta
iam ab illo ſentencia, et conſilio Cæſareo, tempusq3 inſtabat, quo Mtas
ſua, recenſere debuit Exercitus ſuos, et progredi aduerſus hoſtem, reti-
nendum diucius ipsum dnm Chriſoſtomum non putauit. Nosq3 cum ea
ſignificatione ad vram illtem mittere, vna cum illo voluit, Quod poſtq3
Mtas ſua Serma, compertam habet sentenciam Cæſaree Celſitudinis,
in cuius integra fide, beneuolencia, et amore fraterno, tota conquieſcit.
Cumq3, quod precipuum eſt Mtas ſua ſacra, intellexit illtmam dnam
Bonam filiam vre illtis, preter generis amplam et Regia dignitate,

eſſe eciam ſingulari virtute, morumq; honeſtate, ac alijs egregijs, et preclaris tam corporis, q; animi dotibus, preditam, acceptauit conſilium illius Cæſaree Celsitudinis. Et quod foelix, fauſtum, ac fortunatum ſit, ipsa Illma dnam Bonam, ſibi in Coniugem pre cæteris elegit, et poſcit. Deditq; nobis illius Mtas Regia, amplam et plenariam poteſtatem, concludendi et conficiendi, primum apud Cæſaream Mtem, demum vram Illtem, hoc negocium. Sperans, et optans à dno Deo, cuius prouidencia et ordinatione, cum reliqua res mortalium, tum precipue Connubia fiunt, et disponuntur, futurum id Matrimonium charum in primis eius diuine Mti, demum Regno et Dominijs ſuis, ac vniuerſe denique Reipublice Chriſtiane proficuum et ſalutare,

Et quia Illma virgo (ad te em mihi ſermo eſt conuertendus) inquit Lepidus poëta, Si qua voles apte nubere, nube pari. Scin, ad iſtam tuam generis claram et Regiam dignitatem, Regiasq; et raras inter mortales dotes, qualem tibi Maritum fata cociliant? quanta Sceptra porrigant? Loſceris ad Regnum, quod ſua amplitudine et gloria, ſua rerum omnium et virorum copia, nulli cedit. In quo nobilitas, fides, et fortitudo ſingularis viget: Et proinde Principatus ſtabilis, nulli fortune tempeſtati obnoxius, Loſceris in complexum, in conſuetudinem perpetuam ab eo Principe, in quo quicquid boni à natura, à fortuna, à ſuperis dari poteſt mortalibus, in eo totum eſt, et eximium, et cumulatiſſimum. Eſt heroica corporis procritas, eſt forme cum dignitas, tum gracia, robur membrorum, Status et habitudinis Mtas, ingenium, prudencia, grauitas, et magnitudo animi admirabilis. In Natalium ſplendore ſunt tot clariſſimi Maiores illius Reges, tot Imperatores, affines, tanta heroum et Principum propinquitas,

Sunt preterea tot res immortales ab eo geste, tot acti de finitimis et potetiſſi-
mis Eccleſiæ Dei hoſtibus triumphi, Eſt demq; in tam Magnanimo
et Inuicto Principe, ſingularis cum erga omnes, tum (quod maxime tua
refert) erga Cõiugem amor, manſuetudo, et honeſtas, vt ea, nulla dicẽdi vi,
nulla verborum vbertate cõplecti poſſint.

Quare ô foelix virgo, tantum ſortita Maritum, amplectere foeliciter hãc
Sortem tuam clariſſimam, et progredere ad fauſtos, et deſtinatos tibi tha-
lamos, ad decus Regium preparatum, euum in eo longum et iucundũ actura.

Quod reliquum eſt, Deus opt. Max. qui hoc tam fauſtum, tam excel-
ſum, tam omni ex parte congruum, diſponere et ordinare voluit Connubiũ,
illud fouere, illuſtrare, et promouere ad ſummum dignetur, pro gloria no-
minis ſui, et Rei Chriſtianæ incremẽto, Et, quod in omnium eſt votis,
breui ea prole Cohærede decoret, augeat, et ſtabiliat, qui referat tales
vultu, et virtute Parentes, deuictumq; ſuis teneat ſub Legibus Orbem.

DIXI.

SIgismundo Primo Regi Polomiæ
Stanislaus Ostrorog Castel. Calissien
Joannes Conarski Archidiacꝰ Cracæ

SErme Princeps, et dne dne clementissime, Post seruiciorum mrorum in graciam Mtis vre commendationem etc, Arbitramur bonam partem actionum huiusce nostri muneris, Sacre Mti vre, abunde esse cognitam. Nunc vero, pro nra in eam debitissima seruitute et fide, que reliqua sut, hisce illi significanda duximus. Nos videlicet die xiiij^a Octobris Venecijs discessisse, et multis quotidianorum fluminum traiectuum incomoditatibus exhaustis, nonnullis eciam equis ex labore in itinere relictis, magnis itineribus die quinta Nouebris, Barium peruenisse. Transeuntibus aut nobis per Barletam, qui locus tridui itinere à Bario distat, nunctiatum est Illme dnam Ducem Isabellam, cum Serma filia, paucis ante diebus, ex Bario discessisse Neapolim versus, constitutis q3 Neapoli Pompam Nupciale celebrare, neq3 vllo pacto velle ob hyemis asperitatem et intemperiem Serenissimam filiam ante Veris inicium in Poloniam dimittere. Nos re tam insperata conterriti, vt nobis, quod maxime cupiebamus, de omnibus clarius, comoduisq3 posset innotescere, rectà Barium perreximus. Vbi nos summo cum desyderio, ab his nobilibus expectari senseramus, qui nostri causa, ab Illma dna Duce illic relicti fuerant.

Intrantibus nobis Barium, prodijt nobis obuiam Ciuitatis Prefectus cum omnibus Optimatibus et Ciuibus ad tria milliaria Italica. Exceptiq3 sumus summa profecto celebritate et inestimabili, tam maximi q3 minimi cuiusq3 leticia ex foelicissimo Seremis^e domine Bone Connubio concepta,

VRbem ingreſſi, inſpeximus Arcem illam Barenſem, Bombardarum tantum numerum iacentem, vt neſcio quid tonitrui ſimile videretur. Quæ primum à Frederico Barbaruſſo Romanorum Imperatore erecta, Deinde vero ab Illma dna Duce, non muliebri ſed virili quodam et exceſſo animo ita inſtaurata eſt, vt foeminea hæc, et noua fabrica, illam priſcam Cæſaream longe ſuperet, poſitq; hæc Arx meritiſſimo, inter prima huiuſce Regni fortalicia recenſeri.

Deducti ſumus rectà ad edem, et ſacrum diui Nicolai tumulum, vbi adoratione facta, ad Palacium Arci vicinum, acclamante nobis omni populo, Viua viua Polonia.

Cvm primum aũt intelleximus vera eſſe omnia, quæ nobis Barleteæ dicta fuerant, videlicet Illmam dnam Ducem conſtituiſſe differre profectionẽ Sereniſſimæ dnæ Bonæ vſq; in Veris inicium, hoc nobis conſilij capere viſum eſt.

Dedimus per celerrimam poſtam lras ad Illmam dnam ſuam, quibus de ea graniter queſti ſumus, q̃ contra omnem ſpem Mtis Cæſareæ, et Mtis vræ deſyderium, Cui maxime obſequi deberet hac itione Neapolim, et aljs omnibus rationibus, profectionem Sermæ dnæ Bonæ differret, Edocuimusq; dilationem hanc, abſq; Mtis vræ animi moleſtia, et ſummo totius Regni dispendio, fieri non poſſe, vbi omnia ita conſtituta eſſent, vt fauſtiſſimæ hæ nupciæ, vti apud omnes mortales moris eſt, in Carniſprinio celebrarentur. Pro quo tempore, iam pridem et Cæſarea Mtas, et plerique alij vicini Principes, inuitati eſſent, Proinde curare dignaretur, vt omnino ſe voluntati Mtis vræ conformare ſtuderet, poſtponeretq; pompas iſtas minime neceſſarias, rebus et raciombus Mtis vræ adeo in tempus Carniſprinij

989 1071 499

neces̄ario decurrentibus et constitutis, vt hanc Mtis vre deliberationem infringere, minime conueniret. His et alijs et hmoi in hanc sententiam adiectis, rogauimus, vt D. sua Illma, nobis diem constitueret, tempori et deliberationi Mtis vre consentaneam, anteq̄ diem Serma dna Bona foelix hoc iter ingrederetur.

REspondit Illma dnatio sua, eciam per lras, res et rationes suas eo iam in eam diem deductas esse, vt aliter neq̄uaq̄ fieri posset, q̄ vt iretur Neapolim, vbi commodius, decenciusq̄ satis facere posset, tam suo, q̄ filie sue honori, cui deesse non liceret. Quare rogabat nos summopere, vt ad se q̄ primum veniremus Maritianum, et inde vna proficiscerimur Neapolim. Asseuerans hanc itionem mram nihil more allaturam, quinimo futuram magno honori et glorie Mtis vre.

QVod vero ad celerem profectionem Serme Bone attineret, eam non, nisi circa decimam Decembris, posse fieri, misitq̄ nobis lras patentes, sua manu propria subscriptas, quibus mutato iam Veris expectandi, et Vrbis Rome viscendi, consilio, pollicetur Sermam dnam Bonam, ante decimam Decembris, Poloniam versus omnino iter arrepturam.
Hoc ipsum nobis, pro Illma dna sua, vnus ex Oratoribus Cæsaris, (non dum alr aduenerat) lris suis, et in persona sua, quam representabat, pollicitus est. Ita acceptis binis hisce patentibus lris, et Materno desyderio coacti sumus concedere, et die xij Nouembris, qua die iam pene, potius semus cum Sponsa ad Illtem Alt̄em vram reuerti. Coacti sumus Bario discedere, et ab Adriatico, vsq̄ ad mare Mediterraneum, per dorsum importunissimarum Alpium, latitudinem Italie emetiri. Ita die xx Nouebris, ad Illmā dnam Ducem Marilianū veninus, qui loc

decem à Neapoli Italicis milliaribus distat, Ideo aut Illma dna Dux ingressa est iter versus Neapolim, anteq nos Barum veniremus, quia verebatur, ne eam à proposito eundi Neapolim auerteremus, Prout omnio auertissemus, si eam reperissemus Bari, coactaq fuisset mutare consilium.

IN Ciuitatem Nolam, quæ à Mariliano quatuor distat Milliarijs, venit ad nos dns Augustinus Cemensius Italus, Orator Cæsareus, Collega dni Sebastiani Speranzii, qui iam pridem nobiscum erat, Et ita ab illo tempore, re vna omnes quatuor, omnia nobis concredita, cum summa dignitate Mtis vestræ obiuimus.

VBi Marilianum venimus, excepti sumus humanissime, sed satis familiariter, Nam Illma dna Dux, erat in procinctu eundi Neapolim, salutauimus eam, et Sermam Reginam nro tantum nomine, vti premoniti fueramus, nulla tunc Cæsaris, aut Mtis vræ, mentione facta, Id aut eo pertinebat, vt Neapoli in loco celebri, vtriusq Mtis Legatio diceretur. Reperimus Sermam dnam Bonam, vna cum Virginibus, ex voto quodam nuper facto, indutam albis vestibus, Eadem ipsa die sumpto ientaculo, vna equitantes, deduximus Illmam dnam Ducem, et Sermam filiam ad Podzoreale, qui locus non procul est à portis Neapolitanis, nosq non procul ea nocte diuersati sumus, licet potuissemus ante horam vesperarum Ciuitatem ingredi, retenti tamen sumus, vt spectaremus, et spectaremur in Pompa, quæ in crastino in Vrbis ingressu futura erat.

IN crastino tandem cuius diei sabbati xxj Nouembris circa horam vesperaru, ingressa Serma Regina Neapolim, penè hoc ordine.

Deducti sunt imprimis ad manum octoginta equi, cooperti omnes panno Brunatico et albo, singuli vero, singulos ductores habebant, simili páno et colore indutos

Deducebantur vero viginti quinq; muli onerarij, ferentes cistas inauratas, contectas ostro prec̃iosissimo, quibus inerat mundus muliebris, qui postea hic cum summa omnium admiratione ostensus est.

Hos seguebantur decem pueri serico induti, insidẽ equis pulcherrimis & vere Regijs, Ibant deinde in alijs similibus equis nonnulli purpurati Aulici Serm̃e dn̄e Regin̄e. Hos seguebatur promiscua turba, Baronum Comitum, et Ducum. et aliorum huiuscemodi titulis pred̃itorum. Quorum nullum Regnum feracius est, qui omnes officij et honoran Serm̃e Regin̄e causa, prodierunt.

Deinde deducebantur similiter ad manum, octo alij equi generosissimi, et ad arma aptissimi, Quorum ephippia, frena, falāre, auro et argento, miro quodam artificio decorati.

Deducebamur tandem nos Oratores, quisq; ab aliqua Illustri persona et primaria.

Prodibat tandem Serma dn̄a Regina media inter Oratorem Cesarem, et Vicēregem Neapolitanum, equo pulcherrimo et satis alto, quem hic Dzanetam vocant, albo habitu iam abiecto, adeo apte insidẽs, vt Nymphe alicuius, aut dee poëtice speciem prefeferret.

Sequebantur Matron̄e et virgines, et numero et pulchritudine, et superbo ornatu insignes, Ipsa Illma dn̄a Dux propter habitu lugubrem

quem adhuc ob mortem filij defert, huic pompe interes se noluit, sed longo post interuallo non multo Comitatu, subsecuta est, nosq in Arcem preuenit.

Ita Neapolim ingressi, per magis celebria Vrbis loca, Serman dnam Reginam ad Arcem, quam Capuanam vocant deduximus. vbi primarie et Illustres foeminę, ad eam excipiendam, venerandamq conuenerat. Perdurauitq hec muliebris gratulatio multis diebus, mixta semper Tripudijs et choreis festiuissimis.

Die xxiij Nouembris, auditi sunt Oratores Cæsarei, Quorum alter, videlicet dns Sperantius, longam, et luculentem Orationem habuit de laudibus Mtis vestre.

Triduo post, auditus est Magcus dns Calis Jensis, me tunc grauj febre duplici terciana decumbente, quę me adeo afflixit, vt in hanc diem egre traham spiritum.

Tandem quod foelix, faustum, et fortunatum sit, die Dnica sexta Decebris ipso die Diui Nicolai Patroni Barensis, hora circiter vigesima, contrahimus Matrimonium, nomine Mtis vre, cum Serma dna Bona, Qui actus, tanta hercoum, et foeminarum Illustrium freguencia, tanto ecia apparatu celebratus est, vt non tam Vidue facultates, q Regium quendam splendorem, prę se ferret.

Quia vero x. Decebris iam instabat, et nos omni studio vrgebamus, vt die prefata iuxta obligationem nobis per lras factam, Serma dna Bona ex Neapoli, Lopoliam versus discederet, misit ad nos Illma dna Dux

Rogans summopere, ne sibi vicio daremur, q̃ votis nr̃is et suis, ea die, quã per
trãs pollicita fuerat, satis facere nõ posset, Vt tamen celeritati, quoad ma-
xime fieri posset, consuleret, polliceri nobis verbo et fide ducali, se omni-
no ante festa Natalis dñi hinc Manfredoniam versus discessurã, esse-
cturamq̃, vt omnino circa primos dies Januarij. Serma dña Bona,
cum equis et omnibus impedimentis, sit in namibus.

Decreuit ẽm Serme Princeps, eam per mare mittere, vultq̃ vt conscendat
Nauim in Manfredonia, Ciuitate Apuliæ Maritima, ex qua per latitudinẽ
seu transuersum maris Adriatici, ipsa Insula Dalmaciæ, nonaginta dun-
taxat Italicis milliarijs distat, quæ est secundo vento subseruiente, na-
vigatio decem, aut ad summum duodecem horarum, per latitudinẽ maris.

Deinde interipsas Insulas, et littus Dalmaciæ, quod portuosissimum est,
nauigabit sua Mtãs securissime, vsq̃ ad Opidum Mtis Cæsareæ in littore
Hystriæ sittum, quod Flumen dicitur, Ex quo Opido per Labacũ, pri-
mariam Corinthiæ Vrbem in Villacum ad summum sex dietis commodis-
sime peruenire potest.

Ita Serme Princeps, hanc finalem resolutionem habemus, et hoc promis-
sum ab Illma dña Duce, videlicet, q̃ circa primos dies Januarij, ingredietur mare
Serma dña Bona, et nisi tempus esset valde contrarium, potezit egredi nauim in-
tra quindecim dies in Opido Flumine. Qui locus sex dietis distat à Vil-
laco, Et ita facilis supputatio esset, quando Mtãs sua posset peruenire Vi-
ennam, si modo Illma dña Dux, in mittenda sua Mte, primis Januarij di-
ebus seruaret promissa, De quo nos multum addubitamus, Indulget ẽm
sua Illma D. plurimum Materno affectu. Quo fit vt vereamur, ne rem

extrahat

vsq; ad Veris inicium, ne Sermam filiam hybernis Mensibus cogatur mari committere.

Speramus Serme Princeps, q; Sacre Mti vre, hac sola profectionis tarditate exceptа, de omnibus cumulatissime erit satisfactum. Nam quod ad formam et ætatem virginis, quod ad mores et egregias animi dotes attinet, nihil profecto desyderari potest.

Mundus eciam muliebris nobis, innumeris huius Regni Nobilibus presentibus, ostensus est talis, qualem nulla fortas Se Reginarum huius temporis in domum mariti intulit. In quo tamen auri et argenti non est multum.

Abacus em satis familiaris, et cinguli aurei, opere pocius, q; auri pondere conspicui. Sed tota Pompa consistit in vestibus plurimis et precio sissimis.

Sunt eciam aulea, et Flandrensia, et ex ostro precio sissimo, quod Itali Burkato Richo vocant, Sunt Papiliones, seu tentoriola pro lectis aurea multa, Sunt preterea Tentoriola linthiamina, Camisie, manutergia, ex tela subtilissima, aureo opere omnia sumptuosissime decorata, vt omnia vix infra biduum possint conspici. Et multo plura sunt, q; aliquis animo possit concipere, nisi qui ea viderit. Erit profecto res omnibus meritissimo admiranda.

Vsdimus eciam sexaginta, vt asserebatur, et vt verisimile erat, aureorum Millia. Et ita omnino credimus, q; Mtas vra erit contenta de omnibus, hac duntaxat profectionis procrastinatione excepta, que nobis hic tantum negocij exhibuit, vt multas noctes insomnes duxerimus.

Se remissime Princeps, Existimabamus nos omnia Mandata sacre Mtis

vestre, ea diligencia et fide obiuisse, vt nihil sit, q̃ non pro voto Mtis vre
summa cum illius dignitate sit confectum, preter hanc solam Rclis Mtis
profectionis tarditatem, quam nos hic incessanter opportune et importune
oppugnauimus, vt pote, qui nedum suadele, diligencie, labori; sed si res ita
posceret, sanguini et vite non parceremus, quo votis Mtis vre satis fieret.
sed rem que aliena in potestate est expugnare non potuimus. Indulget
enim Illma dna Dux plurimum Materno affectui, Et vt res est soliciti
plena timoris amor, veretur filiam hybernis hisce diebus mari credere,
As Ierens nauigantes, tantum à morte distare, quanta sit maris cras; ×
situdo.

Erat nobis in animo comitari Mtem suam in Manfredoniam, sed visum est
Illme dne Duci nos hinc dimittere, Pollicetur em mille promiss, circa
primos January dies Sermam dnam Reginam, Nauem conscensuram,
et à nobis pecijt, vt Sermam filiam in Villaco expectaremus, Videri
nanq; sibi indecorum ait Sermam filiam, per terras incognitas absq;
nobis debere proficisci.

Nos Serme Princeps, fuimus non modo Bari sed eciam in hac Vrbe,
Regni huius Capite, triginta diebus, Vbi tametsi nobis per Illmam
dnam Ducem necessaria suppeditata sint: maiorem tamen profecto sum-
ptum in Mimos et tibicines, ac alias res extraordinarias hic fecimus,
Q si obscuriore aliquo in loco, publico in hospitio diuersati fuisseus.
Proinde rogamus, dignetur hec Sacra Mtas vra, pro Regali et excelsa
sua prouidencia perpendere, et nobis per celeres suas lras significare,
debeamus ne Rclem Mtem expectare in Villaco, necnon,
Quod si expectandum erit, dignetur nos Sacra Mtas vra, sumptu

oportuno prouidere, Nam absq; Mtis vre gratiosa promissione, aut expectare nequaq; possemus, aut cogeremur citra Mtis vre dignitatem, meliores res mras pignori opponere. Quilibet em nostrum, ita nobis Deus Mtis vre graciam seruet, in hanc diem, id totum exposuit, quod nobis à Sacra Mte vra, pro Viatico datum est.

Quod ad Comitatum Serme dne Regine attinet, non ignoret Sacra Mtas vra, primarium in eo futurum, et omnibus alijs Prefectu Illrem dnm Prosperum Columpnensem. Alij erunt pene omnes nobiles Vasalli, et subditi Illme dne Ducis, Et ij quidem omnes, eo animo proficiscuntur, vt intra paucos dies, cum ipso dno Prospero reuertantur, excepto Medico, Coco, Curatore vestium, et tribus, aut ad summu quatuor pueris, qui fortasse conabuntur remanere. Virgines vero sex iam delegit Illma dna Dux, et duas Matronas prouectioris etatis, que venture sunt. Cui rei nos hic, omni conatu obstitimus. Conatiq; sumus puellarum numerum restringere, et vt eciam vnam tantum Matrõam acciperet, sed in hanc diem nihil profecimus. Dicit em sua Illma D. nihil esse indecencius, q; vt tanti Regis Coniux, absq; debito Comitatu proficiscatur.

Cæsarea q; Mtas nihil de puellaru numero, ad Illmam dnam Ducem scribere voluit, dissuasa, ne scriberet, vt suspicabamur, per dnm Chrisostomum, qui id metuebat, per nos primo cimsecmodi lris rogata. Respondit indecens esse, nisi competentem puellarum numerum haberet, que postea possent remitti. Nam eciam cum vxore sua, bone memorie, venisse multas ex Mediolano puellas, quas omnes intra octo dies remisisset. Nos tametsi non ignoremus facilius ex Germania Mediolanum,

q̄ ex Polonia Barum, virgines remitti poſſe: voluius tamen Sacrē Mti vrē, tam ſententiam Cæſaris, q̄ eciam propoſitum Illmē dnē Ducis deſcribere.

Supplicans ſacrē Mti vrē, ne nobis vicio det, q̄ hactenus nihil ſcripſerimus. In tanta em rerum confuſione, quē preter omnem spem nram orte ſunt, nullam prorſus reſolutionem habere potuimus, nec adhuc ecia, ſi queſtioi adhiberemur Mtem vrām certiorem facere poſſumus, quo tempore R̄Clis Mtās Viennē futura ſit. Qua ex re Mtem vrām multum ſolicitudinis habituram non ambigimus. quia neſciet in quod tempus generalem Regni Conuctum indicere debeat. Arbitrāur R̄lem Mtem, et omnē eius Comitatum, nihil magis timere q̄ frigus, Contra quod huiſce Regionis homines peſſime muniti ſunt, vt pote, q̄ nunq̄ pelles deferūt. Itaq̄ licet Illma dna Dux, promittat circa primos Januarij dies Serma Reginam diſcēs Juram, nos tamen veremur profecto, ne frigoris metu, rem ad Vernum tempus differat, licet, vt diximus, promittat Illma dna Dux, Sermam dnam Reginam futuram in Nau, primis Januarij diebꝰ. ac ſubinde pro Carniſprimio Viennē, Nos tamen id Mti vrē affirmare non audemus, ſed id ſcribimus, quod nobis ſepiſſime promiſſum eſt. Quoq̄ tamen tempore R̄Clis Mtās in Opidum Flumen appulerit, mittetur celerrimus Nunctius ad Mtem vrām à dno Proſpero, qui eam de numero Seruitorum ſuē Mtis, et omnibus aliis cumulatiſſime reddet certiorē.

Illma dna Dux, et Serma dna Regina hodie, quē eſt dies scti Thomē apli xxj Decembris, hinc recedunt Manfredoniam verſus, nos Dnatiōes earum comitabimur ad aliquot milliaria, deinde reuerſi hic pnoctabimus, et Deo auſpice craſtina die vcz̄t xxij Decembris hic diſcedus, iter p Anconā no p Vrbē facturi.

Mensuras sacre Mti vre mittius pntibus inclusas, Mittius ecia Calceu sericeum, qui si Mti vre maiusculus visus fuerit; sciat hic à foemis Caligulas vsq ad genua deferri, Mesura ecia cincture, cu Serma Regina veste aurea, et alia inferiori veste induta esset, accepta est.

Quod vero ad forme excellencia attinet, nihil à pictura illa, per dnm Chrisostomu allata, discrepat, Capilli pulcherrimi et albicates, cum tame, quod miru est, palpebre sint nigerrime et supcilia, Oculi angelici pocuis q humai, frons leta et serena, nasus planus, nihil omnino aquilini, aut aduncí habes. Gene rubentes, et ingenuo quoda pudore codecorate, Labia Corallo colora: tissima similima, Dentes equales, et cadidissimi, Collum rectu et rotudu, pectus candidum, humeri decetissimi, manus vero nusq pot cotueri pulchrior. Et in suma, siue tota forma, siue singillatim quodq membrum spectetur, omia sunt pulcherrima, et venustissima. Gracia cum in omni actu, tum presertim in loquella singularis, Eruditio et facundia no illius sexus, sed mira queda, Audiuimus eam multa, no premeditata, sed extemporanea, latine loquente. Et testatur Deum, q, nulla clausula profert, in qua no aliqd elegaciaru, aut figurate, aut ornatissime locutiois interluceat. Nouius à multis annis Italia, sed magis apte tripudiantem dnam nunq nouimus, Que tripudij ars hic à Preceptoribus huiusce Artis, magno precio coductis traditur.

Erit igr Sacra Mtas vra Regia, pculdubio de oibus cotenta, Quod aute ad tardiscula pfectioez Mtis sue attinet, ab hac ois culpa nra abest, q libeter ad Mtez vra, cum Serma dna Regina aduolaremus.

Comendatus nos, et deditissima seruitutem nram in gram Mtis vre, Quaz diuina clemecia, ad vota sua foelicitet. Neapoli xxj. Decebris. M.D.xvij.

1961
40.31
504

Isabella Dux Mediolan Et Bari
Sigismundo primo Regi Polonie

Epla hor ex Italica lingua in Latinā versa

Serme, et Potentissime Princeps, Gener et fili obseruandissime, Ecia quòd credā Mtem vrām, per Oratores suos, particulariter factam cerciorem, de foelicissimis Sponsalibus contractis, inter Mtem vrām, et Sermam meam filiam, et tamen non videtur mihi dignum omittere, quin ecia ego illi significem, quomodo fauente gracia dni nri, sexto die presentis Mensis, fuit celebratum Matrimonium, inter Mtem vrām, et prefatam Sermam filiā meam. De quo sum consequuta tantam extremam leticiā, et consolationem, vt maior considerari non possit, Que tanto plus augetur, quāto indies magis innotescunt Regales et singularissime dotes vre Mtis, Et proinde sicut dns nr Deus, per celebrationem ipsius Matrimonij, concessit mihi infinitam leticiam et voluptatem, ita ecia illam precor, permittat illud augmētari, cum longa et foelici vita vre Mtis, et mee Sērme filie, tum susceptione abundantis prolis, ita vt desydero, pro comuni satisfactione, et contentatione omnium.

Et quia isti Oratores vre Mtis, fecerūt me cerciorem, et multū solicitarūt in suo aduētu Neapolim, qui fuit xxj Nouēbris, pxime elapso, q, vra Mtās desyderat celeritatem aduētus Sērme mee filie ad se. Et licet ego cōstitueram, nō habendo aliud contrariū documētū à dno Chrisostomo meo Oratore, tempore quo fuit apud Mtem vram, mittere prefatā Sermam filiam meam primo Vere, q, id tempus sit, nō ita aduersum itinerantibus, et non obstante, quòd quasi sit impossibile in hyeme facere tam longū et frigidum iter: nihilominus recipiendo id ad meum placitum, quod supradictum est, vt Mti vre satis fieret, mansi cōtenta, vt acceleraret

ipsa ffectio, quantum fuit possibile. Et subito postq̃ Oratores Mtis vestre Neapolim applicuerunt, vbi eram conuenieda, profecta propter foeliciss̃ima Sponsalia, adhibui tantam celeritatem, quantum erat possibile, pro celeri expeditione itineris, Et vtcumq̃ simile negocium ex sua natura indigebat tempore non mediocri, cum gracia tamen dni Dei nri, hodie discedimus ad conducendum Sermam meam filiam, vsq̃ ad Manfredoniam iter septe dierum, Vnde illam per Mare Adriaticum nauigare faciam, quia id cedet ad diminutione itineris, et euitabuntur mali passus, montes, et flumina, que hyeme sunt in Italia, qui ptransiri no possut sine longo tepore, nimia defatigatione, et maximo periculo, Et proinde spero in dno Deo nro, quod celerrime perueniet incolumis.

Isti Oratores Mtis vre, licet multu solicitarut de discessu, tame continue viderit, q̃ non defuit vllum momentu tpis ad id, quod cum celeritate potuis set expediri. Et propterea rogo Mtem vram, vt si tamen Serma mea filia no veniret ita celeriter, vt Mtas vra, et ego optamus, no asscribat alteri q̃ nature rei, quam maxime propter ignorancia a principio intentionis vre Mtis, non potui celerius expedire.

Restat solum quod ego rogem Mtem vram, velit respondere mihi in eo amore, quo vram Mtem amo, eam certam faciendo, q̃ nunq̃ aliud a me cogitatur, q̃ illam posse magis securam facere, de immensa affectione, qua erga Mtem vram habeo, et quantu ego desydero vt de me disponat, pro eo q̃ Mtem vram habeo in amore, et loco veri filij. Et in omni alia re, in eo respectu et loco, vt merito ego debeo, et teneor. Dominus Deus prosperet et augeat illius foeliciss̃imum Statum, et vita, ita vt ego melius desydero. Neapoli xxvij Decembris. M°. D°. xvij°.

1033

505

S. 1. Rex. P.

Stanislao de Ostrorog Castellano Calissiensi Joanni Conarski Archidiac° Crac. secreta°. oratoribus.

Accepimus lras vras, quibus nos de Conuencoe vra cum Serma dna Sponsa nra, deq Comitatu et rebus ommibus illius Sertis, certiores feciſtis. Que omnia libentiſsime audiuimus, Nescientes aut adhuc, certam diem, ad quam illius Sertas Viennam applicabit; mittimus hunc Nunctiu nrm ad vos, vt de conſtituto à nobis Coronationis et Nupciarum die, vos edoceremus, Quando cm nobis primum ſcripseratis, Sermam dnam Sponſam noſtram ad littus Fluminis die xiiij Februarij appuliſse. Nescientes iter illud et tempus, ita conjiciebamus Sertem ſuam, vel ciuius opinione noſtra, vel inconuenti tempore, apud nos futuram. Scripseramus ad vos, vt cum cuius Sérte ageretis, quo perſisteret aut Vienne, si prope feſta Laſche illuc venient, vel in Olomuncz, si pro itinere ſatis temporis ſupereſſet. Pro certo aut habentes illius Sértem longe ante feſta Laſche Viennam peruenire, et pocius in Olomuncz perſiſtere debere, Statuimus diem Coronationis, et foelicium Nupciarum nrarum, Dnicam ſecundam poſt eadem feſta Laſche, que Miſericordia dni dicitur. Et per lras id Regibus, Principibus, et alijs Inuitatis denunctiamus, Et proinde ne quis error coſequatur, vel nos hic diucius, cum hospitibus nris expecta; re oporteret, volumus vt cum illius Sérte, et cum dno Prospero ſic agatis, quo ad feſta Laſche Sertas ſua ſit in Olomuncz. Nam ex Vienna in duabus ſeptimanis, nullo modo hic peruenire poſſet. Si aut eſſet, vel incomodum, vel difficile id Serti ſue facere, agatis vt ſaltem Bernam Srtas ſua p ipsis feſtis veniat. Nos vero id isthuc obuia mittens, Cuius Srti Procurem Leni, qui oia ſubmiſtrabit mittens, et Lecticas quales inopinato fieri poterut.

1004

S. S^i. Rex P.

Isabelle Duci Barén Socrni.

Illma Princeps, et dna Mater nra charma. Accepimus lras vre Illtis, datas xxvj Decembris, quibus nobis significauit contracta esse, Auspice dno Deo, Sponsalia inter nos, et Sernam dnam BOnam, filiam suam. seq illam iam recta ad nos proficiscentem, eam Neapolim conduxisse declaraut, Qua significatione, incredibilem cepimus voluptatem, Demq colaudamus, q denq hoc negocium sit, ex vtriusq nostrum animi sentencia confectum. Et precamur eius diuinam Mtem, vt illud ad honorem nominis sui, et communem Regni, et Dominiorum nrorum vtilitatem, mutuumq solacium nrum, fortunare et promouere dignetur.

DE itinere aut ipsius Sponse nre, quod vra Illtas scripsit, eam focilicissimis auspicijs iam tandem illud facere ad nos incepisse, nihil nobis gracius significare potuit, Hoc em est precipuum in votis nris, vt eius Sertis aduentus sit celer, amore et rationibus nris id valde exigentibus. Et licet nihil ambigimus vram Illtem vt nobis scripsit, de ipso itinere fecisse, tamen quia postea nihil accepimus de sue Srtis profectione, mittere voluimus hunc celerem Nunctium ad illam inuisendam simul et vram Illtem ac vt de eodem aduentu plane fieri possemus cerciores. Quare plurimu rogamus Illtem vram, vt si nondum ipsa Serma Sponsa nra eximit, de quo valde miramur, eam ocius expedire velit, et nobis per eundem Nunctum nostrum, diem certum exitus illius, simul et qualitatem itineris declaret. Et pro quo die posset verisimiliter eius Srtas ad nos peruenire, vt tepori hospites conuocare, et alia que ad excipiendam cum debita dignitate eius Sertem pertinere videntur, obvire possimus.

1035

1031

506

Videtur aũt nobis, et valde rogamus vram Alteam, vt si aductus Sertis eius
esse non possit, pro eo tempore, quo nri Oratores cum vra Altte cõsti-
tuerunt, faciat operam, vt saltem ad festa Paschę possit illius Sertas
Viennam applicare, et demum ad Regnum nostrum, intra duas vel tres
hebdomadas, aut quanto celerius fieri posset, post eadem festa Paschę
venire. Incumbunt ẽm nobis graues et arduę in æstate bellicę occu-
pationes, Quas, si Srtas Sua tempori non preuenier, magnam perturba-
tionem rebus nris afferre possent. Non dubitamus q, vra Altas pro
Sua prudencia, et rerum necessitate, non deerit postulatis nris, nosq
diucius in ancipiti et perplexitate animi diucius pendere non permittet.
Cuius Materno amori et beneuolencię, nos ex animo commendamus.
Cupientes, vt vna cum Serma sponsa nra sit multum foelix et incolu-
mis.

1006

5

ИБ

1007

5.07

1078

RQS

6401

1010

1911

~~1041~~
509

10/2

1913

5/10

1014

1015

511

1016

Lat. F. IV. 145 / II

Polskie str.
Mołdawskie 98, 305 330, 467, 515, 522, 533, 570, 632, 634, 845
Macierz Matky milionów 483. 490
Węgry 555
Śmierć w Padwie 593
Litwa Królestwo 743, 748
Prusy 754 ...
Inflanty 761 ...
Szlachta Wilny mowa Annia Kiewadowy 820, 829
o Łaskim Stanisławie 841

887. 892 895. 899. 900. 920
412. 1515.
591 1516
819 1517

18 XI/19 96 Вставка листовъ, по ред. (верхн.) нумерацій 511, считая въ оставш. части и числа обоихъ, не будущей быть нумерацій между 140 и 148 (верхн.) 342-352. 364 - 365



Латинская
отд. 3. N 145